perueniendi ad eam dare decreuit ac præparauit, dicitur eos prędestinasse seu præmisisse. Prædestinatio enī est quædā pręmissio, talis autē prædestinatio dilectionē ac electionem secundum ꝺo dum nostræ conceptionis ꝑsupponit, & inde procedit. Prędestinatio igī ante cessionem quandā prędestinantis ante ꝑdestinatum & gratuitum donum includit. Cū ergo sit ita mirū videt quomodo tunc sanctꝰ apostolus dicat filium dei prędestinatū in virtute &c. Vnde (vt fertur) Orígenes corrigit literā, loco ꝑdestinati, ponēs destinatū, quia, vt ait, ꝑdestinatio est nondum entis. destinatio vero est entis. Filius autē dei est ens ęternū. Aliqui quoꝙ sic secernūt textum [Qui ꝑdestinatus] (vt ibi sit punctus) [est filiꝰ dei in virtute] Sicꝙ ꝑdestinatus, nominaliter sumitur: & est sensus. Qui filius existens prędestinatus scdm humanam naturā, est filius dei vnigenitus secundum naturā diuinam [in virtute] .i. in diuina potētia, quæ sibi & deo patri cōmunis est. Veruntamen qm̄ litera nostra habet [Qui prędestinatus est] Cōsiderandū qualiter hoc ipsū intelligi debeat. Haymo ergo ita exponit. [Qui] .i. Christus, filius, seu dei scdm ꝙ homo [prędestinatus est] .i. eius humanitas prædestinnta est & pręordinata sine suis meritis, vt esset [filius dei in virtute] .i. assumpta a verbo existēte in eadē virtute diuinitatis cū patre,, & esset vnita illi in vnitate personæ. Quod vero subiungitur [secundū spūm sanctificationis] refert Haymo ad illud qđ dictum est [qui factus est ex semine Dauid, secundum carnē] vt sit sensus. Filius dei factus est homo ex semine Dauid. [secundum spiritum sanctificatiōis] .i. secundum operationem spiritus sancti homines sanctificantis. Ipse enim operatus est hanc superbenedictā verbi incarnationem seu humanationem. Nam quis facta sit a tota superglorioſissima trinitate, tribuitur tamē spiritui sancto. Vnde in symbolo legitur. Qui cōceptus est de spiritu sancto. Incarnatio etenim verbi, est opus summæ pietatis. Pietas autem appropriatur spiritui sancto. Quod vero mox sequitur ex resurrectiōe

Ioan. 15.

Inf. ca. 8.

Orígenes

Ioā. decio.

Haymo

Lu. primo.

mortuorū] refert Haymo ad illud qđ dictū ē [Prædestinatus est filius dei]. eritq; sensus, q; ipse sit filiꝰ dei, cui natura humana vnita est, manifestatum est [ex resurrectione mortuorū dñi nostri Iesu Christi]. i. eorū qui simul cū Chro surrexerunt. De qbus scribit. Multa sanctorū corpa qui dormierant surrexerūt, & veniētes in sanctā ciuitatē apparuerūt multis. Per hoc em̄ q; Chrs secū mortuos surgere fecit, tanq̄ ex p̄claro miraculo patuit eū ē verū filiū dei, de cuiꝰ passiōe cecinerūt pphetę q̄is autē expositio ista sit vera atq; catholica, videt tñ a ꝟbis literę aliqualiter aliena. Ambrosiꝰ vero refert p̄destinationē hanc filꝝ dei ad manifestationē hoiꝰ factā, qua ab æterno p̄scitū est, vt in tpe manifestaret filius dei i ꝟtute. Sed vt maneamꝰ in ipso textꝰ tenore at cōtextu q̄tū possibile est, aduertendū, q; esse p̄destinatū cōpetit Chro seu filio dei scđm q; homo. Dictū est ei q; p̄destinatio est ęterna p̄ordinatio horū q̄ per gratiā fiunt in tpe. Qđ autē hō est deus, & deus homo, in tpe factū est per gr̄am vnionis, nō tñ p gratiā habitualē. Et hoc vtiq; ab ęterno fuit p̄ordinatū, q̄is ergo nō cōcedat simpr, Chrs factus est filiꝰ dei. Sensus em̄ est q; psona q̄ Chrs factus factus est filius dei, eo q; fieri refert ad rē scđm qđ in se est. Hoc tñ cōcedit. Christꝰ p̄destinatus est filius dei ē, qm̄ p̄destinari cōuenit reip̄ut est in ap̄phensiōe p̄ordinantis. Persona autem seu hypostasis ꝟbi apprehendi potest, put in hūana natura subsistit. Sed vt dictū est, p̄destinatio ista ascribitur Christo rōne naturæ assūptę. Nā añcessio & donū gratuitū Chro cōueniūt rōne hūanitatis dūtaxat. Sic ergo exponēda est litera [Qui] filius dei. s. Chrs i duabus naturis subsistēs scđm qđ hō [p̄destinatus est]. i. sola gr̄a seu dei bñuolentia, sine ppr̄is meritis electus ē, nō solū vt sit caput ecclesię, & a principio suę conceptionis i ꝟgine, cōfirmatus esset i bono & cōphensor pfectus: verū vt esset [filius dei] nō adoptiuus, sed naturaꝝ [i ꝟtute]. i. diuina ptāte p q̄ p̄destinatio ista effectū sortita est seu ad actū deducta scđm spūm sanctificationis. i. p spūm sanctū, qm̄ opatione spūs sancti factꝝ est incarna-

Haymo

Mat.27

Io.5. Luceæ.24.

Ambro.

Pro.8.

Io. primo. Lucæ.3. Eph. prio. colos. prio.

.cor.1. Apoc.5 Ioan.1.

Mat. prio. tio Christi. Iuxta illud: Quod natum est in ea, de spiritu sancto est. Incarnatio autē est prædestinationis effectus Scdm spiritum, in quā, sanctificationis [ex resurrectiõe mortuorũ] .i. secundum spũm sanctum, per cuius sanctificantē gratiā spiritualiter mortui reuiuiscũt, qui vocant mortui [dñi nostri Iesu christi] qm̃ merito ei⁹ gratiā spiritus sancti recipiunt atq; saluãtur [per quē] .i. Iesum Christum [accepimus] Ego Paulus cæteriq; apostoli a summa trinitate [gratiam] .i. primitias spũs sancti seu diuinorũ munerum supernaturalem infusionem Gratia autem proprie sumpta, est donum seu habitus supernaturalis, a solo creatore per creationē infusus, essentiā rõnalis creaturæ immediate perficiēs, eamq; in esse diuino ac meritorio statuens. Hæc est gratia gratũ faciens, quæ a virtutibus, fructibus ac donis spũs sancti distinguitur, [& apostolatum] .i. potestatē seu authoritatē, præcipuamq; cõmissionem ac legationē prædicãdi euangelium christi [ad obediendum fidei] .i. ad hoc, vt eos quibus euãgelizam⁹ hortemur, & faciam⁹ obedire filij dei christianæ, videlicet vt naturali rõne postposita, intellectũ suum humiliter subdãt incõprehensibilibus & supernaturalibus testimonijs fidei. Vnde inferius ait Apostolus. In captiuitatē redigentes omnē intellectum in obsequium Christi. Hæc autem accepimus facere [in oĩbus gentibus] .i. vbiq; terrarum, nõ solũ in vna aut paucis nationibus. Vt impleremus quod de nobis p̃dixit propheta. In omnem terram exiuit sonus eorũ Hinc enim christus aiebat apostolis. Eritis mihi testes in omni iudea & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Qui etiam per Esaiam de apostolis loquitur. Mittam ex eis quos saluati fuerint ad gentes in mare in Aphricam, & Lidiã tenentes sagittam, in italiam & Græciam ad insulas longe, & annunciabunt gloriam meam gentibus. Omnia vero hæc fecimus [pro nomine eius] .i. pro nomine christi glorificando ac dilatando, vt omnes conuertantur ad ipsum. Deniq; de Romanis qui erãt italici subdit [in quibus] .i. inter quas gentes ad quas missi sum⁹

Iō. primo.
2. cor. 8.
Eph. 4.
1. cor. 12.
Lucæ. 6.
Iō. 20.
Infra. 6.
Actuũ. 3.
Esaiæ. 49.
Mat. vlti.
p̃s. 18.
Actu. prio
Esa. vlt. 66
Esa. 42. 60.
2. cor. 2.
Actuũ. 9.
colos. 3.
Esaiæ. 16.

[estis & vos] Romani [vocati Iesu Christi]. i. vocati a deo per inspirationē & gratiā ad fidē catholicam vt sitis Iesu Christi pertinēdo ad oues seruosq; ei⁹. In euangelio scriptum est, quemadmodum Christus vocauerit ad se duodecim discipulos, eos appellās apostolos qb⁹ & ait. Nōne ego vos duodecim elegi, quomodo ergo nunc dictū est apl'os accepisse apostolatū a deo trinitate per Iesū Christū? Et respondendū q̄ apostolat⁹ qui est gratia gratis data, & gratia gratum faciens sūt quidē a deo & etiā a Christo scd̄m quod de⁹ est authoritatiue, primo, & principaliter. A Christo autē secundum quod mediator est dei & hominū, sūt mediate, & executiue, seu dispositiue, & quodāmodo instrumētaliter. Per Christū em̄ seu per meritū eius, omnia diuinarum munera gratiarum nobis pręstantur, secundum qd̄ ip̄e testatur. Quicquid petieritis patrē in nomine meo dabit vobis. Propter quod in conclusionibus orationū ecclesię cōmuniter dicitur. Per dominum nostrum Iesum Christum [Omnibus qui sunt Romę dilectis dei]. i. a deo ęternaliter pręamatis. Ipse enim prior dilexit nos [vocatis sanctis]. i. fidelibus per diuinę vocationis gratiā sanctificatis, qui etiam veraciter sancti appellantur. [Gratia] de qua nunc factus est sermo q̄ est principiū oīs actionis meritoriæ, ponens animam in esse spiritali & grato [vobis & pax] interna, quę est tranquilitas mētis, & quies in debita interiorum ordinatiōe consistens de qua ꝓpheta: Nō est inquit, pax impijs dicit dn̄s. Et in psalmo. Pax multa diligentibus legē tuā, præstetur & insit vobis [a deo patre nostro] qui est pater Christi per naturā, & pater noster per gratiæ infusionē, siue adoptionem, de quo Christus in Euangelio. Ascendo, ad patrē meū, & patrē vestrum. Cum ergo sit pater noster, cū oī fiducia ab eo gratiā postulare debem⁹, quia, vt indulgentissimus pater, libēter tribuet egenis, mendicisq; filijs qcquid rationabiliter petūt ac iugiter. Ideo nāq; in Euāgelio ait saluator. Si vos cū sitis mali nostis bona data dare filijs vestris, q̄to magis pr̄ vester cœle-

FINIS.
Oseę.1.
Infra.8.
Actu.11.
Mat.10.
Lucę.6.
Marci.3.
1.Timo.2.
Hebræ.8.
9.12.
Matth.7.
Ioan.14.
1.Cor.7.
Actu ū.23.
1.Io.4.
Mat.4.
Prouer.1.
1.Cor.6.
Infra.3.
Esaiæ.32.
p̄s.118.
Iacobi.1.
p̄s.83.
Ioan.20.
Heb.4.10.
Lucæ.11.

stis dabit spiritū bonū petentib⁹ se? [& dño Iesu Chño]
Ioã.primo Ex hoc arguitur Christū esse verum deū cum null⁹ sit
1.petri.1. actor aut dator pacis internę & gratię, nisi deus oipotēs
Ioan.14 Sequit quoq deum patrem & Christū esse vnū ac idē
causale principium pacis & gratię, qm̃ solus creator ē
Esa.45. causa huius pacis & gr̃ę. Vñ cōstat, vtriusq esse eandē
deitatem, eandēq virtutem & operationem. Iuxta illd
Quęcunq facit pater hæc & filius similiter facit. Et idē
Ioan.5. rite sētitur de spū sancto, qui hic nō exprimitur, qm̃ pa
tre & filio nominatis, intelligit tanq̃ amor, & nexus o-
sculumq ãborum. ¶ Pręmissa persona scribentis, & eis
quibus scribitur commemoratis, forma quoq salutatio
2.The.vlt. nis præhabita, sequitur narratio. [Primum quidē].id
Sap.15. est, ante cętera dicturus siue actur⁹ sū. Vel [Primum]
Exo.15. id est præcipue [Gratias ago deo meo] simplici in essē
tia, & trino in personis, qui licet sit omniū deus ratione
p̄s.26. creationis, est tamen specialiter, deus meus, propter sin
p̄s.72. gularem charitatem & pietatem eius super me. Et item
propter prędipuam spem, dilectionē, ac cultū quibus ei
inhæreo dicens cum ps. Deus cordis mei & pars mea
deus inæternū. Solet autē Apostolus (& ita fieri dicet)
a gratiarum actione incipere. [per Iesum Christum]
Inf.5. secundum q̃ homo est, & dei ac hominum mediator,
ita q̃ Chrus est mihi causa gratias agendi deo meo, q̃
niam beneficta eius & omnia quę ipse pro nobis fecit
2,co.1. ac tulit, excitāt & obligāt me ad gratias deo altissimo
1.cor.10. referendas, qui tanta bona hominibus p̃ Christum lar
gitus est [pro oībus vobis].i.propter bñficia dei vobis
1.cor.7. collata. Vel [p omnibus vobis].i.p vro profectu atq
salute, quatin⁹ me p vobis gratias referente, augeat in
vobis salus & gratia Christi. Vel [p oībus vobis] sup-
plēdo vīm imp̃fectū. Vel [p oībus vobis].i.in p̃sona
oīm vīm seu vice vestra [qa fides vra annūciat in vni-
uerso mūdo].i.in multis ac pricipalibus finibus mūdi.
Romani em qm̃ toti mūdo p̃sidebāt, famosissimi erāt,
& ideo fides eorū p oīa ora fidelium volitabat. Dixe-
1.petr.vlti. runt enim aliæ ecclesiæ gentium. Ecce Roma quæ est

caput ac dña mundi, fidem suscepit. Sicq; cõfirmabantur in fide exẽplo fidei Romanorũ: In his verbis cõmẽ datur nobis charitas sancti apostoli, qui de proximorũ salute sicut de ꝓpria exultauit & gratias retulit. Ita & nos agere competit, vt scilicet gratias deo agamus cum audiamus aut scimus ꝓximos nostros spiritualiter prosperari. Vñ inferius scriptũ est, Gratias agẽtes deo pro oĩbus semp. Asserit quoq; Apostolus se gratias agere de fide Romanorũ, qm̃ fides ſfundamentũ est vniuersarũ virtutum. In fide tamen includit cętera dona gratiæ dei [Testis em̃ mihi est deus cui seruio] cultu latriæ [in spũ meo] i. in superioribus viribus aiæ meæ, videlicet in intellectu credendo, orãdo, contẽplando, & voluntate sperãdo, amãdo, & cętera bona opera agendo, [in euangelio filij eius] q̃d alijs ꝑdico, cui obedio, & ꝓ quo multa sustineo. Euangeliũ autẽ filij dei seu Christi est annunciatio bona, & sancta doctrina, quã Chr̃s primo edocuit, & per apl̃os alijs nunciauit. Hoc loco sicut & alios sępe iurat Apostolus quatinus melius sibi credat. Quod fecit ꝓpter infirmitatẽ eorũ quibus loq̃batur. Nec tñ fecit cõtra illud saluatoris in euangelio. Ego dico vobis nõ iurare oĩno. Et iterũ. Sit sermo veste, est est, non non: Vnde & Iacobus dicit: Anee oĩa nolite iurare. His em̃ v̄bis ꝓhibet iuratio falsa, consulit iuratio nis dissuefactio, ꝓmittit iuratio necessaria: Propter q̃d Christus adiecit: Q̃d amplius est, a malo est: Non dixit malum est, sed a malo est, i, ab imꝑfectione vel incredulitate eius, propter quẽ iuratio adhibet. Imo iuratio debite circunstantionata, est actus virtutis, quę latria nũ cupat. Vnde scriptum est, Dominum deum timebis, & ꝓ nomen eius iurabis, Et in psalmo, Laudabuntur oẽs qui iurant in eo, Huius itaq; rei testis est mihi deus [q̃ sine intermissione] id est, oĩbus cõgruis horis seu aptis temporib⁹ [memoriã vestrifacio] id est vñi reminiscor, & coram deo memor sum vestri [semper] id est, i oĩ tpe conuenienti, iuxta quẽ sensum ait Saluator, Oportet sẽper orare, & non deficere, [in orationibus meis,]

Matth.5.
Ibidem
Iaco.3.
Deute.6.
ps 61.

Ex isto eluceſcit, ꝙ interdū licet & expedit vt vnꝰ alīꝫ manifeſtet dilectionē, ſolitudinem, & laborē, quibus ꝓ ipſo afficitur & fatigatur, non ad accipiendū humanū fauorem, aut temporalem mercedē, ſed vt alius ex hoc ad meliora prouocetur, atꝙ de proximo ſuo melius ſentiat & confidat. Quod tunc maxime fieri debet, cū vnꝰ de alio, ſiniſtre aut impie ſuſpicatur, [obſecrans]. i. per ſacrorū commemorationem orans, ſicut cum dicitur.

Prouer.8. Per paſſionem tuam libera nos [ſi quo modo], id eſt, vt aliquo modo [tandem aliquando] poſt multa ac lon

Philip.1. ga deſideria. [Proſperum iter habeā in voluntate dei.] .i. ſecundum diuinę voluntatis beneplacitum. Nō enim aliud abſolute pro aut appeto niſi diuina voluntate ſup poſita, ſemper dicens. Fiat voluntas tua [veniendi ad

Act.23. vos] o Romani. Nā & ideo creditur Paulꝰ ad cæſarē appellaſſe &cę. quatinus occaſionem haberet viuendi Roman. [Deſydero enim vos videre, vt aliquid vobis

1.Cor.4. impartiar gratię ſpiritalis]. i. gratiam mihi collatā, vo-

Epheſi.4. bis communicem, inſtruendo vos plenius de euangeli-

1.Petri.4. ca lege, & diſponēdo corda veſtra per meā exhortatio nē ad abundantiora dona ſpūs ſancti, quemadmodum Petrus monet. Vnuſquiſq; ſicut accepit gratiā in alter utrū illā adminiſtrantes ſicut boni diſpenſatores multi formis gratię dei. Nō em̄ debet homo (preſertim̄ pla tus, predicator, aut doctor) talentum ſibi conceſſū ab

Mat.25. ſcondere, quia vt Salomon loquit̄. Sapientia abſcōdita

Eccleſi.41. & theſaurꝰ inuiſus, q̄ vtilitas in vtriſq; ? [ad cōfirmando

Lucę.2. dos uos] in veritate fidei, & obſeruatione Euangelicę le

2.Cor.7. gis [id eſt ſimul cōſolari in vobis] hoc eſt, ad hoc cupio vobis gratiā impartiri, vt ex veſtra cōfirmatione, ego quoq; in veſtro ꝓfectu conſoler & gaudeā quoniam ſi cut de veſtra iperfectione cōtriſtor, ita de veſtra ꝓfecti one iucūdor [per eā q̄ inuicem eſt fidem veſtram atq; meā]. i. per cōmunem ac mutuam fidē noſtra, q̄ eſt fi des catholica. in qua fundat̄ & ex qua orit̄ conſolatio qua vnꝰ fideliū de ꝓfectu & bono alteriꝰ conſolatur. Hęc qppe cōſolatio fundatur in hoc quod credim9 &

speramus simul ad eternā felicitatem pertingere. Log-
tur autē de fide formata quæ per dilectionem operatur
non de fide informi. Nolo enim vos ignorare fratres,
quia sepe ꝓposui venire ad vos ſi tñ de⁹ ꝓmitteret &
ꝓhibit⁹ ſū .i. impedit⁹, vel ex diuina reuelatiōe retitus
ſū ab executione ꝓpoſiti mei [vſq; adhuc] cū preſentē
ſcribo epiſtolā. Impeditus autē fuit Aplūs ꝑ captiuitatē
ſeu aliā occupationē. Vel ꝓpter Romanorū pctā nōdū
ꝓmiſit eū Chſs ꝓgere Romā, q̄ modo in Actibus legit
Vetati ſunt Paulus & ſui a ſpū ſancto loqui verbū dei
in Aſia, & non ꝓmiſit eos ſpūs Ieſu. Poſtea tñ ꝑdicauit
Paulus in aſia. Ideo autē ꝓpoſui venire ad vos [vt ali-
quem fructū habeā in vobis] .i. ſpūalē profectū in vo-
bis ꝓduca, vol; in gratia dei ac bonis operibus fructi
ficare faciā, & etiam vt vobis prædicando mai⁹ meri-
tū in preſenti, maiuſq; ꝓmium in futuro acquirā, quæ
oia finaliter refero ad gloriā dei ſublimis ac oīpotentis
[ſicut & in ceteris gentibus] quibus prędicauit, fructū
aliquē habeo. [Grecis] qui naturali ingenio pollent, &
philoſophiæ iuentores fuerūt ac Barbaris] .i. hoīb⁹ du-
ris, & quaſi ſine lege viuentibus. Oēs autē preter Lati-
nos, Hebreos, & Grecos barbari appellantur, [ſapienti
bus & inſipientibus] .i. fidelibus & infidelibus, doctis
& indoctis, vnū verum deū noſcentibus, & idola ve-
nerantibus [Debitor ſū] prędicare eis euangeliū regni
cœleſtis, non propter eorū merita aut dona ab eis rece
pta, ſed ex commiſſione diuina, & ꝓpter beneficia mi-
hi diuinit⁹ cōdonata, quę ordinant ad hoc, vt oībus ꝑ-
dicē. Gratię em̄ gratis datę ordināt ad proxim̄ [ita q;
in me promptum eſt] .i. ſic q; ego ob hanc obligationē
magis tamen ex charitate paratus ſum & vobis qui e-
ſtis Romę euangelizare.

Eſaiæ.5.
Act.16.

Io.15.
Io.4.
Infra.7.
Phil. prīo.
Heb.12.
Iac.3.
1.cor.9.

2.Mac.13.

1.Cor.15

¶ARTICVLVS IIII.

¶Proſecutio expoſitionis huius primi ca
pituli ab eo loco, quod dicitur. Non enim
erubeſco euangelium.

i.cor.i.

MErito dixi me esse paratũ, euangelizare & vobis Romanis. [Non enĩ erubesco euangelium dei] .i. non confundor publice annunciare crucẽ, & passionẽ, ac cætera mysteria Christi, quæ

1.Petr.4. in euangelio describuntur, atq; a reprobis irridentur.
Actuũ.5. Paratus sum nanq; pro nomine Iesu cõtumeliam pati,
Lucæ.9. qm̃ ipse ait: Qui me erubuerit & meos sermones, hunc
p̃s.118. filiꝰ erubescet cũ venerit in regno suo. Huic cõsonat il-
ps.6.7 lud psalmistæ. Et loquebar in testimonijs tuis in conspe
Iaco.1. ctu regum, & nõ cõfundebar. Ratio huius subñcitur.
Io.6. [Virtus enim dei est in salutẽ oi credenti] .i. euangeliũ
Christi est virtꝰ .i. potes effectꝰ diuinæ ptãtis, seu fortis
doctrina, pficiens in salutẽ æternam, oi credenti p fidẽ
Ioã.4. formatã ac perseuerantẽ [Iudæo primum] .i. ex Iudaismo co nuersis, videlicet primitiuę ecclesię, quę ex Iu-
Mat.15. dæis constabat. Nã & Christus dicebat. Non sũ missus
Infra.15 nisi ad oues, quæ perierũt domus Israel. i. ad synagogã prĩo ac principaliter missus sum. Ideo Paulus aiebat Iudęis: Vobis oportebat primũ loqui v̄bũ dei. De
Actuũ.13. inde [& Græco] .i. ex gentilitate cõuersis valet euange
Infra.3. lium. Per Græcos quasi a digniori, gẽtiles significat. Repulsa em̃ prędicatiõe apꝰorum a Iudęis iusta facta est trãsmigratio ad gẽtiles, secũdum quod Paulꝰ testatur.
Actu.13. Quia repulistis illã, & indignos vos iudicastis vitæ ęternæ, ecce cõuertimur ad gentes. Secundum Hay-
Haymo. monẽ, euangelium dr̃ virtus dei, qm̃ Christum, dei vir-
Ambrosiꝰ tutẽ annunciat. Secundũ Ambrosium vero dicitur virtus dei, qm̃ valet ad indulgentiã peccatorũ, & ad operationẽ miraculorũ. Quod autẽ euangeliũ sit v̄tus dei
p̃s.14. proficiens in salutẽ oi credenti, cõsequenter declarat.
[Iustitia em̃ dei in eo reuelatur ex fide in fidẽ.] Hæc iustitia dei, q reuelat seu manifestat in euangelio, sicut in scriptura veraci, vel in Iudęo & Græco, sicut in subiecto iustificato, tripliciter intelligi potest. Prĩo, de increata iustitia creatoris, quę est ipsemet deus sanctꝰ & iustꝰ
Ioan.3. In euangelio quippe increata dei patris iustitia, declarat siue describit, quõ scilicet maluit vnigenitum sum

pati & mori, q̃ peccata manere inulta, & quomõ Christus per viam iustitię mundũ redemit, quomõ etiã pater omne iudiciũ prẽstitit Christo, & per ipsũ iudicaturus est oẽs, daturul q̃ singulis qđ merent. Nunc tñ potissime loquit sanctus apostolus de iustitia dei, qua infideles vt impñ iustificati sunt gratis. Sed cũ hoc ad misericordiã dei pertineat, mirũ videtur, quo modo illud iustitię asscribat. Et respondendũ scđm Anselmũ, q̃ tanta est bonitas at q̃ benignitas dei, vt iustum sit eũ etiã indignis & impñs misereri ac parcere. Sic q̃ in huiusmodi actu attenditur iustitia ex parte bonitatis diuinę scđm seipsã acceptę. Misericordia quo q̃ in eo attenditur ex parte bonitatis diuinę ad indignos relate. Secundo exponit de iustitia dei creata, quã ipse causat in nobis, p̃ quã iustificamur formaliter, quia per eã deꝰ iustificat nos gratis. Per fidem sine operibꝰ legis. Dando em animę fidẽ & gratiã, confert iustitiã, per quam aĩa iustificatur. Hęc iustitia in euangelio reuelat, & in Christianorũ cordibus manifestat. Tertio exponit de fideli ac vera diuinarum p̃missionũ adimpletiõe, qua deꝰ in ecclesia & in euangelio adimpleuit, quod in veteri testamento prædixit, at q̃ in populo synagogæ p̃signauit. Hæc iustitia in euangelio reuelat Christo testante. Oportet impleri oĩa quę scripta sunt in lege & prophetis & psalmis de me. Et alibi. Vnum iota non peribit de lege donec oĩa fiant. De prędicta iustitia dei secundo modo accepta, alio loco dicit Aplꝰ loquens de Iudæis. Ignorantes dei iustitiã, & suam volentes statuere iustitiæ dei non sunt subiecti. Et rursus. Inueniar in illo non habẽs meã iustitiã quæ ex lege est, sed quę ex fide. Vnde per prophetam dñs ait. Prope est iustitia mea vt reueletur. Erat nan q̃ veteri lege velata, sed in euangelio est reuelata. De qua iustitia dicit saluator. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluꝰ erit. Et alibi. Fides tua te saluam fecit. Item q̃. Qui credit in me, habet vitam æternam. Quælibet iustitia Dei nunc prædicta reuelatur ex fide in fidem, Id est, ex fide prophetarum &

Roma.5.
Hebr.2.
Io.5.
2.Timo.4.
Nota.
Anselmus
2
Romr.4.
1.cor.3.
Lucæ.vlti.
Matth.5.
Roma.10.
Phil.3.
Esaiæ.56.
Marc.vlti.
Mat.9.
Lucæ.7.
Ioan.6.

patriarcharū in fidē apostolorum atq; ecclesiæ, ḡaqđ illi crediderunt futurum, isti crediderūt impletum. Vel ex fide. i. ex actu fidei vnius articuli, in fidē, i. in actū fidei alterius articuli. Oia nanq; testimonia fidei sūt cōnexa, & vnum ex alio magis credibile reddit, imo & quodam mō declaratur, magisq; planū ac rationale iudicatur [sicut scriptum est. Iust⁹ autē ex fide viuit.] Hoc allegat Apostolus ad ꝓbandū ꝙ iustitia dei reuelatur in euangelio vel in Christiano ex fide in fidē. Sed cum fides sit vna (iuxta illud. Vnus dom⁹, vna fides, vnū baptisma) quomodo nunc dī ex fide in fidē, quasi sint fides diuersę? Et respondēdū, ꝙ fides est vna ex parte obiecti. Numerat autē & diuersificat ex parte subiectorū, in eodē tamen fides nō est nisi vna numero, sicut & charitas. Vnde vt dictū est per fidem intelligit actus fidei, q diuersificat. Authoritas vero ab Apostolo introducta habet Abacuch. 2. vbi legitur. Ecce qui incredulus est nō erit recta aīa eius in semetipso. Iustus autē in sua fide viuet. Cui cōcordat illud quo ꝙ Esaię. Qui incredulus est, infideliter agit. Vñ a Salomōe inducit q timetis dīm, credite illi, & nō euacuabitur merces vra. Nullus etenim proprie iustus est, nisi referat opera sua ad vltimū finē, qui est supernaturalis fœlicitas. Hūc autē finē nō agnoscimus nisi per fidē, quę in oī actu meritorio dirigit rationē. Idcirco i fide tanq; in basi seu fūdamento virtutum, viuit iust⁹. Hinc etiā ait scriptura. Domine oculi tui respiciunt fidē. Porro ꝙ ex fide sit salus iusticia ꝙ credentiū, declarat consequenter Apostolus ex oppositō [Reuelatur em̄ ira dei.] i. iusta vltio diuinę iusticię [de cœlo] per reuelationes cœlestes ab angelis factas, qui hoībus diuinam districtionē ac vltionē, seu pœnas inferni reuelauerūt. Vel ira dei de cœlo. i. dei cæli, seu dei cœlestis. Deque canitur. Laudate dīm de cęlis. Vel dei iudicis, de cœlo vēturi ad iudicandū, viuos ac mortuos. Vel dicitur ira dei reuelari de cœlo¹, quia in die nouissimo, cœli ardētes (secundum Petrū apostolum) & angeli cum iudice venientes, ostendent irā dei

ps. 118.

Abac.

Abac. 2.

Esaie. 21.

Eccle. 2.

Heb. 5.

Io. 3.

ps. 6.

Act. prio.

ps. 150.

Tim. 4.

2. pet. 3.

contra iniquos. Itaq; reuelatur ira idignatio, detestatio: dei [super omnem impietatem] qua peccatur in deum [& iustitiam] qua peccatur in proximū [hominū] per uersorū [eorum] videlicet [qui veritatē dei] quā agnoscūt. i. diuinorum notitiā seu diuinam iustitiā, quę frequenter veritas nominatur [in iniustitia detinent]. i. iniuste vi uendo apud se retinent, non procedentes in actum virtutis, sed ipsā veritatē ab operis executione retrahūt atq; absondūt, quibus cōpetit illud. Scienti bonū & non faciēti peccatum est illi. Et illud. Melius erat nō, cognoscere viam iusticię, quā post agnitionē retrorsū reuerti, Hoc loco incipit loqui Apostolus contra peccata gentiliū idolatrarum. De hac reuelatione iræ dei super impietatē & iniusticiā hominū, ipse dns per ꝓphetā protestat. Visitabo sup orbis mala, & cōtra impios iniquitatē ipsorum, & requiescere faciā superbiā infideliū, & arrogantiā fortium humiliabo. Insuper causa punitiōis istorū subiungit, [Quia qđ notum est dei]. i. per naturalem rationem de deo sciri potest, videlicet ꝙ deus sit iustus, & sapiens, approbans bona & reprobans mala, & quod ipsi soli sit cultus perfectissimꝰ, vtpote honor latrię, exhibendus [manifestū est illis]. i. gentilibus notum fuit. [Deus enim illis reuelauit] per influentiam luminis naturalis, per quod anima rationalis ex creaturis intelligit creatorem. De quo lumine scriptum est. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Vnde Origenes ait. Notum dei est hoc quod ex mundi huiꝰ dispositione & naturali ratione assequi possumꝰ. Igno tum vero dei est, ratio substantię eius quę omnem latet creaturam, similiter & mysterium humanæ liberatiōis. Pluribus autē modis deus reuelauit hominibus veritatem, videlicet per sapientię infusionem, per angelicam reuelationem, per sanctorum instructionem, per naturalem rationem. Secūdum Damascenū q̄ꝙ, oībus naturaliter inserta est cognitio existendi deū. Nunc th̄ agit apostolus de reuelatione, quę fit ꝑ naturalē rationē q̄ ex creaturis ascēdit ad creatoris notitiā. Subdit nāꝙ

Ezc.18.

ꝑs.vndeck.

Iacobi.4.

1.Pet.2.

Esaię.13.

Iob.35.

ꝑs.4.

Eccl.1.

ꝑs.4.

Origenes

Notū dei est ꝙ mutū dei qđ dicit

Quod modis deus reuelauit

Ioan.1. [Inuisibilia enim dei] i. diuina natura incorporea simplex & inuisibilis, & perfectiones eius, q̄ naturaliter sciri
1.Timo.1. pñt, videlicet iustitia, potentia, ꝓuidentia, &c. q̄ dicūtur inuisibilia dei, qm̄ licet sint vnū in deo, & ipsa diuina essētia, tñ secūdū rōnē distinguūt, diuersi mode significant, & per diuersa cognoscunt. Hæc ergo inuisibilia
ps.8. dei [a creatura mundi] i. ab hoīe, q̄ inter creaturas huius sēsibilis mūdi primatū sortit, de quo dñs dicebat. Præ-
Marci.vlt. dicate euāgeliū oī creaturę. i. oī hoī, [per ea q̄ facta sūt] i. per res creatas [intellecta]. i. intellectualiter contemplata. (Oportet ei inuisibilia dei itellectuali puroq; oculo intueri) [cōspiciūtur]. i. agnoscunt]. Vel p ea quæ
Sapien.13. facta sūt intellecta. i. Per creata rite consyderata. [Sempiterna quoq; ꝟtus eius]. i. ęterna potestas dei [& diuinitas] ab homine cōspiciunt, p ea quę facta sūt, nō vtique per speciē, vel quid sint, sed quia sunt, & quid non
Esaię.32. sūt. Cū em̄ omnis creatura sit quidā radius sui creatoris, & oīs effectus sit quędā participata similitudo suæ causę (qm̄ vnūquodq; producit sibi simile) hinc certū est q̄ ex naturis creatis aliquo modo cognoscat increata natura. Videtes quippe philosophi ordinē esse in rebus, & quod vnū ꝓcedit, causat, & gubernatur ab alio
1.cor.1. peruenerūt ad notitiā vnius primi, summiq; entis, q̄d oportuit esse ętern̄, perfectū, & independēs. Ex vniformi quoq; motu cœlestium corporū, & stabilita cōsistentia mūdi atq; gubernatione inferiorū a superioribus perpenderūt esse in vniuerso vnū quendā summū pro
Plato uisorē, dominatorē ac principem. Quā multa aute vera
Aristote. profunda, ac mira agnouerint Plato cū suis, & Aristoteles cū peripateticis de inuisibilibus dei, de sēpiterna
Proclus virtute ac diuinitate ipsius, patet in libris eorū. Sed & Proclus platonicus in elementatione sua theologica de
Sapien.13. deo atq; diuinis subtilissime loquitur, q̄uis in multis aberret. Prædictis aute verbis apostoli cōsonat illd quoq; Sapientis: A magnitudine spēi creaturę poterit creator horū cognoscibiliter videri. Omnia em̄, vt Salomō ait ꝓpter seipm opatus est dñs, s. vt in creaturis diuina magestas atq; ꝓfectio relucerēt, sicq; ex cōsyderatiōe crea-

turarū icitaretur hō ad cōtemplationē, amorem, ac re- ps.91.
uerētiā creatoris. Hic scriptū est. Fecit deꝰ opa sua vt Abac.3.
timeat. Et iterū. Leuate i excelsū oculos vestros & vide ps.44.
te quis creauit hæc. In tātū igit cognouerunt deū [ita vt Eccle.3.
sit inexcusabiles] de suispeccatis, pserti de idolatria. Nō Esaiæ.40.
em excusat eos ignorātia. [Quia cū cognouisset deū] Iaco.4.
p naturalem rōnem, secūdum modū ptactū, [nō si-
cut deū glorificauerunt] seruiendo ei cum debita reue-
rētia [aut gratias egerunt] deo p bnficijs suis [sed eua- Eccle 43.
nuerunt]. i, ianes effecti sunt [in cogit ationib9 suis] va- 1. Thess. vl.
nis ac friuolis, glorificantes & magnipendētes seipsos Sapien. 13.
[& obscuratū] luce gr̄æ priuatū, & splendore diuinæsa ps.43.
pietię destitutū est insipiens cor eorū [impletūq; est ca ps.11.
ligie vitiorū, ꝓpter vanitatem cogitationum suarū. Vn Ephe.4.
de scriptum est. Vę qui cogitatis iutile. Et alibi admonet Mat.11.
dns. Auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis Michee.2.
meis. Per Salomonē quoq; sapia dei Chs dns cōtestat Esaiæ, 1,
Ego (iquiens) sapia habtio in consilio, & eruditis iterū Prou,8,
cogitatiōibus. [Dicentes em se esse sapientes]. i. seipsos
de sua sapia iactantes, atq; in seipis, non in fōte sapien-
tiæ gloriantes. [Stulti facti sunt] coram deo seu diuino
iudicio, q stultā, fecit sapiam hui9 mūdi. Qui em scia
creaturarū, & naturalē sapiam diuinorū nō ordinat ad
salutarē ac sup naturalē sapiam, & dei honorem, vera
citer stult9 est, tanq; cōtra ordinē rerū faciēs, & cōtra cē
surā æternæ sapiæ agens, Propter q̄d scriptū est. Stult9 Hiere. 10.
fact9 est oīs hō a scia sua. Et iterū. Sapia tua & scia tua Esa. 47
decepit te. Et rursꝰ. Væ q sapiētes estis in oculis vris. Esaię. 5.
Sed videnē hęc de philosophis verificari nō posse. Cū
em quidā interrogasset Pytagorā an sapiens eēt, dixit se Pytago
sapientē nō esse, sed philosophū. i. sapię amatorem. Et
eiꝰ exēplo, posteri eiꝰ vocauerūt se nō sapiētes, sed phi
losophos. Et rndendū, q̄ licet nō dicerēt ore, corde tn
dicebāt se sapiētes, paucissimis forsan exceptis, qui nec 1. Timo. 1
idola coluerūt. De quibꝰ mō nō agit. [Et mutauerunt & vltimo
gr̄am incorruptibilis dei, in similitudinē imagis corru- Sapi. 14.
ptibilis hoīs]. i. cultū, honorē, & gloriā immortali ac in Iob, 32,
uariabili deo impēdendā, exhibuerunt imaginibus, sta Sapien, 3,

Iob.32, tuis seu idolis hominū mortuorū, [& volucrū, & quadrupedum & serpentū] Quā verum sit hoc in libro sapientię prolixe describitur. Quomodo etiā populus Iudeorū tanto errori subiacuit, talpasq; ac vespertiliones adorauit, Esaias atq; Ezechiel ꝓsequunt. Quidam autē gentilium ipsas imagines, quidā vero res significatas per imagines coluerūt. [Propter quod] i. propter idolatriā iā prędictā, quę oīs peccati origo efficit. Iuxta illud. Sapientis. Infandorum idolorum cultura, oīs mali causa est, & principiū, & finis [tradidit illos deꝰ] nō effectiue, sed ꝓmissiue, gratiam suā iustissime subtrahēdo [in desyderia cor dis eorū] i. in inordinatos appetitꝰ & cōcupiscētias carnis, videlicet [in immunditiā] luxurię, vel potius sodomiticę maculę [vt contumelijs] id est actibus ipsi naturę injuriosis, nociuis atq; contrarijs [afficiant corpora sua in semetipsis] i. in eodem sexu, atque supposito committendo peccata contra naturam. Vel in semetipsis, id est, adinuicem. Nam & qui fornicat, peccat in corpus suū. [Qui cōmutauerūt veritatē dei in mēdaciū] i. diuinitatē, honorē, & gloriā, soli deo, vero, oīpotenti q; deo asscribenda, & exhibēda transtulerunt ad deos falsos seu idola, & coluerūt & seruierunt creaturę, [videlicet idolis suis, potiꝰ q̄ creatori, qui est deus benedictus in secula, amē] Ecce quāta puersitas. Hæc traditio impiorū in desyderia cordis eorū, est grauissima pœna, quam deus in pręsenti infligit. Et est pœna dāni, cui in inferno correspondet carentia beatificę fruitiōis. Vñ dominus ait in psalmo. Dimisi eos secūm desyderia cordis eorū, ibunt i adinuētiōibus suis. Vnū nanq; pc̄m trahit ad aliud, idēq; pc̄m est peccatū, & causa pecccati, seu culpa, & pœna culpę. nā homo vnum cōmittendo meret̄ a deo relinqui atq; in aliud prolabi. Et quanto aliquis seipsum erigit altius, in aniusq; extollit, tanto meretur profundius cadere. Maxime quoq; qui tam sapientes sunt in proprijs oculis, merentur relinqui in tantum, vt vitia carnis incidant, quæ sunt ꝑcipue bestialia atq; turpissima. Vnde iam subdi-

Ps.80.

Q. Vbi ꝓ̄z sit pc̄z et ea pena sit culpa et pœna culpę

tur[propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ].i.in innoiabilia uitia carnis, quę sunt peccata contra naturā. Ignominia enim dicitur quasi sine nomine dignitatis, quoniā talia scelera nō faciliter ex plicantur. Prosequitur tamē Apostol⁹ speciem tāti facinoris. [Nā fœminæ eorū immutauerūt naturalem vsum qui est cō tra naturam].i,organo sui sex⁹ qui ordinatur ad cōceptione prolis, abusi sunt, vt fœia fœminę misceret. [Similiter aūt & masculi relicto naturali vsu fœminę].i.legitima seu naturali commixtione ac copula cum mulie re[exarserunt]igne libidinis[in desyderijs suis]turpissimis,[inuicē]scilicet[masculi in masculos turpidinem operantes]polluendo se mutuo varijs modis. Sed & simasculus fœminæ commisceatur alio modo, loco, seu organoq̄ natura concessit, cōtra naturam peccatur & mercedem (quā oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Sic cōstruēda & intelligēda est litera Predicti idolatre sodomitici recipientes a deo pmissiue a seipsis autem causaliter, recipiētes inquam & sustinentes in semetipsis.i.in propria natura mercedem sui erroris.i.retributionem seu premiū sue idolatrie, scilicet traditionem & lapsum in passiones ignominiæ, quam mercedem oportuit vel decuit eos recipere secundum dictamen ac ordinem diuinæ iusticiæ, qua vitia vitijs proportionabiliter puniuntur. Vnde quemadmodum iactantia propriæ sapientiæ meruit vt in idolatriam caderent, sic idolatria propter grauissimam suam deformitatem meruit, vt innominabilia carnis peccata inciderent. [Et sicut non probauerunt], id est, non putauerūt nec opere ostenderunt [deum habere in notitia] actus humanos, id est, æstimauerunt deum non cognoscere peccata hominum dicentes illud Iob. Deus excelsior cœlo est, nec nostra consyderat, & circa cardines cœli perambulat. Et illā Ezechielis. Dereliquit dñs terrā, & dñs nos nō videt. [tradidit illos de⁹ in reprobū sensū].i.in itellectū puersū, priuādo eos lumine gratię ac verę sapientię, quatin⁹ sicut circa diuinū itellectū ex

Infra.7. Ephesi.5. Oseæ.4. Passiones ignominie q̄ dicuntur

Esaię.24.

ps.117. Ezech.16. Miche.1.

Iob.22.21. Ezech.9.

2.Timo.3. Hebræ.6.

rauerunt sic in suo intellectu punirentur. Tales sũt oẽs qui diuinã prouidentiã negant. De quibus ait psalm. Dixerunt non videbit dñs, nec intelliget deus Iacob. Et Sophonias. Dicunt non faciet dñs bene, & non faciet male. Contra quos dominus loquitur per Amon ꝓphetam: Cognoui multa scelera vestra, & fortiora peccata vestra. Vel sic, sicut nõ probauerunt. i. nõ curauerũt, Deum habere in notitia. i. cognoscere Deum veraciter, tradidit illos in reprobũ sensũ, excæcando corda ipsorũ permissiue ita ꝙ eis cõuenit illud ꝓpheticũ Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt [vt faciant ea quæ non conueniunt]. i. quæ deo, rationi, at ꝙ ecclesię cõtrariant. Hæc dictio, vt, nõ tenẽt hoc loco causaliter sed concomitanter. Nõ em̃ iccirco tradidit illos in reprobũ sensũ directe vt faciant mala, sed operatio mali consecuta est traditionẽ seu delictionẽ ipsorũ prędictã. Sicꝙ frequẽter in libro isto accipitur. Sic ergo tradidit illos deus [repletos omni iniquitate]. i. omni peccato. Peccatũ em̃ iniquitas est. i. cõtra iusticiã secũdum Ioannem ¶ Præterea ponit partes seu species iiquitatis [malitia] qua alter alteri damnum inferre conatur [fornicatione]. i. illegitimo cum muliere cõcubitu [auaritia]. i. iordinato appetitu temporalium rerum [nequitia]. i. peruersitate seu temeritate nefaria. Plenos inuidia quæ est tristicia de bono alteri⁹ [Homicidij dñs, cõtentione, dolo, malignitate]. i. voluntate igne malitiæ inflmata [susurrones]. i. discordiæ seminatores, contra quod Moyses præcipit. Non eris susurro in populo. Vñ Salomõ. Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacẽ habentes. [Detractores]. i. aliorum famam denigrantes, de eorũ defectibus inordinate loquendo, vel falsa imponendo [Deo odibiles] quantum ad culpam. Odio enim sunt deo impius & impietas eiꝰ. Vnde Ecclesiastes ait. Si mordeat serpens in silentio, nihil minus eo habet qui occulte detrahit. Agẽdum est ergo quod ait vir sanctus. Detrahentem secreto proximo suo, hunc prequebat. [contumeliosos]

ps.05. Sopho.1. Amor.5. Hiere.4. Sap.3. Nota 1.Ioan.3. Leui.9. Eccl.18. Eccle.10. ps.100.

I.verbis vel actib9 iniuriantes. Quod valde iniquū est iuxta illud: Homo assuet9 in verbis improperij, oībus diebus vitę suę non dirigetur [supbos] appetēdo honores [elatos] nolendo habere æquale aut superiorē [inuentores malorū] excogitando nouos errores aut culpas [Parentibus nō obedientes insipientes] male sentiendo de rebus diuinis [incompositos] moribus [sine affectione] i. tepidos, carentes zelo iusticiæ, & charitatis feruore [absq; fœdere] i. obseruatiōe pacti, societatis, & amicitię. Vñ scriptū est. Qui dissoluit pactū, nunq; effugiet [sine misericordia] i. crudeles. Viscera nanq; impiorū crudelia. In talib9 adipletur qđ Iacob9 ait. Iudiciū sine misericordia fiet ei, qui nō fecerit misericordiam. Eccle.23. Prou.12. Ezech.17. Iacobi.2.

¶Expositio secundi cap. Propter quod inexcusabilis es o homo,

¶Articulus V.

OVoniā itaq; digni sunt morte ęterna, nō solum qui pctā p̄dicta cōmittunt, sed etiā quicunque consensiunt, vel cū possint nō impediunt. Propter hoc [inexcusabilis es] a pctō [o homo] oīs qui iudicas], i. damnas seu reprobas aliū, nō scām ordinē æquitatis, ac regulas iuris, sed inordinato iudicio [In quo em alterū iudicas] hoc modo [teipsū cōdemnas] i. damnatione dignū oñdis, ac p̄fiteris. Iuxta quē sensū scriptū est: Dū maledicit impius diabolū, maledicit ipse animā suā. Vñ ait Saluator. Ex ore tuo te iudico serue neq̄. Et alibi legitur. Hoc tuū est iudicium qđ ipe de creuisti. Veruntn̄ qm̄ sacra scriptura frequēter hortat nos ad iudicādum, iuxta illđ p̄phetę: Indicabo tibi homo quid sit bonum, aut quid domin9 requirat a te facere iudicium. Et infra dicit ap̄s. Spiritualis homo oīa iudicat. Frequēter quoq; p̄hibet nos iudicare præsertim in hoc libro epistolarum Pauli. Ad cognoscendum ergo q̄modo hæc oīa intelligi debeāt, scire oportet, q̄ iudicium p̄prie sumptū, est act9 ỳtutis, videlicet determinatio iuris seu definitio iusti. Talis aūt determiatio iuris est act9 iusticiæ, ideo iudiciū est actus iusticiæ, tanq̄ in- Eccl.21. Lucę.19. 3.Reg.20. Miche.6. 1.Cor.2.

clinantis & disponentis iudicantē vt dignus atq; idoneus sit ad iudicandum. Actus nanq; virtutis ex virtute ꝓcedit. Nec potest bene iudicare de operibus virtutis, qui habitū virtutis nō habet. Vñ castus bene iudicat de pertinentibus ad castitatem, & fortis de his quę ad fortitudinē pertinent. Iudiciū tñ est actus rōnis seu prudētię tanquam dirigentis atq; sententiam ꝓferentis. Inq̄tum itaq; iudiciū ꝓcedit ex quadā cōnaturalitate iudicantis ad iudicata requirit habitū virtutis in iudicante. Quoniā ergo iudiciū actus iusticiæ est, in tantum licitū perhibetur, inq̄tum ex iusticia oriť. Ad hoc autē ꝙ iudiciū sit actus iusticię tria sunt necessaria. Prio vt procedat ex inclinatione virtutis, non ex impetu passionis aut suspitionis. Secundo vt procedat ex authoritate pręsidentis. Tertio vt proferatur secundum rectā rationē prudētię. Q đcunq; horū defuerit erit inordinatū, illicitūq; iudiciū. Si etem̄ primum defuerit vocať peruersū si scđm dicitur vsurpatū, si tertium desit, temerarium appellatur. Vñ Chrisostomus sup̄ Matthæum. Qui in magnis peccatis sunt, eos iudicare nō debent qui in eisdē peccatis aut certe minoribus sunt. Et hoc scđm Thomam potissime verū est, qñ peccata p̄lati, aut iudicia publica sunt, & qñ non est necesse iudicare de alio ratione officij. Si vero peccata occulta sint, & necesse sit iudicare ratione iniuncti officij, potest cum timore ac humilitate iudicare siue arguere. Si autē peccata sint manifesta, & nihilominus iudicare oporteat, debet primo apđ se pœnitere. Nobis vero diligenter pensandū est illud sancti ambrosij: Iudīcet de errore, & culpa alterius qui in seipso non habet quod iudicet, ne cum de alio iudicat, in seipsum ferat sententiam. De prædictis ergo inordinatis iudicijs intelligenda sunt loca scripturæ, in quibus vetatur iudicium. Sicut cum dicitur: Nolite iudicare, & non iudicabimini. Potest autem & debet quilibet nostrum iudicare, reprobare, & castigare seipsum, In communi quoq; possumus iudicare de actibus atq; generibus hominum secundum doctrinam & determi

Chrisosto

Thomas.

ambrosius

nationē ſcripturæ. Vt, ꝙ omnis homicida damnabitur, & omnis ſuperbia ſit peccatum. Duo vero ſunt in quibus ſecᵈm Auguſtinum vitare debemus iudiciū. Prīo cum ignoramus quo animo aliquid fiat. Idcirco de occultis ac dubīs iudicare prohibemur, Secūdo, dū ignoramus qualis futurus ſit, qui iudicādus videt: Et quia hoc ſēper ignoramus, etnō debemꝰ abſolute pſonā alterius iudicare. Preſertim cū ignoremus an dignus ſit amore, an odio, poſſitq; omni momento a deo tangi, cōpungi, pœnitere, & purificari. De actibus tñ manifeſtis & quę aīo bono fieri nequeunt, iudicare permittimur, cōpatiendo potius q̄ ſpernendo. Denicq; iudiciū duplex eſt, ſcilicet diſcretionis, q̄ inter bonū & malum diſcernitur, & remunerationis, q̄ de præmio ſentētiatur. Horum iudiciorū, vtrūq; laudabile eſt ſeruatis circunſtantīs, & conditionibus debitis. De iudicio quippe diſcretionis dñs loquitur per prophetam. Si ſepataueris pciosum a vili, quaſi os meum eris. De quo in Iob habet. Iudiciū eligamus, & inter nos videamus quid ſit melius. Itēq;. Nunquid qui nō amat iudiciū poteſt ſanari? Iudiciū autem remunerationis eſt duplex, videlicet, ap̄bationis, q̄tum ad bonos, & reprobatiōis, q̄tū ad malos. Sciendū quoq; ꝙ Paulus hoc loco ad lram loquit contra eccleſiā Romanorum quę ex Iudęis & gentibus collecta erat, qui ſe mutuo iudicabant. Iudęus em̄ iudicauit gentilē de tranſgreſſione legis naturalis. gentilis vero Iudęū de p̄uaricatione legis diuinę. Quilibet vero iſtorū ſecᵈm apoſtolum inexcuſabilis eſt. Cuius ratio ſubdit. [Eadem em̄ agis]. id eſt, ſimilia, vel eadem gñe aut ſpecie tu Iudęe operaris [quę] in gentili [iudicas]. i. redarguis atq; condemnas. Vel eadē agis tu gentilis quę in Iudęo iudicas. Hoc generaliter accipi poteſt de vnoquoq; noſtrum, qui de illo peccato alium iudicat, quod ipſe in ſeipſo non corrigit. Quod conſequenter declarat apoſtolus. [Scimus enim] per naturalem rationem, vel ſupernaturalem illuminationem, [quoniam iudicium dei eſt ſecundum veritatem,] .i.

Auguſt.

Hiere.15. Iob

1. cor.4.

Math.7.

secundum iusticiã, qua reddit singulis quod mereatur: Hoc est, scimus ꝙ iudicium dei sit iustũ [in eos] .i. aduersus eos [qui talia agunt] .i. se inuicem temerarie iudicãt, sicutiã dictũ est. Tales em̃ reprobat deꝰ. Circa qđ Origenes sic ait. Illud hoc loco videt ostendi, ꝙ solius dei sit, scđm veritatem, iudicium, quia corda hominũ nosse & mentis secreta dinoscere solius est dei. Sũt em̃ quędã quę cõmittunt opere quidẽ malo, animo autem nõ malo, vt si quis (verbi causa) hominem nõ voluntate occiderit. Alia vero fiunt opere bono, sed aĩo non bono, vt si quis misericordiæ opus nõ pro dei mandato, sed vt laudet ab hoĩbus faciat. Hoc tm̃ non est sic accipiẽdũ, quasi iudicia hominũ nõ sint iusta & vera, sed ꝙ nõ sunt tam vniuersaliter vera ac iusta nec adeo certa, maxime subtracta illuminatione diuina. [Existimas autẽ hoc o homo oĩs qui iudicas] inordinate [eos qui talia agunt] .i. pmemorata pecc̃ata cõmittunt [& facis ea] quę in alĩs iudicas, [quia tu effugies iudiciũ dei] .i. damnationis sententiã & iusta torm̃eta. Quasi dicat. Noli hoc æstimare. Loquitur apl̃s interrogatiue [An diuitias bonitatis eius] .i. plenitudinẽ seu abundantiam pietatis diuinę [& patientię] qua non statim vlciscitur illatã sibi iniuriã [& lõganimitatis] qua diu iniquorum conuersionem expectat vt indulgentiã consequantur, iuxta illud prophetę: Propterea expectat dñs vt misereat̃ vestri. Non em̃ vult mortẽ peccatoris, sed vt conuertat̃ & viuat. Patientia autẽ cũ sit virtus moralis, passionẽ tristitię ordinans, non ꝓprię cõpetit deo nisi per similitudinẽ operis [An ergo ista contemnis?] Quasi dicat. Mirũ est si tantã pietate & gratiã dei non pensas. nec ꝙ honoras. Hanc contemnit, qui ex pia dilatione vltionis diuinę pcioratur peccãdo securius, & cõcessa penitẽtię tempora expẽdendo in actibꝰ prauis. Quẽadmodũ scriptũ est de ingrato ac impio. Dedit illi deus locũ pœnitentię & ille abutitur eo in superbiã [Ignoras qm̃ benignitas dei ad pœnitẽtiã te adducit?] .i. hoc merito ignorare non debes, ꝙ misericordia dei te patienter ac

ps.95. Eccle.vlti. Origenes ps.7. Apo.2.

ps.138. Iob.11.

Eccl.5. Esaiæ.30. Ezech.18. &.33.

Pro.18.

Eccl.8.

Iob.24. 2.Petr.3.

longanimiter sustinēdo, quātum in se est, instigat & du
cit te ad pœnitentiā peragendam. Per inspirationē em̄
angelicā ac diuinū instinctū admonentur iniqui cō uer
ti ad dñm. Vnde Sapiens, Misereris inquit, oīm dñe & Sapien.11.
dissimulas peccata hominū propter pœnitentia ¶ Con
sequenter ostendit Apostolus quid homo meret incide
re non attendendo bonitatē longanimitatis ac patiētiæ
dei, qui pie præstolat pœnitentiā nostrā [Secundū du- Mat.19.
ritiā autē tuā] .i. per obstinationē ac ptinaciā qua diui- Hie.8.
ne inspirationi resistis, nec verbo dei mentē tuā aperis Iaco.vlti.
[& impœnitens cor tuū] quod de pristinis malis non Sopho.1.
dolet, nec futura vitare molitur [thesaurisas] .i. multipli Esaiæ.36.
cas [tibi iram] .i. districtam vindictā exercendā [in die
ire & reuelationis iusti iudicij dei] .i. in die nouissimo,
in quo deus maxime iratus videbit, & secreta produ-
cet in lucem. Tunc em̄ reuelabit abscondita tenebrarū
& manifestabit consilia cordiū. Hinc scriptū est: Cor 1.cor.4.
durū male habebit in nouissimo. Et de peccatore indu- Esa.48.
rato dñs ait p̄ pphetam. Scio quia durus es tu, & ner-
uus ferreus ceruix tua, & frōs tua ænea [qui reddet vni
cuiq; scdm opera sua] Iuxta illud apocalypsis. Ecce ve Apoca.21.
nio cito, & merces mea mecū est, dare vnicuiq; scdm
opa sua. Hoc noui ac veteris testamēti scriptura cōcor
diter clamat. Vñ in Ecclesiaste scribit. Cuncta q̄ fiunt Eccle.vlti.
adducet deus in iudicium, p̄ omni errato, siue bonum
siue malū. Et Hieremias ppheta. Dñe cui⁹ oculi apti Hiere.31
sūt sup oēs filios Adā, vt reddas vnicuiq; scdm vias
suas. In his autē atq; similibus locis scripturę vias seu
opa, itelligēdi sūt qcūq; act⁹ humani, tā iteriores q̄ ex
teriores, videlicet cogitatio, affectio, locutio, operatio.
¶ Cōsequēter oñdit in specie, qd dicebat in genere. [His
qdē qui scdm patientiā boni operis, gloriā & honore]
Sic legēda est lra. De⁹ reddet singulis scdm opa sua.
His qdē q̄ sūt boni opis. i. bonę vitę scdm patiētiā dei,
q̄ eorū cōuersionē lōganimiter expectauit, & ita bñ vsi
sūt patiētia dei, reddet p̄ p̄mio, gloriā .i. beatitudinē si
ue lęticiā, vel clarā cū laude notitiā, clarificādo eos in

cordíbus aliorū, & honorem. i. reuerentię exhibitionē in signum virtutis ipsorū. Nā & deꝰ honorabit eos cō stituēdo eos secū in regno cœlorū [& incorruptionē.]

1.cor.9. i. immortalitatē impassibilitatem atq; ꝓpetuā securitatē his inq̄ [querentibus vitam eternā]. i. referentibꝰ cūcta quę agunt ad vltimū finē seu verā fœlicitatē quæ est

Mat.6. vita eterna, nō ad tpale commodum aut laudē hūanā.

Col.3. Vnde ait saluator: Primū quęrite regnum dei. Et apls. Quę sursum sunt q̄rite. Hoc modo exponit litera ista cōmuniter. Videtur quoq; sic posse exponi. His qui secundum patientiā boni operis sūt. i. qui opera bona patienter egerūt & ꝑ patientiā custodierunt, dabit gloriā

Ia. primo. & honorē. Propter qđ dicit Saluator Lucę 21. In patiē-

Lucæ.21. tia vestra possidebitis animas vestras. Vel sic. His qui

Heb.10. scđm patientiam ambulauerunt. i. patienter conuersati

loco.vlti. sunt, retribuet deus boni operis. i. pro bono opere gloriā & honorē tanq̄ cōdignam mercedem. [His autem

ꝑs.20. qui] sunt [ex contentione]. i. insimul litigant & pacis iu-

Deut.31. ra violant vel deo resistere satagunt [& qui non acquie-

2.Timo. scunt veritati]. i. iusticiæ seu sanę doctrinę qua admonē-

Iaco.3. tur conuerti ad deum [credunt autem iniquitati]. i. vanis erroribus ac falsis dogmatibus quo contra dicit apostolus ad Hebręos. Doctrinis varijs & ꝑegrinis nolite abduci. His itaque superueniet [ira], id est diuina vltio,

Io.8. [Et indignatio], id est detestatio qua iudex æternus

Heb.13. eos contemnet [tribulatio] corporis [& angustia] mentis, venient inquam hæc [in omnem animam hominis operantes malum] nisi pœniteat. Nam & corporis pœna redundat in animam & econuerso. [Iudæi primū], id est, præcippue. quoniam propter legem diuinam ei traditam graulus peccauit, & fortius puniet̄, [& Græci] Si per Græcos intelligatur gens illa specialis, tunc [Græcus post Iudæum exprimitur, quia præ cæteris gentibus magis peccauit atque punitus est, eo q̄ i naturali philosophia & subtilitate ingenij præfulgebat. Vbi enim maius donum scientiæ, ibi prævaricator grauiori subiacet culpę & pœne. Si vero

per Græcū intelliguntur gentiles cōmuniter, tunc post Iudęū ponit Greęus, quoniā min⁹ peccauit loquendo in genere & cęteris paribus. His verbis apostoli consonat illud ꝓuerbiorū, quod ex persona æternæ sapien Prou.1.
tię dicitur. Quia vocaui & renuistis, & increpationes meas neglexistis, ego quoq; in interitu vestro ridebo, cū irruerit repētina calamitas & interitus quasi tēpestas ingruerit, qñ venerit super vos tribulatio & angustia. Hoc loco Apostolus cōtentiosos redarguit. Vnde ali⁹ apostolus dicit. Si zelū amarum habetis, & contentio- Iacobi.3.
nes sunt inter vos, nolite gloriari, & mendaces esse ad uers⁹ veritatē. Deniq; tanta est culpa cōtentionis, vt ꝓpter ipsā corporalis exercitatio reprobet dicente dño ꝓ prophetā. Ecce ad lites & cōtentiones ieiunatis. Nū- Esaiæ.58.
quid tale est ieiuniū quod elegi? [Gloria autē & honor] (de quibus iam dictū est) [& pax]. i. tranquillitas mentis, seu securitas ab ipugnatione hostili dabunt pro præ Esa.32.
mio [oi operāti bonū] ex charitate [Iudæo primum]. i. ꝓcipue. Quia in genere plus alijs meruerūt Iudęi ad Christū cōuersi, videlicet sancti apostoli, ac primitiua ecclesiæ [& Greco] i. gentilibus. [Nō est em personarū Gal.2.
acceptio apud deū] i. deus in iudicādo nō attendit per- Ephe.6.
sona, & ea quę nō habent rationē meriti siue demeriti, Colo.3.
sed sola opera pensat, & vnumquēq; scđm merita sua Iaco.2.
iudicat. Propter quod asserebat Petrus. In veritate cō Actuū.10
peri, quoniam non est personarum acceptor deus, sed in omni gente qui timet deum, & operatur iusticiam, acceptus est illi. Et per prophetam dñs loquitur. Vnum- Ezech.18.
quenq; iuxta vias suas iudicabo. Ad hanc perfectionē Leui.19.
hortatur nos sermo diuinus per Moysen dicens: Iuste iudicabis, nec consyderes personā pauperis, neq; honores vultum potentis. Porro q; apud deum non sit personarum acceptio, sed iustum iudiciū probat. [Quicunq; enim sine lege] scripta atq; Mosaica [peccauerunt] videlicet non habendo legem. i. gentiles qui peccatum commiserunt, nō quia legem scriptā transgressi sunt, Ioan.12.
quia nec eam habuerunt [sine lege peribunt] id est non

propter huius legis pręuaricationē damnabunt̄, sed ꝓ
pter hoc ꝙ legem naturalem nō seruauerunt cum fide
saluatoris saltē implicita, vt pleni⁹ ostendet̄. Cum dicat
Ambrosi⁹. Peccatum est pręuaricatio legis diuinæ, q̄ri
potest quomodo aliquis peccare valeat sine lege. Et re
spondēdum, ꝙ in definitione Ambrosij, per legē diui
nā intelligit̄ quælibet lex data a deo, a quo cōstat natu-
ralē legem fluxisse, datamq; esse. [Et quicunq; in lege]
scripta [peccauerunt] eā non obseruando sicut Iudęi [ꝑ
legem] .i. ex ipsa lege scripta, vel propter legis trangres
Eze.34. sionem [iudicabuntur] iudicio reprobationis. Vnde
Ioan.7. Christus aiebat Iudæis. Est q accusat vos Moyses ī quo
speratis. [Nō em̄ auditores legis] diuinitus datę [iusti
sunt apud deum] nisi obediant legi. Ideo subdit̄ [sed fa
ctores legis] .i. qui legis mandata adimplēt [iustificabū
Iacobi.2. tur] .i. iusti erunt ac reputabunt̄ apud deum. Nam & fi
Mat.7. des sine operibus mortua est. Et in euangelio Christus
testat̄. Omnis qui audit verba hæc, & non facit ea, assi-
milabitur viro stulto, qui ędificauit domū suam supra
Lucę.11. arenam. Et alibi. Beati qui audiunt verbū dei & custo-
diūt illd̄. Ipsa ergo impletio legis per gratiā, ex qua ꝓ
cedit impletio, iustificat hominē, estq; iustificatio eius.
Deniq; ꝙ ipsa obseruatio legis iustificet elucescit ex
hoc. [Cum em̄ gentes] .i. gentiles [quę legē] scriptam
seu Moysi [nō habent] quia nō tenebant̄ ad eā [naturali
ter] .i. ex naturalis rationis dictamine, adiuti tñ lumine
1.Ioan.3. gratię sine qua nemo vnquā saluatus est, Nō em̄ ex pu
ris naturalibus quisq̄ saluat̄, cum salus nostra sit super-
naturalis fœlicitas. s. visio per speciē, ad quā sine fide,
charitate, & gratia dei nullus viator pertingit [ea quę le
gis sunt faciunt] .i. legē scriptam obseruant, q̄tū ad præ
cepta moralia decalogi, quę sunt de dictamine ratiōis
naturalis [eiusmodi] gentes [legem] mosaycam [non
habentes, ipsi sibi sunt lex,] .i. ꝓpria ratio est eis pro-
lege [qui ostendunt] bene viuendo [opus legis] quod
a lege scripta præcipit̄ fieri aut vitari [scriptum in cor-
dibus suis] .i. intellectui naturali impressum, ita quod

ratio dictat eis, quod dictat lex scripta. Dum enim non faciunt alteri qđ sibi nolunt fieri, (qđ vtiq; naturalis ratio dictat) implēt ea quę iubet lex scripta. Nā & secūdum Apostolum, qui diligit proximum, legē impleuit. Hi ergo qui naturaliter agunt ea q̄ legis sunt sibi sunt lex: quod declarat apl's ꝑ effectū, videlicet ꝑ cōsciētię testimoniū. Subditur enim [testimonium] boni vel mali [reddente illis conscientia ipsorum] quę ex naturali iudicio rationis reprobat malum, & approbat bonū Reclacitrat em̄ quodāmodo operi vitioso, cōsentitq; actui virtuoso. [& inter se inuicē cogitationū accusantium aut etiā defendentium]. More græcorum ponit genitiuum ꝓ ablatiuo, vt sit sensus, cogitatiōib⁹ se inuicē accusantibus. i. peruersis cogitationibus quę malos accusabant, etiā defendentib⁹. i. cogitationibus bonis, q̄ bonos excusant atq; defendūt. His inquā cogitatiōib⁹ testimonium dānationis vel salutis reddētibus illis. i. p̄dictis gentilibus. Istæ cogitatiōes accusātes & defendētes. i. bonę & malę, examinant̄, dijudicant̄, & declarantur corā naturali iudicatorio hoīs, quasi corā iudice ꝑ prima agibilium principia naturaliter inserta & cognita, sicut est illud. Quod tibi vis fieri, fac alteri. Quāuis autē testimonium illud modo reddat consciētia, tn̄ in futuro extremo iudicio clari⁹ perhibebit. Tunc nanq; quilibet conscius erit sibi de proprijs bonis ac malis. Iccirco subiūgit̄ [in die cum iudicabit de⁹ occulta hominū]. i. in die iudicij quando aperient̄ libri cōscientiarum [secundum euāgelium meum]. i. secundum quod ego euangeliso ac p̄dico. Euangelium enim est Christi tanquam auctoris. Ioannis vero, Matthęi, Lucę, & Marci tanquā scriptorū, Pauli autē & aliorū apl'orū, tanq̄ p̄dicatorum. Qđ vero mox subdit̄ [Per Iesum Christū] referri potest ad aliud quod dictum est. Iudicabit deus &c. quia per Christum hominem exercebitur illud iudicium, Ita ꝙ ipse, vt homo erit executor iudicij. Pater enim non iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio. Vel ad illud quod dictum est, secundum

Tob.4.

Roma.15.

Mat.5.

Euāgelium cuius est dicat

Ioan.3.

euangeliū meum. Per Christum eñ factum est euāgeliū Pauli, sicut superius ait. Per quē accepim⁹ gratiam & apostolatū. Potest quo q; ita exponi. Testimoniū illis reddēte cōsciētia ipsorum. i. conscientia operū, nec solū conscientia operū, sed & conscientia cogitationū inter se inuicē accusantium aut defendentiū, iuxta sensū præhabitū. Dicit autē glosator q; in die iudicij cogitatiōes accusabunt animā, vel defendēt, nō q̄ tunc erūt, sed q̄ nunc sunt in nobis, quarū quędā notę at q; signacula relinquunt in corde nostro, velut in cęra quæ in occulto nūc pectoris posita, tunc reuelari dicunt per Christū.

Glo. ordi.

Anselmus

Sed cōtraire huic videt, q̄d ait Auselmus & alij sancti quod etiā certū est, s. q; in die iudicij erit in reprobis cōscientia vrens at q; remordens, in electis vero cōsciētia bonę fiducię. Omniū eñ opera cūctis patebūt. Sciēdū ergo, q; cogitationes quę nunc sunt, tunc accusabunt: vel defendent pmodum meriti siue demeriti. Cogitationes vero quę tūc erunt, accusabunt aut defendēt non pmodum meriti vel demeriti, quia nō erit tunc loc⁹ merendi, aut demerēdi, cum via sit finita, sed tanq̄ signa p̄teritorū meritorum aut demeritorum. Et sic Glosator saluatur per distinctionē ¶ Cōsequēter apl's Iudęos aggredit probans eos, q̄tum ad aliquid, deteriores gentilibus. Quo eñ plura beneficia at q; auxilia cōtra peccatum receperunt, eo grauius peccauerunt in eodem gñe culpę, quia quo stat⁹ sublimior, eo ruina est maior. Denię q; excellētia stat⁹ Iudęorū fuit in hoc, q̄d legē diuinā p̄cepta moralia, iudicialia ac cerimonialia, diuersaque alia gratiarū munera receperūt. Vnde Moyses loquebat. Quę est alia gens sic inclyta, vt habeat cerimonias, iustaq; iudicia & vniuersā legē, vt populus tu⁹ Israel? Ipsi vero ingrati deo fuerūt. Propter q̄d dominus cōqueritur: Filios, inquens, enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. His ergo nunc ait apostolus. [Si autē] .i. quia [tu Iudęus cognominaris] a Iuda patriarcha qui inter fratres suos fortissimus erat, vt dicit scriptura. Primo siquidem appellati sunt Hebræi ab Heberin

Excellentia status Iudeor.

Deute. 4.

Esaie. 1.

1. para. 13.

quo remāsit lingua hebraica, quę ante cōstructionē tur
ris Babylonice omnib⁹ erat cōmunis, iuxta illud: Erat
aūt terra labiū vnius. Postmodū dicti sunt Israelitæ a
Iacob quivocatus est Israel. Tertio dicti sūt Iudęi a Iu
da. Hoc tñ nomine specialiter vocabuntur duę tribus.
Nā Israel dicte sunt aliędecem tribus a tēpore separati
onis suę a domo Dauid, [& requiescis]. i. psistis [in le
ge] mosayca nō euagādo p diuersos errores more gē
tilium] & gloriaris [ideo]. i. in cognitione ipsius [& no
sti voluntatē eius] ex doctrina legis ac pphetarum [&
pbas]. i. approbas seu cōmēdas [vtiliora]. i. pfectiora
& viciniora saluti [instruct⁹] p legē i qua diuersi gra
dus pfectionū docent [cōdis]. i. presumis & estimas
[teiplū ducē cęcorū]. i. tātę pfectionis vt alīs spiritual
iter excæcatis possis viā ꝙ tutis oñdere, eosq; i via dei p
cedere, atq; ad rectū finē pducere. Cōfidis q̄q; te [lu
mē] esse [eorū qui in tenebris] ignorātiæ [sunt]. i. tante
gratiæ ac scientiæ vt ignorātes valeas illustrare, [erudi
torē insipiētiū]. i. diuinorū cognitione carētiū. s. infide
liū, qs Iudei uicissim cōuerterunt ad deū. [magistrū
infātium]. i. paruulorū & imperfectorū, qui solidum
cibum capere non valentes, expertes sunt sermonis iusti
ciæ [habentem formam]. i. perfectionem alīs exem
plarem [scientię in agendis & veritatis in lege]. i. in
credendis ac speculatiuis. Porro quod subditur, inter
rogatiue, admiratiue, & increpatiue intelligendum est
[Qui ergo alium doces, teipsum non doces?]. i. cū aliū
docere prēsumas, cur teipsum non doces? Et mirum
est quod teipsum non doces. Et male agis, eo quod tei
psum nō doceas. Simili mō legenda sunt quę sequūtur
[Qui p̄dicas nō furandū, furaris? Quidicis nō mœchan
dū, mœcharis?] Cōmiserūt aūt iudei & spūale furtum
ac mœchatione, subtrahēdo a lege sensm de Christo ac
mysticūi tellectū. [Qui abhominaris idola]. i. id olatrię
cultū [sacrilegiū facis?]. i. furtū atq; abusum rei sacræ
Aliq̄ em diuiō cultui deputata ꝓpriis vsibus applica
bātiudęi, qaauarissimi erāt sacerdotes, scribę ac phariseī,

Fidei dnūs
nōrū gnoiat
Sm
Gen. 32.
3. Reg. 12.
Hebr. 5.

Mat.15. Nã diuina p̃cepta ſuis ſupſtitioſis traditionib⁹ irrita fe-
p̃s.77. cerunt. vt euangelium loquit [Qui in lege] .i. de legis ac-
ps.149. ceptione [gloriaris] dicendo. Quanta audiuim⁹ & co-
gnouimus ea, &, non fecit taliter omni nationi: [p̃ præ
uaricationẽ legis deum inhonoras] nõ exhibendo ei re-
Eſa.32. uerentiã debita, obediendo mandatis ipſius. [Nomen
enim dei per vos] .i. occaſione veſtri [blaſphemat inter
gentes] .i. a gentibus p̃fidis, quę videntes veſtra puerſi-
tatẽ deum veſtrũ blaſphemant, æſtimantes eum iniuſtũ
qui tales ſeruos aſſeritur elegiſſe, ſicut ſcriptũ eſt Ezec.
36. vbi p̃dicta verba habent ſecundum tranſlationẽ ſe-
ptuaginta interpretum. Noſtra autẽ tranſlatio talis eſt.
Ingreſſi ſunt ad gentes, & polluerunt nomen meum. Et
ſicut Ezechiel iſta dicebat de Iudeis ſibi cõtemporaneis
ad quos miſſus erat, ſic Paulus hæc applicat de Iudeis
ſui tp̃is. Conſequenter oſtendit Ap̃s grauitatẽ exceſſ⁹
Iudeorum ex cõditione circunciſionis. Circunciſio nã
q̃ erat ſignum iuſticiæ, & quędã profeſſio legis ſeruan
dæ, iuxta illã ap̃li ad Galathas, Teſtificor omni homini
circuncidẽti ſe, q̃ debitor ſit vniuerſæ legis. Quemad
modum ergo nunc p̃deſt p̃feſſio vitæ clauſtralis, ſi re
gula obſeruetur, ſi vero regula omittatur plurimum o-
beſt, & p̃ctm̃ grauat, ſic de circunciſione erat tempore
Gene.17. veteris teſtamenti. Hoc eſt q̃ ait Ap̃s. [Circũciſio qui
dẽ prodeſt] ad gratiã p̃merẽdam, videlicet tẽpore ve-
teris teſtamẽti, non autem euangelio diuulgato [ſi legẽ
Eccle.5., obſerues. Si autẽ præuaricator legis] Moſayce [fis, cir-
Hier.9. cunciſio tua] carnalis [præputium factа eſt] .i. præpu-
ps.118. tio ſimilis, non plus valens q̃ illud. [Si ergo præputiũ]
Hiere.4. .i. gentilis incircunciſus [iuſticias legis] .i. præcepta
moralia, quę ſunt de dictamine rationis naturalis [cuſto
diat] cum fide & cultu vnius dei (vt tactũ eſt) [non-
ne præputium illius in circunciſionem reputabitur?]
.i. tantum ſibi proficiet ad ſalutẽ, vt tibi o Iudæe circun
ciſio tua? Quaſi dicat, ita. Cuſtodiendo enim iuſticias le
gis modo præfato ſpiritualiter circuncidit, & filiꝰ Abra
Mat.3. hę reputat. [Et iudicabit quod ex natura eſt p̃putiũ] .i.

gētilis ꝓputiū naturaliter habens, ex gētibus ortus & ī ꝓputio natus [legē cōsūmans].i. iusticias legis scriptę adimplēs ex naturali dictamīe ratiōis. [Iudicabit inq].i. sui cōparatiōe iudicio damnatiōis dignū ostēdet [te] Iudęe [qui p literā].i. legis scripturā [& circūcisione p uaricator legis es].i. nec p scripturā sacram, nec p circūcisiōis significtionē a peccato retraheris, a quo gentilis retrahit p legem naturalem sine circūcisiōe ac litera scriptur arū. Quod autem genti lis iuste viuens melior est Iudęo circunciso iniuste viuente, & eum cōdemnet, ꝓbat Apostolus, eo ꝙ duplex sit circuncisio, scilicet spūalis & carnalis. Quarū prima facit spūalem Iudęū, secūda carnalem. Vñ propheta. Omnes, inquit, gentes habent ꝓputiū, ōnes aūt domus Israel īcircuncisi sūt corde. Ad spūalem vero circūcisionem admonet Moyses. Circuncidite, īquiens, ꝓputium cordis vestri, & ceruicem vestrā ne īduretis aplius. Et quantum caro est īferior spiritu, tm̄ circuncisio carnalis & carnalis iudęus īferiores sunt spirituali circuncisiōe, at ꝙ iudęo. Ait ita ꝙ. [Nō em̄ qui ī manifesto].i. qui circūcisus est carne, & pōt hoib⁹ signū iudaismi ostēdere, [Iudæus est] solū & vere (Iudæus em̄ īterp̄tat cōfitēs, q̄d cōpetit nō solum circuncisio) [neque q̄ ī manifesto circuncisio ī carne].i. Circuncisio illa exterior pellicula tollens, est circuncisio pfecta ac vera [sed qui ī abscōdito].i. qui corde circūci sus est, q̄ circuncisio homines latet, deo ꝙ patet [Iudæus est] vere ac spiritualiter confitens dño cōfessione laudis diuinæ. [Et circūcisio cordis].i. circūcisio spūalis fcta [ī spū].i. scdm spūalē ītellectū scripture veteris testamēti [nō lra].i. nō scdm sēsū lrālē ipi⁹ VI, ī spū.i. ỿtute spūs scti, nō lra.i. lrālib⁹ cultris legis [cuius] videlicet spiritualis circūcisionis [laus nō ex hoībus] qui ī interiora tueri nō valēt, nec ꝙ de eis certū quippiā iudicāt [sed ex deo est] qui īspector ē cordis, & spūalem circuncisionē, qua vitia p̄scindunt, cōmēdat poti⁹ q̄ carnalē, qui ab exordio sæcli multos saluauit sine corpali circūcisiōe, neminē vero sine circūcisiōe spūali

Ps.4.¶ Mat.1 2.

Empty cistern
Hiere.9.
Deut.10.
& ge.17.

Geñ.17.

Infra.9.
Matthei.6.

Phili.3.

1.Reg.6.
1.Cor.10.
ps.7.43.
Apoca.2.

Multy saluato sine circumcision multyde sine circumcision

His verbis apl'i consonat, quod de carnalibus Iudæis
Apoca.2. ait Ioannes in apocalypsi. Dicunt se Iudęos esse, & nõ
sunt, sed sunt synagoga sathanę.

¶Elucidatio cap. tertij, scilicet. Quid ergo amplius est Iudęo. ¶Artic. VI.

Eclarato in quibus Iudæi deteriores erant gẽ
tilibus, nunc ostendit in quibus eos pręcellãt.
Esaiæ. 44. Mouet autẽ & soluit quęstionẽ, quę ex p̃indu
ctis cõsurgit [Quid ergo amplius est Iudęo,
aut q̃ vtilitas circũcisiõis?], i. si tanta est vtilitas atq; ini
quitas Iudęorum, vt eis pręferãtur gẽtiles, sicut iam pa
tuit, qd ergo ampli⁹, i. maius aut digni⁹ est Iudęo circũ
ciso, q̃ gẽtili incircũciso, aut q̃ vtilas fuit circũcisionis?
p̃s.75. Oĩa ista referẽda sũt ad temp⁹ legis scriptę, nõ euange
p̃s.147. licę. Et respondet [Multũ] melius est Iudęo secundum
statũ priorẽ q̃ gẽtili, solã naturalẽ legẽ habenti [per om
Insra.9. nẽ modũ] in genere, scilicet in oĩbus quę ad salutẽ req-
runt [Primum quidẽ] melius est Iudęi [quia credita]
Ioan.5. i. ex speciali gratia tanq̃ amicis & familiarib⁹, ammini-
p̃s.18. strata ac data [sunt illis eloquia dei] i. scripturę sacrę le-
p̃s118. gis ac ꝓphetarũ. Nec obstat ꝙ quidã eorũ nõ credide
p̃s.76. rũt sicut subiũgit [Quid em̃] est prædictæ p̃rogatiuæ
p̃s.105. Iudæorũ [si quidã illorũ non crediderũt] eloquijs dei,
Ezech.2 mysterijs Christi. [Nũquid incredulitas illorũ fidem
Ioã.8. dei] i, fidẽ diuinã quã alij habuerũt de deo [euacuauit]
inanẽ effecit: Vel, fidẽ. i. fidelitatem dei de adimplendo
Eccle.33. qd̃ ꝓmisit, euacuauit. i. ab opẽ ĩpediuit, [Absit] Vnius
cuiusq; enim malitia in seipsum redundat Insuper ꝙ
hominum incredulitas fidelitatem dei non euacuet pro
Matth.22. bat apostolus. [Est autẽ deus verax] in suijpsius natura
Io,3.7,8 in opere, atque sermone, quoniam inuariabile esse ha-
Apoc.9 bet, & omnia iuste dispensat, impletque veraciter quic
quid promittit simpliciter. Aliqua autem promittit
p̃s113 sub conditione, quę non semp̃ implentur [omnis autẽ
homo mendax] i. a vero atq; incommutabili esse defi-
p̃s.38. ciens, vanitati subiectus, & per consequens peccare po
Roma.8. tens & mentiri ac falli. Quod intelligendũ est de omni

viatore secundū legem cōem. Vnde ait Psalmista. Veruntamē vniuersa vanitas oīs homo viuens. Et rursus: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax: In Numeris quoq; scriptum est. Nō est deus vt homo, vt mētiat̄, neq; vt filiꝰ hoīs, vt mutet̄, [sicut scriptū est, vt iustificeris in sermonibꝰ tuis, & uincas cū iudicaris] Hoc allegat apl's ad ostendendū, ꝙ deus sit verax implēdo ꝓmissa: Hæc enim vba locutus est Dauid homicidio adulterioq; patris, vt sit sensus. Ego Dauid tibi soli peccaui, & malū corā te feci, vt tu domine deꝰ iustificeris, i. iustus & verax agnoscaris, non infringēdo nec omittēdo propter mea facinora, tuam promissionē, qua mihi pollicitus es, ꝙ ex semine meo humanā naturā assumeres, ex quo constat, te verū esse in promissis, & vincas id est, pręualeas aliis cū iudicaris ab eis, nō debere promissionē tuā mihi de Christo factā implere ꝓpter scelera mea, Cum em̄ Dauid vxorē Vrię violasset & cognouisset, eiusq; virū occidisset, multi dicebāt p̄dictā ꝓmissionē euacuatā, quoniam nō deceret Christū de homicida & adultero nasci. Cū ergo deꝰ huiꝰ dicti oppositū fecit, præualuit istis. Hūc sēsum intendit hoc loco Apl's: Possunt quoq; p̄dicta verba adhuc tribꝰ modis exponi, sicut in expositione libri Psalmorū induxi, sed hoc loco iste sufficiat. Sciendū vero ꝙ hæc dictio, vt, secundū hunc sensum tenet̄ cōsecutiue, non autem causaliter, quia non ideo Dauid peccauit, vt deus iustificaret̄, sed ex eius pctō occasionaliter consecuta est manifestatio diuinę iusticię iuxta modū expositū: Sed quoniā ex p̄dictis verbis Dauid quibus ait. Malū corā te fecit vt iustificeris &c. quidā sumpserūt occasionē erroris, dicētes, ꝙ nostra pctā atq; mendacia directe faciūt ad gloriā dei, videlicet ad manifestationē diuinæ veritatis atq; iusticię, & per cōsequēs, ꝙ deus vellet nos peccare & mentiri, quatinus comparatione nostri iustior ac verior, imo solus iustus ac verus appareret, & vt misericors agnosceret̄, dum nobis ingnosceret. Hoc sanctus apostolus reprobat ducendo ad inconueniens,

Ps. 115.
Nume. 23.
Ps. 50.
Ps. 118.
Prou. 8
Gen. 22.
Ps. 113.
2, Reg. 7.
Reg. 11.
Hie. 18.
Ps. 50.
Esaiæ. 5.

Ait ergo, [Si aūt iniquitas nostra iusticiā dei commendat].i.directe & ꝑ se cōmendabilem seu laudabilem facit, vt aliqui asserūt [quid dicemus?].i.quid respondere poterimus ad ea quæ sequuntur ex hoc? Primo em̄ sequeret̄ deum esse iniustū qui peccata vlciscitur. Ideo subdit. [Nunquid iniquus est deus qui īfert irā?] .i.penā ꝓ culpa .[Secundū hominem dico. Absit].i. sic ego esse nō assero, sed secūdū carnales hoc sequit̄. Quod ꝑ se facit ad gloriam dei, nō est puniendū, sed p̄miādū vt bonū, quia ꝑ se ordinatur ad finē laudabilē Si ergo iniquitas nostra ꝑ se facit ad gloriā dei, īiustꝰ est deus qui iudicat eā ꝑ tormēta. [Alioquim qñ iudicabit deꝰ hūc mundum?].i.homines ꝑegrinātes in terra. Si em̄ īiustꝰ est deus, nō poterit mundū hunc iuste iudicare, quia iusticia maxime spectat ad iudicem. Prout Sapiēs dicit. Diligite iusticiā, qui iudicatis terrā. Quod aūt nō sit īiustꝰ, elucescit ex ꝟbo psalmiste. Qm̄ rectꝰ dñs deꝰ noster, & nō est iniquitas in eo. Vñ Iosaphat aiebat: nō est apud dñm deum nostrū iniquitas, nec ꝑsonarū acceptio, neq; acceptio munerum, Deus quippe gloriosus & fortis, est ip̄a essentia bonitatis, mēsura & causa totius æquitatis, ideo culpa ei placere nō potest. Quod cōfirmat Apostolus subdēs. [Si em̄ veritas].i.æquitas [dei in meo mēdacio].i.ꝑ meū peccatū [abūdauit].i.q̄tū ad sui manifestationē directe creuit clariusq; innotuit, & hoc [ī gloriā ipsius] dei, ita ꝙ ex meo peccato ꝑ se gloriosior ꝑfectiorq; apparet [quid adhuc & ego tāq̄ peccator iudicor?].i.cur nūc usq; īiustus existimor. Tāquā dicat. Si sic eēt nō essē reputādus iniquus, quia nō displiceret deo iniquitas mea, vt dictū est. Deīde destruit p̄memoratū errorē ducēdo ad aliud incōueniens. [Et non sicut blasphemamur].i. si nostra peccata directe ordinātur ac operant̄ ad glorificationem diuiuę iusticię, sicut illi dixerunt, cur ita non est sicut nobis blasphem e imponitur [& sicut aiunt nos quidam dicere].i.sicut pseudo apostoli affirmant me aliosq; veros apostolos prędicare illud quod

Ioan.5.
2.Tim.4.
Sapien.1.
p̄s.91.
3.Para.19
Matth.151
Lucæ.14.
Sapien.14.
Iob.1.
Sapien.17.
2.Petr.vlti.

sequitur [faciamus mala, vt veniāt bona quorū] pseudo apl̄orū qui nobis ista īponunt [dānatio iusta est,] quia mortaliter peccant. Qm̄ em̄ apl̄s ait inferius. Vbi abūdauit delictum, abundauit & gr̄a: & nunc simile aliqd dixit, allegādo verba psalmistę. Alij quoq; apl̄i talia p̄dicauerunt. Ex his moti sunt ęmuli apl̄orū dicētes, q̄ p̄dicarent pctā esse patrāda & cōtinuanda, quatinus ex hoc sequerent̄ bona, videlicet glorificatio seu manifestatio diuinę æquitatis ac pietatis. Pręterea aduertendum, q̄ cū pctm̄ sit auersio mentis a deo, & recess9 ab ordine, scd̄m Dionysium, & ab eo qd̄ est scd̄m naturā secundum Damascenum, iccirco per pctm̄ irrogat̄ deo iniuria, & directe inhonoratur deus, non glorificatur. Veruntñ qm̄ tanta est bonitas dei, vt non permitteret malum, nisi p̄nosceret aliq̄d bonum inde vēturum, & tāta est virtus eius, q̄ malū omnino impediret nisi aliqd̄ bonum ex malo elicere posset. Propterea malum culpę indirecte atq; p accidens. s. p̄ter ꝓpriā conditionē, & præter peccātis intentionē ordinat̄, & valet ad declarationē diuinæ iusticiæ, scd̄m q̄ deus p pœnam ordinat culpā, in quo diuina sapientia atq; iusticia manifeste refulget. Quēadmodum etiā ex crudelitate tyrānorum p̄ter intentionē ipsorum, manifestauit deus patientiā atq; cōstantiā martyrum. ¶ Iam declarauit apl̄s Iudæos excellentiores fuisse gentilibus pro tempore legis scriptæ, nunc sciscitatur an etiam tempore euangelicæ legis iudæi excellāt gentiles. [Quid ergo?] restat, [p̄cellimus] nos iudęi [eos?]. i. gentiles ad fidem conuersos. [Nequaq̄] Loquit̄ autē Apl̄s de vtroq; popl̄o isto ī gñe. Certū est em̄ q̄ in speciali loq̄ndo ip̄i beati apl̄i q erāt Iudęi, & primitias spūs receperūt cęteris eminebāt. Loq̄ndo vero ī gñali oēs pares sūt in gr̄a euāgelij, sicut clarius ostendet̄. Cur aūt nō excellant Iudęi gētiles, annectit̄ [Causati ei sum9]. i. rōnabiliter declarauim9 [Iudæos & Græcos]. i. gētiles [oēs sub pctō cē quia Iudęi trāsgressi sunt legē scriptā, gentiles legē naturalē [sicut scriptū ē] in p̄s, q̄tū ad sēsū, [Quia nō est

Esaię.5.
Roma.5.
Rom.8.
Col. 3.
Esaiæ.1.

p̄s.13. iustus quisquā] iusticia meritoria, ꝓprijs virib⁹ [nō est
Miche.7. intelligē s] ea quę dei sūt, ꝑ fidem formatam sine luie
Exod.34. gratię [non est requirens deū] ꝑ opa sancta, propria
Esaię.36. potestate. [Omnes] isti iā dicti [declinauerūt] adeo atq;
Sapien.4. iusticia [simul inutiles].i. vani [facti sunt] non ꝑtingen
Hie.4. do ad vltimum finem, seu verā felicitatē [non est qui
Eccle.7. faciat] ꝑ se sine auxilio gratiæ [bonum].i. opus merito
Hie.5. rium [non est vsq; ad vnum].i. omnino null⁹ est. Vel,
nō est vsq; ad vnum.i. non est ali⁹ præter Christū deū
& hominem, qui sub peccato non fuit, & ea quæ pla-
Io.8. cuerūt patri, semper effecit [Sepulchrū patens est gutt̄
Mat.23. eorū].i. simile monumēto aꝑto, quoniā sicut ex tali se-
Hie.5. pulchro ascendit fœtor cadaueris, sic ex ore istorū pro-
Hie.9. cedūt verba mortua atq; sententia [Linguis suis dolose
Eccle.37. agebant] alios decipiendo. vel sophistica & adulatoria
verba loquēdo. Vñ ait scriptura. Qui sophistice loquit̄
Sopho.3. odibilis est, in omni re defraudabit̄. Nō est illi data gra
tia a deo, om̄i enim sapientia defraudatus est. Quo cō-
tra de electis Iudæis scriptū est. Reliquiæ Israel non fa-
Deut.32. cient iniquitatē, nec loquentur mendaciū, & non inue-
p̄s.11. nietur in ore eorū lingua dolosa, [venenum aspidum]
p̄s.108. .i. verba venenata, ac detractoria, seu odium insanabile
1.cor.3. [sub labijs eorū] quia parati sūt talia ꝟba euomere, ali
osq; īficere. [Quorū os maledictioē].i. ꝟbis maledicis
ac blasphemijs [& amaritudīe].i. sermonib⁹ pūgitiuis
Prou.1. [plenūē. Veloces pedes eorū] spirituales, puta affect⁹
Esa,10.3. & etiā corporales, vt currāt [ad effundēdū sanguinē]
Sapien.12. īnocentē [Contritio].i. spiritus destructio, temporalis
punitio, seu omnis boni dissipatio [& infelicitas].i. mi-
seria [in vijs].i. operibus [eorum.] Committendo em̄
Esaię.40. mala prędicta, amittunt esse, gratuitum, spirituale, ac
meritorium, et tanquam inane ac nihilum reputantur a
Eph.2. deo, & miseri sunt, tanquam æterna damnatione con-
p̄s.110. digni, [& viam pacis] .i. opera bona, per quæ ad
ps.147. veram pacem pertingitur, vel, viam pacis .i. pacem
huius viæ & gratię perducentem ad plenam pacē pa-
trię [non cognouerunt] per approbationem ac imi-

tationem [non est timor dei ante oculos eorū] .i. deum non metuunt, nec oculis cordis sui diuinum ꝓponunt timorē, sed inanissima securitate resoluunt. Multi arbitrantur Apostolum, allegatā scripturā sūpsisse ex psal. 13. in quo prędicta verba cōscripta sunt, sed secundum Hieronymum ita non est. Aduertendum ergo, ꝙ cum Hieronymus in prologo quintidecimi libri super Esaiam dixisset, Christū & euangelistas atq; apostolos ea dūtaxat verba scripturæ ex translatione septuaginta interpretū allegare, quę cū Hebraica veritate cōcordāt: virgo Christi Eustochiū fœmina religiosa atq; doctissima, obiecit Hieronymo ꝙ apls ad Roman. 3. octo versus allegarit ex psal. 13. q̄ in Hebręo non habent, vi delicet. Sepulchrū patens est guttur eorū vsq; ad id inclusiue, nō est timor dei ante oculos &c. & videt Apls ex translatione septuaginta interpretū allegasse, vel ex psalmo. 13. quod in Hebraico nō habet. Ad hanc obiectionē stupefactus, pallidusq; effectus Hieronym⁹ (ꝓut ipse testat) quasi a fortissimo pugile cęsus vnius diei spacio postulato, & perlustrata scriptura respondit, ꝙ tota pene epistola ad Romanos de veteri testamēto cōstructa est. Pręmemoratum quoq; testimoniū octo versuū ex psalmis & Esaia cōtextum est. Nam duo primi versus videlicet: Sepulchrū patens est guttur eorū, linguis suis dolose agebant, in quinto psalmo habent. Q̄d autē subiungit. Venenum aspidū sub labijs eorū, i psalmo centesimo tricesimo nono legit qui incipit. Eripe me domine ab hoīe malo. Porro quod subdit: Quorū os maledictiōe & amaritudine plenū est, ex nono sūptum est psalmo. Alī vero tres versꝰ. Veloces pedes eorū ad effundendū sanguinē &c. ex quinquagesimo nono capitulo Esaiæ accepti noscunt. Vbi sic legit. Pedes eorum ad malū currūt, & festinant vt effūdant sanguinem innocentem, vastitas & cōtritio in vijs eorum: & viā pacis nescierūt. Vltimus vero versiculꝰ, scilicet. Nō est timor dei ante oculos eorū, in principio psalmi tricesimi quinti habet quo dicitur. Dixit iniustus vt de-

Lucæ. 18.
ps. 35.
ps. 13.
Esaiæ. 59.

linquat ī semetipso, nō est timor dei āte oculos ei⁹. Apostolus tñ allegat pluraliter, quia pluribus loquebat. Itaq; prędicti versus nec in Hebręo, nec in septuaginta interpretibus habent q̄tum ad psalmū tertiū decimū, sed
Lira. in ędītione vulgata. Lira tñ asserit p̄dicta ex psalmo. 13 allegata, sed consentiendū est verbis Hieronymi q etiā ait, q Gręci expositores exponēdo psalmum. 13. prędictos versus veru prętnotant neq; exponūt. [Scimus autē qm̄ quęcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquit.]
Ioan. 15. Ex hoc multi affirmant prędicta scripturā ad Iudæorū populū pertinere, qui soli sub lege Moysi erant, de qua nunc tractat apls. Sed obuiat, q apls istā scripturam inducit ad ostendendū q iudęi & Græci oēs sub peccato fuerunt, & quod nunc protin⁹ subdit.
1. Reg. 2. p̄s. 6. 3 p̄s. 61. Iacobi. 4. [Vt omne os obstruat & subditus fiat oīs mund⁹ deo.] Est igitur sensus. Scimus autem nos apostoli spiritu sancto edocti, sacrasq; scripturas cęteris clarius intelligentes, qm̄ quęcunq; lex. i. veteris testamenti scriptura loquit, his qui in lege Moysi sunt loquit prīo ac principaliter, quēadmodum ait saluator. Nō sum miss⁹ nisi ad
Mat. 15. oues quę perierunt, domus Israel. Hoc dicit Apls retundēdo iudęorū supbiā scilicet ne dicerēt scripturam
p̄s. 16. p̄s. 62 i p̄dictā nō pertinere ad eos, sed ad gentiles dūtaxat. Itaq; lex dicit hęc etiam de iudęis, vt omne os p̄sumptuosū obstruatur. i. vt nec gētilis neq; iudęus p̄sumat se inaniter excusare ac iustificare, eo q testāte scriptura, oēs peccato obnoxī sint. Et subditus fiat omnis mūdus. i. oīs homo, iudęus & Gręcus, deo, cognoscēdo p priā vilitatē & culpā, confugiendo quoq; ad diuinam pietatē ac gr̄am, quasi nō potēs aliter saluari. Præterea
Contra aceptelo vetero. lex vet⁹ tribus modis accipit. Prīo cōmuniter. s. p toto testamēto antiq̄, sicq; includit oēs libros canonicos veteris testamēti, & ita sumit dū ait Saluator. Vt impleat
Ioan. 15. p̄s. 68. sermo, q in lege eorū scriptus est. Quia odio habuerunt me gratis. Hoc ei habet in psalmo. Similiter cū Chīs
p̄s. 81. ait Iudęis. In lege vra scriptū est. Ego dixi dī estis. Secundo accipit p prie pro pentateuco seu quinq; libris

Legis Vetus Aplicamento

Conten

Propon

Scripte

Moysi, vt cum dr̄, Oportet impleri oīa quę scripta sūt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Tertio sumitur stricte ꝓ præceptis cęremonialibus, vt cum subditur. [Quia ex operibus legis] .i. obseruatione cęremonialiū pręceptorum legis, videlicet sacrificiorum, circuncisionis, & solemnitatū custodia [nō iustificabit̄ oīs caro] .i. homo [corā illo] scilicet deo, vt acceptus sit ei per talia. Impossibile enim est sanguine hircorū & vitulorum auferri peccata, aut gratiam adipisci. Non enim gratiam conferebant, nec meritoria erant ex se seu opere operato, sed ex fide & deuotione obseruātium .i. ratione operis operātis. Opera vero pręceptorum moraliū iustificabāt, non tn̄ sine fide Christi & gratia dei. [Per legē enim] scriptam [cognitio peccati,] ex ipsa lege cognoscitur quid sit malum, non autē vitat̄ virtute legis, sed per gratiā dei. Hoc autem non est sic intelligendū, quasi ante legis lationē nescierint hoīes quę opera essent viciosa, sed quia non ita perfecte cognoscebant̄ pctā secūdum gradus & species suas. ¶ Deinde ostendit hominē iustificari sine operibus legis, ex perfectione fidei Christianæ [Nunc autē .i. tempore gratię, atq; euangelicæ legis [iusticia dei] .i. iustificatio, quā deus clementer & gratiose efficit in nobis pctā tollendo & gratiā infundēdo [sine lege] .i. mosaycæ legis obseruatiōe [manifestata est] in gentibus ad fidem conuersis, per diuersa miracula, qbus deus declarauit fidē eorū sibi esse acceptam q̄uis non obseruauerint legē, quēadmodū in Actib⁹ legit̄. Quod de⁹ in signo visibili dedit spm̄ sctm̄ Cornelio cēturioni gentili, & his qui erant cum eo: iusticia inq̄ [testificata] .i. p̄nunciata ac testimoniū habēs [a lege] .i. ex libris Moysi, in quibus multa de christo, & ei⁹ iustificatione, quā facit ī nobis, p̄dicunt̄ verbis & signis [& ꝓphetis,] q de eadem re manifestius vaticinati sunt, & de futura in nobis gr̄a p̄dixerunt secundū principē apostolorū. De missione enim spūs sancti deus per Iohelē prædixit. Effundam de spiritu meo super omnem carnem. Propter q̄d Petrus de Christo loquēs, Huic inqt,

Gal.23.
Ti.3.
Heb.10.
p̄s.18.
Prou.6.
p̄s.118.
p̄s.147.
Gal.5.
Esaiæ.56.
Actu.10.
Ioan.5.
Oseę.12.
Actu.3.
1.Pet.1.
Iohelis.2.
Actu.10.

omnes prophetę testimonium perhibent remissionē per
cipere peccatorū per nomen eius, oēs qui credunt in eū
[Iustitia autem dei]i. nobis a deo collata est [per fidem]
Ephe.3. formatam [Iesu Christi], id est, per fidem catholicam
Act.15. cuius obiectum & causa est Chrs. Fides em est funda-
mentum iustitię. Vnde Christus frequenter in euange-
Mat.9. lio loquitur. Fides tua te saluū fecit [in omnes] iudæos
Lu.7.8.18 [& super omnes] gentiles [qui credunt in eū]i. in Chri
2.cor.3 stū per fidem formatam, scdm quod in actib9 dicitur.
Act.13. In hoc oīs qui credit iustificat. Et rursus. Deus fide pu-
Act.15. rificans corda eorū. [Non em est distinctio Iudæi &
Col.3, Græci] tempore euangelicę legis, quantū ad iustificati-
Act.10. onē prędictā, quia nō est personarū acceptor de9. Et si
Esai.23. cut Saluator aiebat. Qui crediderit & baptisat9 fuerit,
Marc.vlti. saluus erit [Omnes em] prędicti [peccauerunt] & ergo
ps.113. non propriis meritis, sed gratia dei iustificantur, sunt q
consimiles in peccato ac spirituali inopia, sicut subiun-
Ioan.15 gitur [& egent gloria dei]i. miseratione diuina, videli-
1.cor.1. cet gratia, per quam deus gloriosus apparet, qui ex sua
2.Cor.10. liberrima bonitate saluat electos, ita vt nullus in seipso
Esa.52. valeat gloriari sed omne bonū domino asscribat [Iusti-
1.cor.13. ficati] ab iniustucia culpę [gratis] sine prędecentibus me
Mat.10. ritis [per gratiā ipsius] dei quę est causa formalis nostrę
Ephe.1. iustificationis, sicut albedo est causa formalis albefacti-
1.Tim.2. onis parietis [Per redemptionē quę est in Christo Iesu]
Heb.9. .i. per passionē & sanguinē Christi in quo est redeptio
Apo.1. nostra sicut in causa efficiente. Ita q passio eius est cau
sa instrumētalis effectiua ac meritoria nostrę saluatiōis.
Esa.33. Vñ de eo scriptum est. Qui dilexit nos, & lauit nos a
peccatis nostris in sanguine suo. Et Esaię. Dominus po-
suit in eo iniquitatē omnium nostrum. Et ipse peccata
ps.119. multorū tulit [Quem] videlicet christū [proposuit] i. no
1.Io.2. bis manifeste exhibuit [deus] pater seu trinitas [pro-
2.cor.5. piciatorem] i. reconciliatorem ac mediatorem [per
Col.11. fidem] mediante qua consequimur fructum dominicę
Gal.2. passionis, seu gratiam dei [in sanguine ipsius]. i. meri-
to effusionis sanguinis Christi. Vnde Esaiæ scriptum

est. Dominus posuit in eo iniquitatē omniū nostrū. Et prima Ioannis.2. Aduocatum habemus apud patrē, Iesum Christū iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Sic autē deus proposuit Christū propiciatorē finaliter [ad ostensionem iusticię sue]. i. quatin9 se iustum manifestaret implendo sua promissa, nec deserendo peccata impunita, immo in Christo quodammodo vindicantes ea, quēadmodum Esaię ait: Propter scelus populi mei percussi eū. Et Christ9 in Psalmo. Que nō rapui, tunc exoluebam. Proposuit quoq; sic Christum ꝓpiciatorem ex parte nostri [propter remissionē precedentiū delictorū]. i. peccatorū que Christi aduentum præcesserunt. Vel propter remissionem delictorum præcedentium. i. hominum, qui ante Christi incarnatio nē fuerūt, & tenebanē in limbo inferni, propter reatū originalis pctī. Per Christi vero passionē, redēpti, atq; educti sūt, iuxta illud zacharię: Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in q̄ non est aqua. Delictorū inq̄ existentiū [in sustentatione], id est in pia atq; longanimi patientia [Dei] qui non statim vltus est ea sed clementer ignouit. Vel, præcedentium hominū existentiū in sustentatiōe dei, qui eos in limbo sustentauit ac cōseruauit sine pœna sensus. Vtranq; vero sustentationē deus exhibuit [ad ostensionē iusticię ei9]. i. ꝓprię æquitatis vel iusticiæ, quā caulat in nobis [in hoc tempore] euangelicæ legis [vt sit ipse] deus [iustus] in operibus suis, & a Christianis iustus cognoscatur tanq; actor iusticiæ nostrę [& iustificās eū qui ex fide est Iesu Christi]. i. quencunq; in Christū credentē, qui in deo renatus & spiritualis effect9 est virtutute fidei non iusticia legis. Ex præinductis ostendit Apostol9 vnitatem iactantię ludęorū [Vbi est ergo gloriatio tua? o ludæe. i. quoniā deus proposuit Christum propiciatorem p fidē ad ostensionem seu manifestationem suæ iusticiæ (secundum intelligentiam præinductā) vbi iam est o ludæe vana gloriatio tua, qua de iusticia legis præsumens te gentibus prę ferebas, easq; spernebas, & sine

Esaiæ.53.
Esaię.53.
ps.68.
Mich.vlti.
2.cor.4.
zacha.9.
Eccl.1.
2.cor.6.
ps.118.
ps.10.
FINIS
Heb.11.
Gala.2.
1.cor.6.
Ti.3.
1.Cor.3.
Gala.6.
1.co.5.

.Reg.4. lege tua eas non posse saluari putabas? [Exclusa] .i. ab
Oseę.4. lata [est] gloriatio ista. [Per quā legē?] an per legē [Factorū?] .i. per legem mosaycam [Nō vtiq;] Illa em nō
Inf.ca.5. saluauit per se, [sed per legē fidei] .i. per legē euangeli-
Ephe.3. cā, quę saluat per fidē sine operibus legis. Appellat aūt
Lex factor. lex Moysi, lex factorum, prę̄sertim quātum ad prę̄cepta cę̄remonialia. Sic quippe erat iugū grauissimū, laborioſissimis atq; innumeris obseruantijs plenum. De
actu.15. quo Petrus in persona fidelium Iudęorū loquens testatur. Qđ neq; nos neq; patres nostri portare potuim⁹
Lex fidei Secundum Augustinum autē lex Moysi dicitur, factorū. quia minādo impabat, sed gratiā faciendi nō prę̄stabat. Lex vero euangelica vocat lex fidei, qm̄ opa mandat, & credendo gratiā faciēdi acquirit. [Arbitramur
Actu..15. em̄] nos apostoli a spū sancto instructi [Hominē] quen
Gala.5. cunq; in Christū credentē [iustificari per fidē] charitate formatam [sine operibus legis] cę̄remonialibus ac iudicialibus. Triplicia nanq; erant prę̄cepta veteris testamē
Triplex precep. in vet. lex. tī, videlicet, moralia, iudicialia, cę̄remonialia. Prę̄cepta autē cę̄remonialia, quoniā figuratiua erant & pro statu illo solum accōmoda, cessauerūt veritate veniente ac reserata. i. Christo passo ac prędicato. Iudicialia vero p̄cepta sicut sine periculo in nouo testamēto omittuntur (Dummodo a nullo Christiano prę̄lato seu principe authoritatem instituendi habente prę̄cipiāt) sic sine periculo obseruantur si a superiori instituant, & Christiani rū regimini congruant. Nō enim solum figuralia exciterunt. Prę̄cepta autē moralia, quę ordinant ad bonos mores, & de actibus virtutum immediate donant, nō solum manēt in nouo testamento, sed etiam per euangelica Christi cōsilia perficiuntur, & ad salutem requirūt
Mat.19. iuxta illud Matthei: Si vis ingredi ad vitam serua mandata. Denique hominem iustificari sine operibus legis p fidē, declarat Apls [An Iudęorū deus tantum?] .i. Nunquid Iudæorū dumtaxat est deus creator & saluus, principiū, & finis. [Nōne & gentiū?] ipse creator & deus est, [Imo & gentiū] Sicut ergo omniū de⁹ est,

Moralia . q̄ dicunt mores ordinare
Iudicialia
cęremonialia . figuratiua

sic omnes vno modo iustificat, puta per fidem. Et sicut omnes processerunt ab ipso, sic oēs reducunt̄ & cōuertuntur ad ipsū, per vnum atq; eundē propiciatorem ac mediatorē Dei & hominū Iesum Christū. Ideo subdit̄ [Quoniā quidem vnus deus] est [qui iustificat circuncisionem], id est, Iudęos circuncisos [ex fide] saluatoris id est, per fidē de Christo. [&] qui iustificat [pręputiū] .i. incircuncisos gentiles [per fidē] eandē. Eadem enim fides est fidelium noui ac veteris testamēti, quamuis tēpora sint mutata, & fides sit mō magis explicita. Qd̄ equidem illi credebant futurum, nos credim⁹ factum. Ipse quoque habitus fidei (quę est virt⁹ theologica) est vnus in specie in omnibus fidelibus, qui vnq̄ fuerūt, sūt & erunt, propter formalem vnitatem obiecti, quod est veritas prima, propter quod credimus omnibus quæ cadunt sub fide. Patet ergo quia id quod ait ex fide & per fidem, sit idem in re, quamuis in ipso modo loquēdi videatur distinctio. Apostolus nanq; frequenter mutat propositiones, & modum locutionis in eodē sensu. Quoniam vero ex prędictis atque similib⁹ verbis imponebant Iudęi Paulo, quod esset legis destructor, propterea se excusans adiecit. [Legem ergo] Mosaycam [destruimus per fidem?] & euangelium, vt nobis imponitur. [Absit. Sed legem statuimus], id est, approbamus ac roboramus pro statu ac tempore. Cum ergo lex vetus fuit via ac dispositio ordinata ad euangelicam legem non dicitur destrui sed impleri ac perfici euangelica lege superueniente. Cessat tamen quantum ad modum prioris obseruantię. Vnde Ambrosi⁹ dicit. Non destruitur lex, cum impleta secundum spiritum, cessat secundum literam. Quia hic scilicet in nouo testamento gratia fidei est qua impletur lex, quę sine fide esset infirma. Firmatur enim lex, quoniam cęremonialia spiritualiter implentur. Et quod minus in moralibus continebat, in euangelio additur. Et quod tunc ꝓmittebatur futurum, fides aduenisse testat̄. Tollitur autē litera occidens, & moralia literaliter manent

1. Timo. 2.
Heb. 8. 9. 12.
Ioannis. 1.
Hebræo. 1
Matthei. 5
Lege antiqua cessasse [illegible] intelligatur
2. Cor. 13.
Deutero.

Mat.22. Lucæ.10. Mat.5. ac perficiunt. Propter quod ait Saluator. Non veni solue re legem, sed adimplere.

¶Explanatio cap. quarti, videlicet. Quid ergo dicemus inuenisse Abraham,

¶Articulus VII.

Declarata insufficientia legis ad salutē per rationē, iā idē ostendit per exemplū, & ait. [Quid ergo dicemus]. i. Si iuxta prēducta circūcisio & prēputiū, seu ludeus & gentilis cōmuniter atq; equaliter iustificantur per fidē, qd tunc dicemus [inuenisse Abraham patrē nostrum sēdm carnē] Gen.17. .i. secūdum carnis originem, a quo ego Paulus & ceteri Philip.3. Israelitæ sēdm carnalem propagationē descendimus. Vel, secundum carnē. i. ex operibus legis carnalibus. s. circūcisiōe, & sacrificijs. Quasi dicat. Ad quid profuit ei obseruantia carnaliū operū legis, videlicet, impletio ceremonialiū p̄ceptorum? Quid autē ad hoc respōderi oporteat ex sequentib⁹ innotescit. Respondēdū est em q̄ nō sit p̄fecte & vere iustificatus ex operib⁹ legis [Si em Abrahā ex operibus legis] p̄dictis carnalibus, [iustificat⁹ est] iusticia vera ac meritoria habet gloriā]. i. vera beatitudinē pro mercede [sed non] habet ea apud deum]. i. a deo & corā eo, qm̄ propria virtute non gratia dei iustificatus esset. Et quia hoc consequēs impossibile est, ergo & illud ex quo infertur, videlicet q̄ Abraham iustificatus sit ex operibus legis. Vel sic & melius Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, [habet gloriam]. i. dignus est laude ac premio pro sua iusticia sed nō apd deum, quia iusticia talis nō fecit eū dignum Ioan. 1. vita eterna. Ex p̄te em operis operati, non erāt p̄fata opera legis meritoria: nec ipsa lex gratiā cōtulit, p quā iustificarent obseruatores ipsius, sicut lex noua quę gratiā cōfert p̄pter sacramēta quę includit, quę sunt signa & causa gratię iustificantis. Operant quippe qd significant, quod sacramentis veteris testamenti non competit. Deinde probat authoritate scripturę, q̄ Abraham iustificatus est per fidē nō per opera legis. [Quid enim

scriptura dicit? Credidit Abraham deo] ꝓmittēti sibi Gen.1.
ꝑ āgelum ꝓpagationē innumerabilū filiorum adīstar Gala.8.
stellarum, & in semine tuo benedicent̄ omnes gētes [& Eccle.44.
reputatū est illi ad iusticiā] .i.merito fidei huius iustifi- 1.Macha.1.
catus est coram deo, & dign⁹ effect⁹ est vita æterna,
q̄ actum interiorē fidei suę, secūdum q̄d, actūs ille ex
charitate impatiue processit. [Ei autē qui opatur, mer-
ces nō imputatur secūdū gratiā, sed secundum debitū.
Ei vero qui non operat̄, credenti aūt in eum, qui iustifi Esa.4.
cat impiū, reputatur fides ei⁹ ad iusticiā secūdum pro- Mat.20.
positū gratiæ dei.] Hucusq; litera cohæret & cōdepen- Ephe.1.
det, quę difficultatibus plena est. Porro secūdum beatū Infr.8.
Ambrosium, introducenda, continuenda, & exponēda Ambros.
est ita. Iam dixit apostolus abraham nō ex opibus, sed
ex fide iustificatū. Ex q̄ sequi videtur fidem sine operi-
bus efficere ad salutem, cōtra q̄d tñ dominus ait: Non Mat.7.
oīs qui dicit mihi domine dñe, intrabit in regnū cęlorū
sed qui facit volūtatem patris mei. Et iterum: Si vis in- Mat.19.
gredi ad vitā, serua mandata. Iacobus q̄q; apl's testat̄. Iaco.2.
Quid ꝓderit si quis dicat aūt fidē se habere, opa ipsa
nō habeat? Fides si non habet opa, mortua est in se ipsa. Sup.2.ca.
Hinc etiā paulo ante dixit apl's. Non auditores legis
sed factores legis iustificabunt̄. ¶ Hāc obiectionē soluit
apl's dicēs. Ei aūt q̄opat̄.i.qui tēpus & opportunitatē
habet opandi, merces nō imputat̄.i.p̄mium nō cōfert̄
secundū grām fidei tātum .i.nō gratis sine operibus p̄
miū nō sequit̄. (In tali em̄ fides sine opibus mortua ē) Iaco.2.
sed secundum debitum operationis ad quam ex diuino Eccle.14.
mandato tenetur, merces ei imputatur ac datur. Nam Marc.21.
sine operib⁹ saluari nō potest. Quod si operari neglexe Ioan.6.
rit, damnabitur. Ei autem qui non operatur.i.opportu- Gala.6.
nitatem seu tempus & locum operandi non habet, cre- actuum.10
denti aūt in eum qui iustificat impinm.i.Christum qui Esa.55.
peccatori gratis ignoscit, gratiamq; infundit, ante cui⁹ Mat.10.
infusionem peccator veniā promereri nō potest de cō- Io.1.
digno, reputat̄ fides eius.i.actus fidei suæ interior, sine Eph.2.

Luc.23. opere exteriore, ad iustitiã, ita ꝙ sufficit ei ad salutẽ, vt in latrone. Bona enim voluntas seu ꝓparatio animi ad opus reputat̃ ei pro opere, secundum propositum gr̃ę
Luc.2. dei.i. secundum volũtatem miserationis diuinę, vel se
ps.102. cundũ ordinem gratię dei nobis oblatę, qui taliter voluit nos saluare, in quo patet virtus ac sufficientia fidei.
1.Timo.1. Per hoc vero qđ ait, credenti in in eum, certum est, apo
Gala.5. stolũ loqui de fide formata, quę per dilectionẽ fert ad deum, & operatur si oportunitas assit. Hęc expositio procedit de operibus ipsã fidẽ sequentibus, atꝙ ex ea
2 eppõ nascentibus. Scđo exponit̃ de operibus ꝓcedentibus fidẽ, contra illos qui asserebãt merito ꝓcedentium operũ legis, se gratiam fidei esse adeptos. Quo dato, gratia non reputabitur secundũ viã & ordinẽ gratię, sed se
Ro.11. cundũ debitum meriti ꝓcedẽtis. Quo concesso, gratia iam non erit gratia. Qm ergo hoc consequẽs impossibile est, constat ꝙ gratiã fidei, seu ipsã fidẽ null⁹ meret
Io.15. ait ergo: Ei autẽ qui operatur aliqua bona ante fidem, merces nõ imputat̃ secundum gratiam, sed secundum debitum. i. si ꝓmium ei dat̃ ꝓ bonis quę fecit, hoc non erit gratis, sed ex debito meriti ꝓcedentis, sicꝙ fidem ꝓcedent merita, cũ tñ fides sit oĩs meritorũ actus principiũ omniumꝙ virtutum fundamẽtum. Ei autem qui non operatur opera legis ceremonialia atꝙ carnalia, vt q̃cunq; alia ante fidẽ, sicut gentilis, credenti autẽ per fidem formatã in eũ qui iustificat impiũ. i. in Christũ reputatur fides eius ad iusticiam secundum sensũ ꝓtactũ
Sup.2. & hoc scđm propositum gratię dei. i. scđm gratuitum
Ti.3. atꝙ benignũ dei decretũ, qui ita decreuit vt onere legis ablato, homines, fide iustificent̃, atꝙ saluẽtur. Certio exponitur secundum quosdam q ex verbis apostoli
3 eppo talẽ rationẽ inducũt. Illud quod concedit̃ alicui, quem admodũ merces operanti, nõ cõceditur ei per viã gr̃æ
1.cor.6. sed debiti. Iusticia vero de qua sermo est, cõcedit̃ ꝓ viTi.3. am gratię, sicut iam patuit, ꝙ Abraham iustificatus est
Inf.8. per fidem sine operibus legis. Ergo iusticia hęc non est
Gala.2. ex operibus legis. Hęc autem expositio irresoluta vi-

det & satis ābigua, Simili em̄ ratione posset ostēdi, q̄ iusticia noui testamenti nō esset ex opibus euangelicę, legis, quę tamē iustificant habitū q̄ iusticię īducūt, vel augent siue pficiunt etiā ex parte operis opati, virtute sacramētorū Christi. Posset eī sic argui. Q̄d cōceditur alicui, sicut merces operanti, non cōcedit̄ ei per viam gratię, sed debiti: sed iusticia nouę legis conceditur per viā gratię. Quid em̄ habes, quod nō accepisti? Nō ergo est ex operib⁹ nouę legis. Deniq̄ charitas agens & cęterę ꝟtutes per charitatem agentes merentur gratiā ampliorem in præsenti, gloriamque in futuro, & redditur eis merces ista. Nihilominus redditio huius mercedis est secundum viā gratiæ, & secūdū viam debiti secundum diuersos respectus. Cum enim prima infusio gratię sit solum gratuita, omnia bona quę per gratiam illam merentur, gratuite pręmiantur per comparationem ad gratiam primam. Satis feci forsan lectori in expositione pręsentis loci, sed non mihi ipsi, quia profunditatem ꝟborum istorum intelligere non valeo, neque connexionem eorum cum pręcedentbus atque sequentibus plene concipio. Consolatus tamen est me sermo, quem ex ore doctissimi sacrę theologiæ professoris condigni audiui, q̄ dixit. In epistolis Pauli habet elephas vbi submergatur, quanto magis pulex, vt sum ego? Vnde in similib⁹ locis comedā quātū possum q̄d aūt residuū fuerit igne comburam, sanctorū, & catholicorum doctorū, expositionem sequens, & ea contentus. Non enim quisquam mortalium penetrare valet profunditatem Epistolarum Diui PAVLI apostoli. Pręmissa autem probat Apostolus authoritate Psalmistę, subiungens, [sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis], id est, illum esse beatum, seu beatitudinem esse illius in via per spem, & in patria per speciem [cui] homini [deus accepto]; id est, tempore gratię de quo legitur. Ecce nunc tempus acceptabile. Vel accepto, id est, acceptanter, gratis

1.corin.4.
Lucæ.17.
2.Cor.9.
Ephe.4
Coloss.2.
1.petri.3
2Petri.3.

Dificultas epistolarum pauli

Exod. 12

Ti.3.
2. Cor.5.
Esaiæ.49
2.Cor.6.

& pie[fert].i.donat & ingerit[iusticiã].i.remissionem peccati, & gratię atq; virtutum infusionẽ[sine opibus] legalibus & humanis, quę per se nequaq̃ sufficiunt ad gratiã ꝓmerendã. Nec enim potest peccator per seipsũ resurgere, sed indiget pręueniri ab eo de quo legit̃. Al leuat dñs omnes qui corruũt. Et iterum: Dominus erigit elisos. Nec obstat illud augustini. Qui creauit te sine te, non iustificabit te, sine te. Hoc enim ideo dr̃, quia deus requirit a nobis vt faciamus quod in nobis est, disponendo nos ad gratiã eius. Deinde ponit verba psal. [Beati quorũ remissę sunt iniquitates] originales, actuales seu personales in baptismo, in quo originale pctm̃ delet̃ quãtum ad reatum culpę, quia quod ante baptismũ erat culpa & pœna, post baptismũ tantũ est pœna quę dr̃ fomes peccati, quę etiã in baptismo per gratiam sacramenti debilitatur, sed nõ penitus tollit̃. Peccatum autem originale formaliter vnum est materialiter plura ratione sui effectus. Quatuor em̃ vulnera imprimit aię Propter quod ait Psalmista. Ecce em̃ in iniquitatibus cõceptus sum. Actualia vero pctã ꝑ cordis contritionẽ dimittuntur quantũ ad culpã[& quorum tecta sũt peccata].i.ab oculis dei abscondita, ita ꝙ nõ vlciscit, nec iputat ea, sed auertit faciẽ suã ab eis, ac si nunq̃ fuissent. Ideo sequitur[Beatus vir, cui nõ imputauit] nec imputat[dñs peccatum] sed prorsus ignoscit, sicut per Esaiã promisit. Delebo vt nubem iniquitates tuas. & quasi caliginẽ pctã tua. Applicans autem apostol⁹ scripturam hanc ad propositum suũ adiecit[Beatitudo ergo hæc] de qua loquit̃ Dauid[in circuncisione tantum manet] .i.solis Iudęis locum habet [an etiam in præputio?] .i.gentilibus incircuncisis. Et hoc Ideo quæro. [Dicimus em̃ quia reputata est abrahæ fides ad iusticiam], sicut nunc ex Genesi allegatum est. [Quomodo ergo] .i.in quo statu[reputata est[abrahę fides ad iusticiam?] [In circuncisione] .i.pro statu & tempore circumcisionis suę[an in præputio?],i.tempore circuncisionem suam præcedente. Et respondet. [Non in circũcisione

ps.144.
ps.145.
Augustini.
Pro.16.
Ecc.2.
Esa.40.
Mat.3.
Lucę.7.
ps.31.
ps.50.
2.paralip.3
Esaię.4.
actuum.3.
Esa.44.
ps.31.

sed in pręputio] qđ consequent̄ declarat. [Et signū ac cepit circūcisionis].i. ipsā circuncisionem accepit deo iubente pro signo distinctiuo inter ipsū & posteros suos fideles, ac inter infideles, & etiā pro signo fidei suæ quam habuit ante circuncisionem. Circumcisio quippe fuit quędam ꝓtestatio fidei, definiturq; sic. Circuncisio est signū distinguens Israel a gentibus. Patet ergo ꝙ non frustra circuncisionem accepit, q̄uis per eā iustificatus non sit ex parte operis operati, sed operis operātis, videlicet fidei deuotionis ac obedientię, ꝑ quę abundantiorem iustificationē adeptus est, q̄ āte habuerat Vnde dn̄s loquebat̄. Circūcidetis carnē pręputij vestri vt sit signū fœderis mei inter me & vos. Sic ergo accepit signū circuncisionis, quod est [signaculū].i. iudiciū [iusticiæ fidei].i. quę ꝑ fidē habet̄ [quę est in præputio].i. in Abrahā, vel cęteris gētilibus iustis sicut in Iob tempore pręputij. Nā Abrahā ante circūcisionē suā īiustus fuit, & credidit deo, sicut iā dictū est [vt sit pater] spiritualis & imitatione cōdign⁹ [omniū credentiū] nō Iudæorum duntaxat [per p̄putiū].i. in statu p̄putij. Quia ꝑ fidē quā in pręputio habuit, meruit spiritualē paternitatē omnium gentiū. Vel omniū credentium per pręputium.i. gentilium cū pręputio ad fidē accedentium [vt reputetur & illis] videlicet filijs abrahæ [ad iusticiam] fides, per quam ipsū abraham assequuntur, sicut & ei reputata est. [Et sit] Abraham [pater circuncisionis] spiritualis, quę in vitiorum eradicatione consistit.i. gentilium credentium [pater] inquam præbendo exemplum, non conferendo iusticiam [non his tantum].i. non solum ad profectum his [qui sunt ex circuncisione] carnali.i. Iudæis [sed & his qui sectantur vestigia fidei].i. vniuersis fidelibus imitantibus fidem, [q̄ est in p̄putio patris nr̄i Abrahæ].i. quæ erat in Abrahā, adhuc habente præputium. Vel quę est.i cōsideratur in eo nondum circumcisio. ¶ Iusuper manifestat apostolus, ꝙ Abraham pater sit spiritualis circumcisionis cunctis fidelibus per hoc, quod consequut⁹ est

Gen̄,17.

Circūci° quid

Gen̄,17.

Mat.
p̄s.104.
Eccl.44.
Esaie.53
Gala.3.

Io.8.
Hie.4.

promissionē hereditatis, nō ex operibus sed merito fidei, q̄ ad oēs electos cōiter ptinet. [Nō em̄ p legem] fcta est [promissio Abrahę aut semini ei⁹]. i. de multiplicatioē
Matth. 1. Lucæ. 3. semis sui. Vel, semi ei⁹. i. Christo de semine Abrahæ nato secūdū naturā assumptam [vt hæres esset mūdi]. i. vt ipse Abrahā per semen suū, vel in semine suo. i. per
Hebræo. 1. psalm̄. 81. psalm̄. 116. Christū, possideret oēs terminos terrę, oīesq̄ populos seculi. Dictū em̄ est Abrahę. In semine tuo benedicēt omnes tribus terrę. Et iterū. Dilataberis ad orientem
Gene. 22. & occidentem &c. Cū em̄ facta est Abrahę ista promissio, nōdum erat lex data, quā constat p Moysen datam
Galathas. 3 Genesis. 38 Ioannis. 1. 7 Matth. vlt. Hæc vero promissio maxime adimpleta est in Christo filio Abrahę, qui de seipso testat. Data est mihi oīs potestas in cœlo & i terra. Ad quē pater in Psalmo, Postula, inquit, a me & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, &
psalm̄. 2. Psalm̄. 18. Esaiæ. 60. possessionē terminos terræ [sed p iusticiā fidei]. i. pcedētem ex fide, quæ erat in Abrahā. Pro hac nāq̄ iusticia seu merito ei⁹ facta est Abrahæ præinducta promissi
Hebræ. 22. Hebræo. 9 Genes. 12. o, sicut i Genesi legit. [Si em̄ qui ex lege] hi tantū [hæredes sunt]. i. si soli Iudęi legem scriptam habentes, hereditatem seu gratiā benedictionis Abrahę repromissam adipiscuntur [exinanita]. i. frustrata [est fides] Abrahæ deo credentis, qui ei prędixit. In semine
Gene. 22. tuo benedicentur omnes familiæ terrę [abolita]. i. euacuata atq̄ ablata [est promissio] dei Abrahæ facta de hereditatione mundi & benedictione omnium gentium seculi. Interea promissionem prefatam non esse ex lege sed fide, ostendit apostolus ex legis imperfectio
Hebræ. 10 4. Reg. 22. ne [Lex em̄ iram operatur]. i. pœnę obnoxium facit legis trangressorem. Nā temporales pœnas determinat, & preuaricatorē legis magis damnabilē reddit eo, qui
Ioann. 15. Lucæ. 12. nunq̄ sortitus est legē. Dat em̄ lex manifestatiorē notitiam culpę q̄ erat ante, sicq̄ transgressorem efficit grauiorē, ppter q̄d in euangelio dicitur. Seruꝰ q cognouit voluntatē domini sui, & nō fecit, vapulabit multis
psalm̄. 118. [Vbi em̄ non est lex, nec preuaricatio]. Si acceperimus legē cōiter, p quacūq̄ lege, videlicet naturali, scripta

vel euangelica. certum est sine lege nō esse ꝓuaricatiōnē, cū ꝓuaricatio sit transgressio legis. Si autē sumpserīm⁹ legem hoc loco, ꝓ lege scripta, dicēdū erit, ꝙ vbi non est lex, non est prēuaricatio adeo grauis. Quoniam lex occasionaliter auget peccatū, ꝓuocat iram, nec tribuit grām, sicut ex dictis clarius elucescit [Ideo ex fide] .i. merito fidei, non per opera legis, hēredes effecti sūt diuinę promissionis omnes. ꝙ abrahę fidem sectati sunt [vt scām gratiā] dei, nō secundum iusticias legis, [firma [sit promissio] facta abrahæ, & semini ei⁹. Firma in quā exiltat atꝙ salubriter exhibeat [omni semini]. i. vni uersis fidelibus. [Non ei qui ex lege est solum] .i. non tantū Iudæis, carnalibus abrahæ filiis, [sed & ei qui ex fide est abrahæ] .i. cūctis quoꝙ gētilibus abrahæ fidēle quentibus. Si cm̄ ista promissio fundaretur in lege q̄ occasionaliter operatur, & prouocat irā, nō haberet stabilitatem, quia lege transgressa retractaretur. Nūc vero quia fundat in fide viri constātis videlicet abrahæ, magis tn̄ in gratia dei, permanet firma omni semini abrahę [qui est pater] spūalis seu exēplaris institutor ad fidē [omniū nostrū] .i. cunctorū credētium [sicut scriptum est] Genesis. 17. quantum ad sensū [Quia patrem] spuale vt dictum est [multarum gentiū posui] .i. cōstituite ante deū]. i. corā deo, videlicet meipso [cui credidisti] loquenti tibi per angelum in p̄sona dei q[vi]uificat mortuos] corporaliter, aias corpibus reuniendo, & spūaliter, grām peccatoribus cōferendo. Vñ scriptū est: Pater suscitat mortuos & viuificat [& vocat] a nō esse ad esse, [ea quæ nō sunt] .i. creanda [tanq ea q̄ sūt] .i. sicut existentia vocant ad aliquid. Sic enim deo imperante. dicente seu vocante producuntur multa ex nihilo .i. tā faciliter ac obediēter, ac si ex p̄iacēti aliq̄ fierēt atq; iā essent. Vt sic, vocat, ad fidem & gratiā, ea quę nō sūt, id est, gentiles, qui coram deo quasi nihil fuerunt, quia spiritualiter mortui erant quemadmodum iu Esaia scribitur. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatę sunt

Io. 3.
2. co. 12.
2. co. 1.
Eccle. 44.
Mat. 3.
Esaię. 51.
Genesis. 17
Heb. 11.
Ioannis. 5
nf. 9. cap.
Ephesi. 1.

ei,tãq̃ ea quæ sunt.i. sicut vocauit iudeos,qui ꝓpter legẽ & gratiã dei aliquid erãt,spiritualiter corã deo viuẽtes[Qui] Abraham[cõtra spẽ] nature[in spem]gratie[credidit]credẽs impleri p gratiã,q̃d erat ipossibile p naturã vt scilicet ipse iã vetul⁹ de infœcũda ac sterili cõiuge sua filium ꝓcrearet[vt fieret pater multarum gentium]eum per fidem sequentium[secundũ q̃d dictum est ei] a deo per angelum.[Sic erit semen tuũ sicut stellæ cœli]imultitudie[& sicut arena in littore maris].i.præ multitudine numerari non poterit.Quãuis hoc aliq̃ modo videatur impletum ĩcarnali semie Abrahæ,quia & Moyses filꝰ Israel aiebat: Estis hodie sicut stellæ cœli plurimi,verius tñ atq̃ ꝓfecti⁹ in spũali semine ei⁹.i.in gentium cõuersioẽ,& fideliũ multiplicatioẽ impletur ,præsertim cũ rursꝰ Moyses dicat populo ludęorum.Te elegit domin⁹,nõ quia cunctas gẽtes numero vicebatis,cum sitis omnib⁹ populis pauciores.Vel hoc q̃d dicitur.Sicut stelli cœli,referũt ad bonos,qui cõparãtur ꝓpter lumẽ gratiæ,decorẽ ꝟtutum,& qñ alios verbo & opatione illustrãt,ipsamq̃ eccleſiã ornant,quemadmodum stellæ cælum.Propter quod infra ait Apostolus.Inter quos lucetis sicut luminaria mundi.Quod vero adiungitur. Et sicut arena maris,referri potest ad malos terrenis rebus intentos.[Et non est] Abraham[infirmatus in fide]ex consideratione naturalis impossibilitatis,[nec considerauit]cum supflua immoratione seu finali sistentia[corpus suum]iam[emortuum] a virtute generatiua[cum fere cẽtum esset annorum,& emortuam vuluam Sarę].i.ad actum generationis ineptam. Desiderant enim ei muliebria fieri,sine quibus naturaliter non sit concęptio.Videtur his obuiare,quod ĩ Genesi legitur Abrahã post mortem Sare Cethuram duxisse,atque multos de ea filios genuisse,elapsis plus q̃ triginta septem annis a tempore generationis seu promissionis Isaac. Sara quippe decem annis iunior fuerat eo.Cum ergo ipa defuncta sit centum.37.annis expletis,certum est Abra

Geñ.12.

Geñ.15.
Eccle.44.
1.Reg.4.
Heb.11.
Deut.1.

Deut.7.

Danie.12.
Phili.2.
Hiere.5.
Mat.7.

Ge.21.
Esa.31.
Obiectio.
Ge.25.

Ge ñ.7.

ham plus quã centum triginta septem annorũ fuisse, qñ Cethurã sumpsit vxorem. Quomodo ergo emortuum erat corp⁹ eius cũ centenarius circiter fuit. Cõmuniter respondet̃, ꝙ emortuum erat q̃tum ad vetulã, nõ quã tum ad iuniorem quę facilius cõcipit anu, propter dispositionẽ virtutis passiuæ [In repromissione etiã dei] sibi facta de generatione Isaac, & innumerabili multitudine seminis sui [non hęsitauit diffidẽtia] propter rei nouitatẽ [sed confortatus est fide dans gloriã deo] .i. deum glorificans atq; collaudãs tanq̃ omnipotentem ac verũ, & ista implere valentem [& plenissime sciẽs] etiã per naturalẽ rationem [quia quęcunq; ꝓmisit] de⁹ [potens est & facere.] Alias esset in promittendo imꝓuidus, & inexequẽdo infirmus. [Ideo & reputatum est illi ad iusticiã] ꝙ sic confortatus est in fide, nec hęsitauit diffidentia. Quod autẽ Abraham aliquo modo considerauit, corp⁹ suũ & Saræ esse emortuũ, patet ex eo qđ dicebat. Putasne centenario nascet̃ filius, & Sara nonagenaria pariet? Verũ vt dixi nõ sistebat finaliter in consideratione huiusmodi, sed in consideratione virtutis diuinę. Ex prędictis autẽ verbis dubitasse videtur. Respondet̃ cõmuniter, ꝙ nõ dubitando, sed admirando hęc dicit. Verũtñ videt̃ adhuc cõtrariari, qđ ꝑ Esaiam dñs loquitur Israeli. Pater tuus primus peccauit. Qđ non solum q̃dam ꝑcipui Iudęorum magistri, sed sanctus quoq; Hieronymus exponit de Abraham, ꝙ peccauit ex incredulitate ridendo atq; dicendo ꝟba inducta. Sed sicut in expositiõe Esaię audens non eram quã tum ad hoc, sequi Hieronymum, Ita nec modo, nec etiã nego. Apostolus enim apertissime cõtestat̃, ꝙ nõ hæsitauit diffidentia, & ideo reputatum sit ad iusticiã. Vñ ꝟbum Esaię exponi potest de primo parẽte videlicet adam, quem constat in paradyso peccasse, [Non est autem scriptum tantũ ꝓpter ipsum]. Abraham istud .i. [quia reputatum est illi ad iusticiam] quod tam firmiter credidit, [sed & propter nos] .i. ad nostram consolationem ac instructionem, vt imitemur fidem ipsius

Rñsio. Nota. Gene.15. 17.&.22. Iaco.1. Gala.3. Sapien.12. 1.Mach.2. Geñ.17. Esaiæ.43. Hierony. Infra,15.

quibus reputabitur, ad iusticiam imitatio fidei Abrahę credentibus in cū] qui suscitauit a mortuis [Iesū Christum dñm nostrum].i.in deū patrem seu sanctam trinitatem vel quancunq; diuinam psonā. Cuilibet nanq; diuinę persone attribui potest suscitatio actiua Christi, immo ipse vt deus suscitauit seipsum, vt hō est. Et qui credit in vnam diuinā psonā, credit in tres [Qui] Christus [tradit⁹ est ꝓpter delicta nostra].i.morti expositꝰ vt mundi peccata auferret. Traditus est autē a patre, iuxta illud. Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis oībus tradidit illum. Saltē ꝓmissiue tradidit quoq; seipsū, scdm quod ꝓ propheta dr. Tradidit in mortem animā suam. Sed & Iudas tradidit eū [& resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā].i.vt virtute suę resurrectiōis gratiā iustificantem nobis conferret, & suæ corporalis resurrectionis exēplo nos ad spiritualē resurrectionē induceret, quatinus tādē etiā corpaliter fœliciter q; resuscitemur ab ipso, qñ reformabit cop⁹ humilitatis nostrę configuratum corpori charitatis suę Resurrexit ergo ꝓpter iustificationē nostrā.i.vt iustificemur gratiā recipiēdo, & iustę viuēdo. Nō tn iustificatio nostra, est tota ratio, finisq; totalis resurrectiōis Christi. Resurrexit nanq; ꝓpter proprij corporis glorificationē, & suę humanitatis reassociationem, quantum ad partiū eius redintegrationem. Deniq; resurrexit ꝓpter iustificationē nostrā, quia ad hoc resurrexit, vt, corpore resūpto appareat nūc vultui dei ꝓ nobis, ostendens patri latus & vulnera, quatinus merito eius, gratia impleamur diuina. Quamuis autem traditus sit Chrs non solū ꝓpter delicta nostra, sed etiā ꝓpter iustificationē nostrā. (Nā & propter vtrunq; surrexit) traditio tn seu passio attribuitur delicto, vt mors naturę, correspondeat morti culpæ, & resurrectio iustificationi, vt corpis glorificatio correspondeat nouæ atq; cœlesti conuersationi.

Inf.10.ca.
Ioannis.1.
Romo.8.
Esaiæ.53.
Matthei.26
Lucæ.24.
1.cor.15.
2.Timo.1.
Colo.3.
Philip.3.
Tim.2.
Inf.6.ca.
Hebræo.6
Philip.3.
2.Petri.3.

¶ Declaratio cap. quinti videlicet. Iustificati ergo ex fide.

¶ Articulus. VIII.

Diui mors

POstquā apl's abstulit causam atq; materiā discordię Romanorū, iā eos īuitat ad verā pacē, & ait, [iustificati ergo] .i. iusti a deo effecti [ex fide] .i. per fidęi formatæ infusionem. Vel, iustificati .i. verā iusticiam operati ex fide .i. ꝑ habitū fidei, vel intus in anima iustificati sine opere exteriori ex fide .i. interiori fidei actu credēdo videlicet ex charitate, & non per opera legis, neq; ꝑ opera pręcedentia fidē, [pacē habeamus ad deū] .i. deo humiliter subditi sim⁹, & nr̄am voluntatem diuinę ordinationi in omnibus subijciam⁹, quieti atque tranquilli existentes in deo. Beati enim pacifici, quoniam filij dei vocabunt̄. Hinc em̄ loquit̄ scriptura. Acquiesce deo & habeto pacē, & per hoc habebis fruct⁹ optimos. Hęc est spiritualis diuinaq; pax de qua dr̄. Pax hominibus bonę volūtatis. Et: Pax multa diligentibus legē tuam, quę non competit impijs iuxta illd̄ Esaię. Non est pax impijs dicit dn̄s [Per Iesū Christum dominum nostrū] quia per eum seu merito ei⁹ pacem istam consequimur. Oīa nanq; diuinarū gratiarū charismata per Christū scd̄m quod mediator est dei & hominum, pręstant̄ hoīb⁹. Ideo subdit̄ [Per quē] tanq̄ per mediatorē & causā meritoriā, [accessum] .i. ingressum [habemus per fidem] tanq̄ ꝑ fundamentum totius spiritualis ędificij. Accedentē nempe ad deum oportet credere [in gratiam istam] .i. ad dona & munera spiritus sancti, videlicet ad alias perfectiones seu beneficia dei [in qua] gratia [stamus] mente ad diuina erecta atq; cœlestia diligente, non in terrenis iacente, vilibusq; immersa. Prio enim deus cū fidē infundit, donat simul tempore, alias virtutes ac dona spirit⁹ sancti. Fides tamen pręcedit secundum viam generationis & ordine naturę, cum sit fundamentum virtutum. Et ita per fidem, accessum habemus ad alia bona. Fide autē infusa, per eandem fidem accedimus ad deum, vt gratiam ampliorem mereamur, quatinus proficiscamur de virtute in virtutē .i. de bono in melius proficiendo q̄tidie [& gloriamur] spirituali lęticia, [in spe glorię] .i. in certa

Sup. ca. 3.
Eph. 2.
Gala. 2.
Iaco. 2.
Mat. 9.
Marc. 10.
Lu. 8.
Rom. 3. 13.
Iac. 4.
Mat. 5.
Iob. 22.
Luc. 3.
Esa. 118.
p̄s. 48.
Io. 1.
p̄s. 19.
p̄s. 121.
Colo. 2.
Heb. 11.
p̄s 83.
p̄s. 5.
1. Pet. 1.

Infr.8. Sap.8. Iob.38. ps.88. Io.1. expectatiõe fœlicitatis æterne quæ est gloria [filiorum dei].i.omniũ beatorũ deo fruentium, qui deo perfectissimi similant. De quibus scriptum est in Iob: Vbi eras cũ me laudarẽt astra matutina, & iubilarẽt oẽs filij dei? Et in psal. Quoniam quis in nubibus æquabit domino, similis erit dño in filijs dei? Possunt tñ per filios dei intelligi oẽs electi ad vitã æternam prędordinati. Et certe hoc merito esse debet nobis indeficiens ratio gloriandi, ꝙ spem habem⁹ acquirendi beatitudinem sempiternã. Vñnihil Christiano fœlicius cui ꝓmittũt regna cælorũ [Non solum autem] gloriamur in spe glorię, credẽtes videre bona dñi in terra viuentium [sed & gloriamur in tribulationibus].i.in aduersis in persecutionibus, tentationibus, ac ęgrotationib⁹: quemadmodum per Iacobum inducit. Omne gaudium existimate fratres cũ in diuersas tentatiões incideritis. Et hinc ꝙꝙ Saluator: Gaudete, inquit, & exultate illa hora qm̃ merces vestra copiosa est in cœlo. Debemus enim gaudere de hoc ꝙ sumus in via perueniendi ad deũ. Sed hæc est via salutis, multipliciter tribulari. Per multas quippe tribulationes oportet nos intrare in regnũ cælorum. Et merito tribulationibus gloriamur [scientes quod tribulatio patientiã operat] .i.actum patientiæ efficit in aĩa. i. sufferentiã, tanq obiectũ mediatum virtutis quę patiẽtia noiat. Si enim nõ esset tribulatio, nec patientia. Habitũ ꝙꝙ patientiæ firmat in aĩa. Patientia quippe cum sit virt⁹ moralis immediate versatur circa passionẽ animę, puta tristitiam quam ordinat. Deinde respicit actũ, videlicet ipsam aduersitatis tolerantiam, quam accidenter occasionaliter inducit seu efficit tribulatio. Frequens nanq tribulatio confert animę consuetudinem, patientiam exercendi, & ita fit anima in virtute patiẽtię incõcussa atq immobilis, ita vt dulce sit ei, tribulationem ꝓ dei amore, & propriorum peccatorum purgatiõe sufferre [Patientia autem].i.aduersitatum æquanimis tolerantia operatur [probationem] .i.boni assuefactionem seu probam exercitationem, vel vitiorũ expurgationẽ,

Iacob.1. Mat.3. actu.14. Iacob.1. Inf.ca.12. ps.26.

etiam quoad pœne ablationem. Sicut em̄ interior dolor siue contritio aufert culpā, sicut aduersitatis ꝓpessio pœnā, [ꝓbatio vero] operat̄ vel efficit [spē]. i. actū spei, videlicet certā, & actualē expectatiōne fœlicitatis futuræ. Qui em̄ ita ꝓbatus est, fiducialiter præstolatur vitā æternā, iuxta illud Saluatoris. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam, qm̄ ipsorum est regnum cœlorum. Et illud sapientis. Tanquam aurum in fornace probauit electos dñs, & in tempore erit respect⁹ eorū. Porro habitus spei, quę est virtus theologica, a solo deo per creationē infundit̄, sed actus ei⁹ ꝓcedit ꝓtim ex meritis [Spes autē non confundit]. i. sperantē nō fallit, nec bono sperato defraudat, sicꝙ erubescētiā tollit. Vnde ait scriptura. Null⁹ sperauit in domino, & confusus est. Et psalmista. Etenim vniuersi qui sustinent te nō confundentur Per Esaiam quoꝙ domin⁹ loquit̄. Ego dñs super quo non cōfundent̄ omnes qui expectāt eū. Oportet autē firmiter inuiolabiliterꝙ sperare vt dicam⁹ cū sancto Iob. Etiāsi occiderit me in ipso sperabo. Qđ autē spes nō confundat, sed impleat̄ patet per hoc [quia charitas dei] quę est virtus theologica supernaturalis, summa ac diuinissima, qua deū proximūꝙ diligimus, mandata implem⁹, vnū cum deo efficimur, & quicqđ petierim⁹, obtinemus [diffusa]. i. late ac liberaliter fusa [est in cordib⁹ nostris] presertim in voluntate, quę est charitatis subiectum [per spiritum sanctum]. i. a spū sancto, cui appropriatur bonitas, liberalitas, clementia, communicatio, & ꝓ consequēs, charitatis infusio [qui datus est nobis] a patre & filio, immo & a seipso, tanq̄ pignus & arra fœlicitatis æternæ. Ipse enim spūs sanctus est dator ac donū, ꝓceditꝙ a patre ac filio per modū donabilis, quoniā ipse est charitas seu amor patris & filī. Amor autē est primū donum gratuitū in quo oīa dona donant̄. Itaque spiritus sanctus datur electis, non solum in suo dono sed etiam in seipso, quia ꝓ charitatē habet̄, & est in nobis nouo specialiꝙ modo. Propter quod ait Saluator Ioannis .14. Ego ro

Matth.5.
Sapient.3.
Eccle.2.
ps.24.
Esaię.49.
Iob.15.
1.cor.3.
Matth.7.
Ioan.15.
1.cor.13.
1.Ioan.2.
2.cor.1.5.
Ephe.1.
Ioan.14.

10. 14. gabo patrem & aliū paracletū dabit vobis, vt maneat
Act. 8. vobiscū in ęternum spiritū veritatis. Et actuū. 8. legit, q̄ per impositionē manus apostolorū dabat̄ spūs sanctus. Vnde scd̄m beatum Thomam in prima parte & super primū sententiarum. persona diuina dr̄ esse alicuius dupliciter. Primo ratione originis, & ita est eius a quo procedit. Sicq̄ filius & spiritus sanctus sunt patris, & spūs sanctus est filij. Secūdo rōne fruitionis seu communionis, & sic est eius a quo habet̄, id est, intellectualis creaturę quę libere frui potest p̄sona diuina. Sic ergo spūs sanctus datus est nobis, & est noster. ¶ Cōsequenter Apl's tangit nostrę iustificationis motiuum, p̄sequit̄ quoq̄ nostrę reconciliationis modū, & ait. [Vt
p̄s. 6. quid enim] id est propter quid aliud, nisi vt spirit9 sanctus nobis donet̄, charitas dei in cordibus nostris diffū
Mat. 12. datur, & spes impleat̄ [Christ9, cū adhucinfirmi]. ivul
1. cor. 13. neribus animę sauciati, pœnis & culpis astricti [essem9
2. cor. 5. secundū temp9] id est anteq̄ ab eo liberaremur ac pur-
1. pet. 3. garemur [Pro impiis] id est pro nobis iniustis & miseris [Mortuus est] Vel illud, scd̄m tempus, refertur ad id quod sequitur, mortuus est, vt sit sensus: Mortu9 est
Supra. 1. secundum tempus, id est p̄ triduum sepulturę. Tanquā
1. cor. 1. dicat. Hoc magnum est valde atq̄ mirabile q̄ Christ9
Danie. 9. p̄ nobis infirmis ac impijs mori dignat9 est, cū ipse sit virt9 dei, & sanctus sanctorū. Causam vero cur istud ita mirabile sit, subdit [Vix enim]. i. raro & difficulter
Esa. 57. [Pro iusto] a morte eruendo [quis moriet̄]. Pauci ei sūt q̄ amore seu vice iusti mori dignarent. Et merito dixi
Ioan. 15. vix & nō absolute nequa q̄ vel nō [Nā p̄ bono] id est hoie iusto [forsitā quis audeat mori]. i. cōtingere potest. (raro tn̄) vt quis pro iusto mori cōsentiat, sed vt quis p̄ impio mori velit, non inuenitur, aut certe rarissime.
Ambrosi9 Ambrosi9 (inter iustū & bonum distinguens, vt iustus dicatur qui in virtutibus exercitatus est, & in obseruatione iustitiæ strenuus, atq̄ seuerus. bonus vero dicat hō simplex & innocens, nondū sic exercitat9 (ita exponit. Vix em̄ p̄ iusto, sic accepto, quis moriet̄. Nāq̄ q̄is

melior sit eo qui hoc mõbonus vocatur, qm̃tm̃ nõ sine rigore & seueritate se habet, causa eiꝰ minus miserabilis, seu miseratione minus cõdigna iudicaꝫ. Et veraciter dixi, pro iusto quempiã vix velle mori. Nã pro bono. i. ꝓ pio innocente & simplici forsitã quis audeat mori, eo ꝙ causa eiꝰ miserabilior reputeꝫ tanꝙ qui nullũ offẽdit. Cũ ergo hoc raro iueniaꝫ, certũ est qđ vix aliquis ꝓ iusto mori acquiescat. Cũ igit̃ Chr̃s ꝓ impijs mori dignatus sit, recte subiungit. [Cõmendat aũt]. i. cõmẽdabilẽ siue laudabilẽ oñdit [deꝰ] pr vel trinitas [charitatẽ suã in nobis]. i. ꝙ habet ad nos, & qua diligit nos, per effectũ suę eximię pietatis. [Qm̃ cũ adhuc peccatores essemus]. i. iugo viciorũ subiecti, & vinculis peccatorũ irretiti, nec ab originali pcto redempti [scđm tẽpꝰ] Chr̃isti passionẽ prędes, id est anteꝙ Chr̃s mortuus fuit ꝓ nobis. Loquitur enim apl̃s in pson gn̄is hũani, cuius multa indiuidua tps passionis Chr̃isti prędesserũt, & tũc erãt, in quorũ persona hoc dicit Apl̃s. Vel, scđm tẽpꝰ, id est, triduo sepulturę [Chr̃istus pro nobis mortuus est] id est mori dignatus, vt mortificati carne viuificati ꝙ spũ seruiamꝰ illi in sanctitate atque iusticia.

EPIST O. Ioã.3.17. 1.Io.4. 2.cor.3. 2.Tes.4. 1.pet.3.

In quo refulget inęstimabilis charitas dei patris ad nos iuxta illud Ioannis. Sic deus dilexit mundũ, vt filium suum vnigenitũ daret. Et Apl̃s. Propter nimiã, inquit, charitatem suam, qua dilexit nos deus pater filium suũ misit [Multo ergo magis iustificati nunc in sanguine ipsius] id est. Quia Chr̃istus pro nobis mortuus est, cum adhuc iniqui eramus infirmi & peccatores, multo amplius nunc facta nostra reconciliatione ac liberatione iustificati, id est a vicijs expurgati gratiamque adepti per effusionem sanguinis Chr̃isti [salui erimus ab ira] id est a damnatione æterna [Per ipsum] videlicet Chr̃istum, seu merito eius. Amplius enim est impium iustificare, quam iustificatum a pœna eruere [Si (pro quia) enim cũ inimici essemus]. i. deo ꝓpter iniquitatẽ odibiles, rebelles, & natura filij irę, etiã ꝓpter pctm̃ originale [reconciliati sumꝰ deo] .i. ad eius amicitiã reuocati deleta

Io.3. Ephe.2. 2.cor.5. Ephe.2. col.1. Ephe.2.

videlicet causa inimicitię (puta peccato) [per mortem filij eius, multo magis reconciliati] iã [salui erim⁹] non solũ ab ira prędicta, sed etiã consequendo vitã ęternã [in vita ipsius] .i. per gloriosam vitã Christi, seu virtute Chri glorificati. Si ęi potuit p suã mortẽ nos iustificare, certissimũ est ꝙ iã viuens possit nos beatificare, prę sertim cum vnũ ordinetur ad aliud, scilicet iustificatio ad beatificationem. ¶ Quęri potest cũ dei dilectio sit inuariabilis, & ęterna, quomodo dicimur deo reconciliari, & quomodo eramus eius inimici, & postmodum facti sumus amici? Et respondendum, ꝙ deus omnes electos ante mundi constitutionẽ dilexit, eosq; immutabiliter diligit, secundum rationẽ prędestinationis diuinę, nõ autẽ secundũ rationẽ prędentis iusticię. Dicimur ergo deo reconciliari per Christum, inquantum p eius passionem ablata nobis est culpa per quã displicuimus deo, secundum rationẽ & ordinẽ suę iusticię ad nos cõparatę. Vel respondendũ, ꝙ deus inuariabiliter diligit electos p respectũ ad bonũ gratię & glorię quod eis dare disposuit. Odit autẽ eos ꝙtum ad culpã, iuxta illd.

Col.2.

Psal.5. Odisti oẽs qui operãtur iniquitatẽ. Et ita dicunt ei reconciliari, cum culpa aufertur, & pœna finitur. Vñ idem is

Sap,11. Sapiens qui dicit. Diligis domine omnia quę fecisti & nihil odisti eorũ quę fecisti. Idem ipse ait & alibi quoq;

Sap.14. Odio sunt impius & impietas eius. Hęc enim atq; similia nullam mutationẽ ponunt in deo, sed in creatura quę ad creatorẽ aliter & aliter se habet. [Nõ solũ autẽ] hoc modo salui erimus in futuro [sed & gloriamur in deo] .i. Nunc quoq; in presenti exilio exultamus per spem in deo .i. in contemplatione ac dilectione ipsius, gaudẽtes de hoc, ꝙ tandẽ aliquando videre eum speramus per speciem. Et ita futurã iucunditatem & gloriã in p̃senti peregrinatione quodammodo inchoam⁹.

2.cor.5. Hebræ.11. 1.Pet.2. Io.41.10. Gloriamur autem in deo [per dominum nostrum Iesũ Christum] qui est nobis via & ostium accedendi ad deum, cuius etiam merito datur nobis gloriatio ista, & ex consideratione passionis suę, & aliorum beneficio-

rum ſperamus & exultamus in deo, qui tãta nobis per Chriſtũ largitus eſt [per quẽ nunc] .i. tempore gratiæ [recõciliationẽ] cum deo [accepimus. Propterea ſicut per vnũ hominẽ] ſcilicet Adã, primum noſtrũ parentem [peccatum] originale [in hunc mundum] .i. in homines in mundo hoc habitantes [intrauit, & ꝑ peccatum mors] corporalis q̃ cõſecuta eſt culpã. Quamuis enim mors ſit naturalis homini, conſiderando naturã corporis ſui ex contrarijs compoſitã, tñ ſi nõ peccaſſet, mortẽ non incurriſſet ex dono gratię ſeu virtute originalis iuſticię. Et ſic cõſiderando ſupernaturalẽ inſtitutionem hominis, mors culpam ſecuta eſt, non naturã [& ita in oẽs hoies mors ptranſijt.] Sicut enim oẽs nati ſunt ſine originali iuſticia, ſic etiam immortalitate, iuſticiã, illam cõcomitante, priuãt, [in q̃] vno hoie ſcilicet in Adam [oẽs peccauerunt] nõ actualiter ſed virtualiter, originale peccatũ incurrendo, quod eis imputat in culpã, inquantum aliq̃ modo erant in primo parente, & idem cũ ipſo. Erant autem in ipſo ſicut in primo principio generationis humanę. Et ſicut multa membra ſunt in vno corpore, & multa indiuidua in vna ſpecie, ſic quodammodo oẽs eramus in primo parente, ſecundũ corpulentã ſubſtantiã, ſeu materialẽ ꝓpagationẽ. Porro originalis iuſticia, ſic data erat primo parenti, vt tranſſunderetur in poſteros. Ideo primo parente hac iuſticia deſtituto, poſteri eius iuſte priuant eadẽ, nec tamen fit eis iniuria quia nec primo parenti, nec eis iſta iuſticia naturaliter debebat aut cõpetebat, ſed nec beatifica viſio dei, qua mer ebãt priuari, propter huius iuſticię priuationẽ. Ab eo autẽ quod dicitur. In quo omnes peccauerunt, ex cipiendus eſt chriſtus homo, qui nõ naturali ordine, aut per concupiſcentiam genitus eſt. Merito autẽ dixi oẽs peccaſſe in vno. [Vſq; ad legẽ enim] .i. vſq; ad dationẽ legis Moſayce ſcilicet, a principio mundi, quando nõ erat niſi lex naturalis [Peccatum erat in mundo] in genere humano, tam originale quã actuale. Vel, vſque ad legem ſcriptam incluſiue, peccatum erat in mundo,

Geñ. 3.

Mortale et immortale quo debet ꝓprium dici?

Quo modo ꝓ Adam omnes?

corpulenta ſbã vel multis ꝓpagãe

Q. nõ Iuſticia ẽ nõ abd Rẽ poſſ. hoc ꝗ ad omes ſpectat?

Hebr.10. Actu.13. quia lex Moysi peccatū auferre nō potuit, sicut lex gratiæ. Propter q̄d aiebat Apostolus ad Iudeos. Per iesū remissio peccatorū annūciatur vobis ab omnib⁹, a quibus nō potuistis in lege Moysi iustificari. [Peccatū aūt Augustin⁹ nō imputabaṫ cum lex nō esset.] Hoc Augustinus & alij ita exponūt. Peccatū q̄dcunq; non īputabaṫ. i. ignorabatur, nec peccatū esse reputabaṫ ab hominibus excæcatis, in quibus ratio naturalis fuerat vitiꝫ offuscata, iputabaṫ tamē a deo. Videṫ aūt posse exponi hoc mō q; peccatū nō imputabaṫ a deo hominibus, nō q; peni t⁹ nō imputabaṫ, sed quia nō imputabaṫ tā grauiter cū lex scripta nō esset. Erat em̄ tūc magis excusabile, quā post legis latione, iuxta quē sensū in p̄cedenti capitulo dixit Apostolus. Vbi nō est lex, nec p̄uaricatio. [Sed regnauit] .i. p̄ualuit [mors] corporalis, vel mors culpe originalis, quæ est ipsa carentia originalis iusticiæ debite in esse. Vel, mors limbi infernalis quæ dici potest dilatio vitæ beatæ, atq; detentio in lacu gehennæ [ab Adam vsque ad Moysen] inclusiue, videlicet quousq; Christus aduenit. i. tam tempore legis naturalis q̄ Mosaycæ [etiam in eos qui non peccauerunt] peccato actuali, seu p̄pria voluntate, vt sunt paruuli ante annos discretionis defuncti. Vel, in eos qui non peccauerunt mortaliter, si qui tales fuerunt, vt sanctificati ī vtero scilicet Hieremias &c. Omnes enim hi propter reatum originalis peccati mortem corporalem pertulerunt, atque in limbo tenebantur, donec pro ipsis Christus satis fecit, liberando eos ab originalis culpæ reatu. Magis vero regnauit mors ante Moysen quam post. Per legem enim Moysi multi retrahebantur a morte culpæ cœperuntq; cognoscere vitam post hanc vitam & resurrectionē futurā, & ita mortē tēporalem minus q̄ ante timebant. Porro saluator regnū mortis destruxit & suę passionis exēplo nos contra mortis timorem armauit, ipsamq; mortē temporalē, eternę vitę constituit ianuā. Propter q̄d ait p prophetā. De manu mortis liberabo eos, de morte redimā eos. Ero mors tua o

2. Ti. 1. Heb. 2.

Oseę. 13.

mors, morsus tuus ero inferne. Et Apostolus vt p̄ mor tē liberaret eos, q̄ p̄ totā vitā timore mortis erāt obnoxij seruituti. Sic ergo regnauit mors in eos qui non peccauerūt [i similitudinē p̄uaricationis Adæ]. i. p̄ter assimilationē originalis culpæ, qua similes adę fuerunt. Quæ vtiq; originalis culpa, erat in Adam p̄uaricatio actualis [q̄ scilicet Adā [est forma futuri]. i. figura christi q̄ tēpore Adæ erat ventur⁹ vt iudicaret in mūdo nūc vero ventur⁹ est vt iudicet mundū. Dicitur autem Adā figura Christi, q̄m sicut Adā est p̄cipiū omniū, hominū quātū ad p̄pagationē ac esse naturæ, sic Chr̄s q̄tum ad infusionem gr̄ę seu esse spirituale. Secundo, q̄m sicut Adā formatus est de limo terrę supernaturali ☧tute ac ordine, sic Chr̄s nat⁹ est de virgine spūs sc̄ti obumbratiōe. Item, sicut de latere Adæ dormiētis sublata est costa, vnde formata est Eua, ita de latere Chr̄i morientis fluxerūt sacramēta q̄bus formaī ecclesia. Sed hæc causa ad primā reducit. ¶ Cōsequenter ostēdit q̄ Christ⁹ potentior erat ad saluādū, q̄ peccatū Adæ seu Adā ad p̄dēdum. [Sed nō sicut delictū] Adæ sehabuit [ita & donū]. i. gratia Christi se habet, sed excellit. Sapientia nāq; vicit malitiā. [Si em̄ in vnius delicto]. i. in originali Adæ peccato [multi mortui sunt] vitā gratiæ amittēdo & necessitatē moriēdi incurrēdo, Hi scilicet in quos transfusū est originale peccatū [multo magis gratia dei & donū] spūs sancti [in grā]. i. p̄ singulare ac sūmā grām, ☧tutū perfectionē, ac meritū [vni⁹ hominis Iesu Chr̄i] q̄ est deus & hō [in plures]. i. in multos [abundauit] non i plures numero. Peccatum em̄ Adæ in omnes transiuit. (Per hoc non oportet includi virginem matrem) sed gratia dei per Christum transit in omnes electos. Erat autem in Christo gratia vnionis quæ non est quid creatum, sed deus gratiose, siue gratuite vniēs sibi in vnitate personali humanam naturam CHRSTI. Estque in eo gratia capitis, per quam influit omnibus suis membris, seu cunctis fidelibus, quia de plenitudine eius accepimus omnes. Et ita gra-

Hebræo. 2.

Matthe. 20. Marc. 10. Ioan. 5.

Gene. 2: Ioan. 19.

Sapien. 7.

Ioan. 1.

1. cor. 12. Ephe. 4. 9. Ioannis. 1.

tia dei nobis per gratiã Christi infundit, & abundat in multis. Gratia tamen ĩmediate a deo creatur, sed Christus per suę gratię plenitudinẽ est causa meritoria, & mediator per quẽ deus gratiã nobis largit. [Et nõ sicut per vnum peccatum, ita & donũ] .i. Non sic factũ est per donũ gratię Christi, quẽadmodum factum est per vnum originale peccatũ Adę, sed dispar est effectus peccati Adę, & gratię Christi. [Nam iudiciũ quidẽ] .i. sententia dei processit [ex vno] peccato originali adę
Geñ.2. [in condemnationẽ] eorum in quos illud peccatũ transfundit, scilicet vt diuina visione priuentur propter illud
Esaiæ.26. peccatum, nisi eis aliter succurrat, [Gratia autẽ] Christi, procedit [ex multis delictis in iustificationem] id
Mat.26. non solum vnũ ac originale, sed omnia etiam actualia
col.2. peccata, delendo iustificat, formaliter ponens animã in
Luc.7. esse spiritali ac meritorio, vt impleatur vniuersis vir-
Heb.1,9. tutibus & donis spũs sãcti. Peccatum ergo Adę nõ in-
1.Pet.2. fecit alios nisi vno peccato directe & immediate, vi-
2.Io.2. delicet originali. Donum vero gratię christi omnia au-
Apo.1. fert peccata, & plurima tribuit bona. [Si enim in vnius
Ioan.1. delicto] .i. Si propter originale primi parentis peccatũ
Ephe.2. [mors corporalis [regnauit] in omnibus peccato origi-
Tit.3. nali infectis [per vnum] videlicet Adam, a quo culpa
Gen.3. ista, [contrahitur, multo magis abundantiam gratiæ & donationis] id est remissionis peccatorum, vel donatio-
nis, id est virtutum quę simul cum habituali gra infun-
Iaco.1. dunt [& iusticię] .i. operationis bonę [accipientes] fide-
Lucę.1. les a deo, a quo est omne donũ optimum, & omne da-
Apo.22. tum perfectum [in vita ęterna id est beatitudine consummata [regnabunt per vnum Iesũ Christum] per quem ad cœleste regnum pducunt. Omnes autem beati regnãt in patria perfectissime super seipsos, seruiẽtes deo sine rebellione, cui seruire regnare est. Oĩa quoq; inferiora & dęmones subiecti sunt eis. Vñ fatentur loquentes ad Christum. Fecisti nos deo nostro regnum &
Apo.5. sacerdotes, & regnabimus super terrã. Et alibi legitur Iudicabũt nationes, & dñabuntur populis. [Igitur

ſicut per vnius ſcilicet Adæ delictum originale, qđ etiã erat actuale, & perſonale, quantũ ad ipſũ Adã p. ceſſit ſentẽtia dei in omnes homines hoc peccato infectos in condemnatione eorũ, vt dictum eſt ſic & p vnius videlicet chriſti iuſticiam. i. iuſtam iuſtificatiõnem, atq; ſanctiſſimam conuerſationem prodñt ſententia dei in omnes homines in iuſtificationem vitę ipſorum, id eſt remiſſionem peccatorum, & infuſionem virtutum. Quia per meritũ chriſti omnes iuſtificati atq; ſaluati ſunt, quantum eſt ex parte ſaluatoris. Aliqui tñ obicẽ ponunt ſaluti & gratię, aliqui quoq; priuañt applicatione virtutis & meriti gratię. Propter quod a beatitudinis adeptione impediunt, vt pueri nõ baptizati. Eo itaq; modo omnes per chriſtum iuſti ficantur, ſicut oẽs in eo benedicunt. Sicut enim per inobedientiã vnius hominis. i. per tranſgreſſionem primi parentis Peccatores conſtituti ſunt multi originale ab ipſo trahendo, vel eius inobedientiã aſſequendo ita per vnius ſcilicet chriſti obedientiã qui factus eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem, qui loquitur. Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio iuſti conſtituuntur multi p ipſum, veniam percipiendo & gratiam, imitandoq; eius iuſticiã. Chriſtus eñ paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplũ vt ſequamur veſtigia eius. ¶ Declarata abundantia & ſufficientia gratię chriſti, oſtendit apoſtol9 inſufficientiam legis, vt tota ſpes hominũ conſtituat in chriſto. atq; ad eius pietatẽ omnes cõfugiant. Lex autẽ ſcripta, data per moyſen ſubintrauit poſt legem naturalem, naturaliſq; rationis obtenebrationẽ vt abundaret delictum. Hæc dictio, vt, tenetur hoc loco conſecutiue non cauſaliter. Ex legis quippe latiõe conſecuta eſt multiplicatio iniquitatis, & aggrauatio eius. Primo, quoniam quanto poſt legem peccatum magis cognoſcebatur, tanto grauius erat peccatum. Secũdo, quia poſt legem erant multa illicita, quæ ante licita erant. Tertio, quia lex peccata prohibendo, oſtendit peccata, ſicque concupiſcentia prouocabatur, quia niti-

Gen.3.
1.cor.1.
1.cor.6.
Ti.3.
Exo.7.
10.14.
Iob.41.
actu.19
Phil.2.
Heb.5.
1.petr1.
Ioan.14.
1.Pet.2.

Ouidius
Esa.65.
Phil.3.
1.Thes.2.
Philemon
Lu.8.
Gala.4.
Mat.1.
Io.3.
Mat.15.
Actu.2.
Inf.6.
Mat.8.
Ioan.1.
1.cor.1.
Infra.
Io.10.
Ps.83.
Ioan.15.
Ps.15.
Ps.118.
Luc.7.
Luc.7.
Thomas.

mur inuetitū ſēper cupimuſq; negatū. Quarto qm̄ nō præſtabat auxiliū gratiæ, qua vitatur peccata. Hāc au tē inſufficientiā voluit deus eſſe in lege, vt oēs ad Chriſtū cōfugerent, eius cupiēdo aduētum, nec in ꝓpꝛijs viribꝰ habēdo fidutiā. [Vbi autē abundauit delictum] videlicet in Iudęis ſub lege cōſtitutis, quibus data eſt lex vt abūdaret delictū in eis [ſupabundauit & grā] Chriſti, q factꝰ eſt ſub lege natus ex populo Iudęorū. Propter q̄d ait: Salus ex Iudęis eſt Et alibi Nō ſū miſſus niſi ad oues quę perierunt domus Iſrael. Denique apoſtoli, qui primitias ſpiritus ſancti receperunt, & primitiua eccleſia, cui maximā gratiā cōtulit Chriſtus ex populo fuerāt Iudęorū. Ad hoc aūt, & eo tenore ſupabūdauit gꝛa vbi abūdauit delictū, [vt ſicut regnauit peccatū in mortē] .i. ſuo infelici dñio atq; demerito ꝓduxit, imo & introduxit in mortē dānationis æternæ, priuat ionēq; gratiæ, quæ eſt mors animæ in ꝓſenti. Peccatū em̄ gratiā aufert, & penā inducit, [ita & grā] dei [regnet] in nobis [ꝓ iuſtitiā] .i. iuſticiæ exercitationē, ita vt habitꝰ gratiæ tendat in actum, ſicquæ perducat [in vitam æternam] quæ eſt merces iuſticiæ, & conſummatio [per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum] ſine cuius auxilio nil boni valemus. Inſup̄ videmus in multis impleri quod hic ait Apoſtolus. Frequenter enim qui grauius peccauerunt, poſt conuerſionem ſuā feruentiores ſunt cæteris, & ita in quorum cordibus abundauit malitia, abundat & gratia. Malum nanq;, occaſionaliter cauſa eſt boni, inquantum recordatio ꝓteritæ iniquitatis facit hominem ſeipſum magis diſpicere, damnationem æternam amplius formidare, miſericordiam dei plenius ammirari, ardentius q; diligere. Vnde ſaluator in euangelio proteſtatur. Cui plꝰ dimittitur plus diligit. Iſtud tamen non ſemper contingit, qa & abſolute loquendo, & cęteris paribus, innocens plus tenetur deum amare pluſq; amatur a deo, quam peccator conuerſus, ſecundum Thomam.

¶ Expoſitio cap. ſexti videlicet. Quid ergo

dicemus, ꝑmanebimus in peccato.

¶ Articulus IX.

REmouet sanctus apostol⁹ ī hui⁹ capituli exordio quēdā errorē qui ex p̄dictis sūpsit originem. Quidā em̄ ꝑuersi audientes dixisse apostolum vbi abūdauit delictū, superabundat & gratia, asseruerunt, atq; apostolum id docuisse dixerunt, ꝙ permanēdum esset in vitijs & abundāter peccādum, vt postmodū gratia suꝑabundet. Hoc reprobans ait: [Quid ergo dicemus?], i. Si, iuxta p̄dicta, suꝑabūdat grā, vbi abūdauit malitia, an hoc dicēdū est q̄d seqitur i. [Permanebim⁹ in pctō]. i. an ꝑseuerādum est nobis ad tꝑs in vitijs (vt quidā nos dicere arbitrāt̄) [vt grā abūdet?] in nobis postea? [Absit]. i. ita dicendū nō est. Cui⁹ rō subinfert̄ [Qui mortui sum⁹] ip̄i [peccato] i. vicijs mortificati, & a pctō liberati ꝑ p̄ciū sāguinis Christi, ꝑ grām baptismi, ꝑ pnię sacramētū. Mortuū esse pctō, est a pctō esse ereptū, vl̄ secundū ꝟtutū habit⁹ oꝑari. [quō adhuc]. i. iterū [viuem⁹ ī illo?]. i. oꝑabimur oꝑa tenebrarū, cōsentiem⁹ suggestioni pctī, Tā q̄ dicat. Nec decet, nec licet, nec expedit nos taliter recidiuare. Nā sicut in naturalib⁹ nō est redit⁹ a morte ī vitā, sic ī mortalib⁹ non est natural̄r regress⁹ a morte culpę, ad vitā grāe. Vtrūq; tn̄ interdū contīgit. ꝑ omni potētiam atq; clemētiā creatoris, ¶ Deiñ docet apostol⁹ quō mortui sum⁹ ip̄i pctō. [An ignoratis]. i. merito scire debetis [quia qcūq; baptizati sum⁹]. i. a vicijs loti ī sacro baptismatis fōte [ī Chr̄o Iesu]. i. ī institutiōe, fide & oꝑatiōe Chr̄i. Christ⁹ em̄ baptismū instituit, dicēs: Docete oēs gentes, baptizantes eas, ī nomine patris & filij, & spūs sancti. Ip̄e q̄q; fidē trinitatis edocuit, principaliterq; baptizat, secundū quod de⁹, Sic em̄ purgat a culpa. Sacerdos vero minister est eius [in morte ipsius]. i. merito mortis eius, seu ꝑ ꝟtutem suę passionis a qua baptism⁹ efficientiā habet [baptisati sum⁹] Vel in morte ei⁹. i. in sil̄itudinē mortis Chr̄i baptizati sumus, q̄ten⁹ sicut Chr̄s semel mortu⁹ ē carne, & sꝑ viuit spū,

Eccl.1.
Sup.3.
Ephe.1.2.
col.1.
Heb.13
Mar.1.
Lu.3.
2.cor.7.
Actu.2.
Esa.26.
Ioan.11.
Io.5.
FPISTO.
Actu.8.
Gal.3.
Mat.vlti.
2.cor.4.
Heb.7.
1.pet.3.

sic nos p baptismū semel mortui iniquitati, deiceps sēp viuam⁹ iustitiæ. Trina nāq; immersio signat triduum sepulturæ seu mortis, eleuatio aūt, resurrectionē eius post triduū. Huic secūdę expositioī cōsonat lrā sequēs. Ostendēs em̄ quomodo ī morte Christi baptizati dicamur adiecit. [Cōsepulti em̄ sum⁹ cum illo]. i. Christo sepulto assimulati sum⁹, vł p fidē cū eo sepulti, & hoc, [p baptismū]. i. in ipso baptismo. Mersio em̄ baptizandi in aqua designat sepulturā Christi sub terra [in mortem] peccati. i. ad peccati destructionē, videlicet vt moriamur peccato [vt q̄mo surrexit Christ⁹ a mortuis]. i. a loco atq; cōsortio cadauerū mortuorū. Ipse em̄ sol⁹ fuit inter mortuos liber, cui⁹ caro nō vidit corruptionē [p gloriā]. i. maiestatem seu magnā potentiā, seu gloriosā efficientiā [patris]. Nō em̄ humana sed diuina ꝟtute surrexit. Potest quoq; p gloriā patris itelligi ꝟbū dei q̄d humanā naturā assūpsit, & Christū hominem, imo seipsū scām quod hō est suscitauit. Scriptum est em̄. Gloria patris, fili⁹ sapiens. De hac gloria patris seu filio dei scriptum est. Reuelabitur gloria dñi, & videbit omnis caro salutare dei nostri [ita & nos in nouitate vitæ ambulemus], id est, pristinis vitijs extirpatis spiritualiter reformemur, & Christiformiter conuersemur, quatinus renouetur vt aquilæ iuuentus nostra, reioreatq; & reuiuiscat, vegetetur, crescat, ac perficiatur quotidie spiritus noster in splendore gratiæ dei. [Si em̄ complantati facti sumus similitudini mortis eius]. i. Si more plantæ seu arboris eradicati fuerimus a similitudine præcedentium vitiorum, & facti fuerim⁹ cōplantati, id est, firmiter inhærentes, & conformati similitudini mortis ei⁹, id est, vestigijs dominicæ passionis conformando nos passionibus Christi, morendoque culpæ, sicut ipse mortuus est pœnis peccati [simul & resurrectionis crimus]. i. tunc etiam conplantabimur similitudini resurrectionis Christi, ambulando in nouitate vitæ, quę per Christi resurrectionem figuratur. Mors nempe & resurrectio christi non solum sunt res,

colos. 2.

Psal. 87.
Psa. 15.
Psa. 56.

Prou. 19.
Esaię. 50.

ps. 102.
ps. 27.

Roma. 6.

sed etiam sacramenta seu signa. Mors ergo Christi significat veteris ac vitiosę conuersationis occisionem. Resurrectio vero spiritualē mentis renouationem. In ba baptismo autē morimur pristinę vitæ. i. actibus vitiorū. Si ergo in hac vitiorū mortificatione manserim⁹, non redeundo ad vitia, tunc resurrectioni Christi similes erim⁹ cœlestem conuersationē habēdo in terra, quemad modū alibi dicit Apłs. Si cōmortui sumus, & conuiue mus [hoc scientes quia vetus homo noster]. i. quilibet nostrū secundū vitiosā ac veterē cōuersationem [simul crucifixus est]. i. simul cum Christo affixus est cruci p prefigurationem & obligationē. Per hoc em ꝙ crucifixus est Christus prēmonstratū est ꝙ quilibet nostrū si velit saluari, debeat Christū sequi, tollendo crucē suam ḡtidie. Ad hoc q̄ ꝙ obligat nos crucifixio Christi domini nostri, quoniam nō est seruus maior domino suo. Vel vetus homo noster. i. quilibet nostrū secundū originale peccatum a veteri Adam contractū, simul crucifixus est. i. huic peccato mortificatus, quia in Christi passione liberati sum⁹ ab isto peccato, ita vt nō imputetur nobis in culpā, nec propter ipsū obligemur ad pœnam damni, videlicet diuinæ visionis carentiā [vt destruat corpus peccati]. i. quatinus caro nostra multis peccatis maculata destruat, nō quantū ad esse naturę sed ḡtum ad esse culpę, quēadmodū infra ait Apłs. Mortificate mēbra vestra, q̄ sunt sup terrā. Et Chīs. Si oculꝰ tuus scandalizat te, erue eum & proīce abs te. Hinc etiam a quodam Sapiente dicitur. Verte impios, & non erūt [vt vltra non seruiamus peccato]. i. non vincamur a malo, non succumbamus tentationi, nec ratio nostra subdatur iniquitati, sed eam sibi subīciat. Vnde scriptum est. Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Et Petrus. Iniqui sunt serui corruptionis, a quo enim quis superatus est huius & seruus est. Alī, quos legi, ita exponunt. Vetus homo noster. i. fomes peccati, simul crucifixus est. i. Christi crucifixione, & eiꝰ passiōis virtute debilitatus est. Vel, vetus homo noster. i. conuersatio vi-

Rom. 6.

2. Timo. 2.

Luc. 9.

Ioan. 13.

Col. 3.

Mett.

Prou. 18.

Ioan. 8.

3. Pet. 2.

Ephe.4. & Col.3. Matth.6. cioſa. De quo hoie ait Apl's. Exuite veterē hoiem, ſimul crucifixus eſt. i. morte Chriſti deleta eſt, vt deſtruatur corpus. i. vniuerſitas atq; congeries peccati, De q̄ corpore Saluator. Si oculus tuus, inquit, fuerit neq̄, totum corpus tuum tenebroſum erit. i. operū tuorū congeries [Qui enim mortuus eſt] peccato. i. a peccato liberatus. Vel, qui mortuus eſt. i. cōfiguratus morti Chriſti, p ſuſceptionē baptiſmatis [iuſtificatus eſt a peccato]. i. liber fact9 ab eo, nec ſubiacet vicio. Baptiſmus em̄ aufert pœnā & culpā. [Si autē mortui ſumus cū Chriſto]. i. paſſionib9 ei9 cōformati, & ita mortui culpę, quomodo Chriſtus mortuus eſt pœne, videlicet ſine recidiuo [credimus quia ſimul etiam viuemus cū eo] non ſolū vita gratiæ in prſeti, ſed etiā vita glorię in futuro [ſciētes]

Iob.19. per fidē certiſſimā. De qua ſcientia ait Iob. Scio q̄ redemptor meus viuit [q̄ Chriſt9 reſurgens ex mortuis iam non moritur]. i. de cętero non morietur, ſicut Origenes fertur dixiſſe, q̄ Chſs ſcđo p dæmonibus paſſurus eſt. Surrexit em̄ non ſolū ad immortalē, ſed etiam ad impaſſibilē vitā. [mors] corporalis [ei vltra nō dñabitur] prævalendo vitę eius corporali ſeu animam ſeparando a corpore, & multominus mors gehennæ dominata eſt chriſto. [Q đ enim mortuus eſt peccato]. i. no ſtrorū peccatorū demerito, & ꝓpter expiationē vicio rū nſrorū iuxta illđ Trenorū. Chſs dñs capt9 eſt in peccatis noſtris. Et illđ Eſaię. Attrit9 eſt propter ſcelera noſtra [mortu9 eſt ſemel] in die paraſceues, de qua die domin9 p ꝓpheta loquit̄. Auferā iniquitatē terrę illius in die vna. Tūc em̄ deus abſtulit pctā eccleſię, quę eſt terra Chriſti, p meritū paſſiōis ipſi9. [Q đ autē viuit] poſt reſurrectionē, [viuit deo]. i. ad gloriam dei [Ita & vos] o Romani, imo q̄cunq̄ fideles, [exiſtimate vos ipſos [mortuos quidem eſſe peccato], id eſt, liberatos a vicęs meritō ſaluatoris [viuentes autem deo] id eſt, deiformiter atq; deifice, ſcilicet ad gloriam dei, operā do diuina, contemplando atq; amando cœleſtia. Viuere equidē deo aliud nihil eſt, niſi operari ea, q̄ deo ſunt placita & diuinę vitę vtcunq̄ aſſimilari, [in Chriſto

Origenes
Error ḟm origenem imponit
Viuere duo qmodo

Iesu dño nostro].i.per gratiã Christi, & pmanẽndo in ipso tanquam in mediatore, saluatore & capite. Ipse eĩ profitẽt. Si quis in me non manserit, mittẽt foras sicut palmes, & arescet. [Nõ ergo regnet].i.virtutibus non ꝑualeat nec rationẽ subiciat [peccatũ] actuale, vel fomes pctĩ, quæ dicitur peccatũ caussaliter, quia inclinat ad culpam, & ꝙis transeat reatu, pmanet tñ actu, inq̃tũ elt pœna & virtuosę exercitationis, spualisq; pugnę materia [in vestro mortali corpore], pcliuo ad vitia, de quo scriptũ elt. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animã [vt obediatis concupiscentijs eius].i. carnalibus desiderijs, seu fomitis inclinationibus cõsentiatis. Hoc nãq; prępostertũ est & puersũ. vt sensualitas rationi ꝑualeat, aut caro dñetur spiritui. Propter quod legitur. Post concupiscentias tuas nõ eas, & a voluptate auerte re [Sed neq; exhibeatis membra vestra arma iniquitatis pctõ].i.mẽbris corpis vri seu organis nolite abuti, extẽdẽdo ea ad mala, nec fiant arma iniquitatis.i.istrumẽta culpę pctõ.i.ad executionẽ pcti, quę a deo collata sũt, vt sint instrumẽta virtutũ, quatenꝰ aia ꝑ corpis mẽbra tendat in actum virtutũ exteriorẽ [sed exhibete vos deo].i, ad dei obsequiũ vos aptate, & aias vestras deo p sanctã obediẽtiã immolate, quatenꝰ sicut totum ꝙd habetis & estis, a deo recepistis, sic totũ ei reddatis, seruiẽdo eimẽte & corpe [tãq; ex mortuis viuẽtes].i. sicut a morte culpę ad vitã grę suscitati [& mẽbra vra] exhibete [arma iusticie] exercẽdo per ea actꝰ virtutum & opa ęquitatis [deo].i.ad dei honorẽ ac laudẽ. ¶Peccatũ em vobis nõ dominabit] necessitatem imponẽdo, dumodo ad christi gratiam cõfugiatis. Vel peccatũ.i. fomes pcti vobis nõ dñabit, trahẽdo vos ad pcm mortale. Reꝑssanãq; & diminuta est inclinatio fomitis per gr̃am Chri, ita vt statẽs in gra gratum faciente possit oẽ peccatũ mortale vitare. q; non pñt adulti, qui gratia carẽt. Sicut nec gram hñtes vitare pñt oia venialia sal tem diu. Sicut enim in istis sensualitas non est rationi perfecte subiecta, propter quod interdum venialiter

FINIS.

Ioan.15.

fomes pcti

Sapien.9.

Eccle.18

Venialia dm
remitti nõ pñt
etꝫ ab eqñtib⁹
gñe

peccant, ita in illis non est ratio deo subiecta cum debito ordine vltimi finis, iccirco diu viuere nequeunt fine mortali. [Nõ enim estis sub lege] Mosayca, quę bona præcepit, & mala ꝓhibuit, gratiã vero adimplendi nõ ꝓstitit [sed sub gratia] euangelicę legis & Christi. Ideo pecca tũ vobis nõ dominabitur, si feceritis quod in vobis est. ¶ Circa hoc mouet A postolus quod vidit moueri posse ab alijs. [Quid ergo?] restat [Peccabim⁹ qm̃ non sumus sub lege] veteri [sed sub gratia?]. i. an hoc licet, vt gratia dei abutamur, ideo peccado securi⁹, quia a minis & pœnis temporalibus legis, liberati sumus [absit] Hoc enim vile atq; peruersum esset, sicut ostendut sequẽtia. [an nescitis, q̃niam cui exhibuistis vos seruos ad obediendum]. i. cui vos ꝺponte subiecistis [serui estis cui obedistis] hoc palam est. Ad rationẽ em̃ seruitꝰ tinet obtemperare mandato alterius, [siue peccati ad mortẽ]. i. Si exhibuistis vos seruos pcõ, serui estis peccati ad mortẽ culpę i via, & ad mortẽ pœnę i gehẽna. Ad hęc ei ꝓducit seruit⁹ culpæ [siue obeditiõis ad iustitiã?]. i. si exhibuistis vos seruos obedientię diuinorum mandatorum, facti estis serui obedientię hui⁹ ad iustitiam. i. ad hoc vt iusti sitis. [Gratias autẽ] refero [deo] cui de oĩ bono agenda est gratiarũ actio, [q̃ fuistis] ante vĩi conuersionẽ [serui peccati, obedistis autẽ ex corde] .i. aĩo prompto atq; ꝑpotaneo [in eam formã doctrinę] .i. in institutionem ac seriẽ euangelicę disciplinę, opando secundũ præcepta & consilia Christi [in qua] doctrina seu forma [traditi estis] scholę Christi siue ecclesię, vt tenendo hanc formã sitis filij ac discipuli Christi & ecclesię. [Liberati autẽ a peccato] non solum per Christi passionem, sed etiã per diligentem vitiorum euitationem, quę tamen euitatio vobis per gratiã Christi confertur [serui facti estis iusticiæ]. i. iusticiæ subiecti estis, implendo præcepta iusticię. Sed quia doctrina seu iussio proportionanda est capacitati discipulorũ ac subditorũ, iccirco infirmis seu imperfectis proponit apostolus præceptũ facile & humanũ [Humanũ dico ꝓpter

Esaiæ. 1.

EPISTO.

Ioan. 15.

FINIS

Ioan. 15.

EPISTO

infirmitatem carnis vestrę].i.leue & naturali rationi cõsonũ do vobis p̄ceptũ, & hoc ꝓter vr̄am imperfectionẽ & carnis vr̄ę fragilitatẽ, ꝓpter q̄nõ potestis p̄ceptũ ꝑfectionis seu solidũ capere cibũ. ¶ Deinde ponit p̄ceptũ [Sicut enim exhibuistis mẽbra vr̄a seruire ĩmũdicię] .i.carnalibus vitijs.i.gulę, luxurię &c. [& iniq̄tati].i. spũalibus pc̄tis [ad iniquitatẽ] ꝓgrediẽdo de vno pc̄tõ in aliud.iuxta illud Sapiẽtis: Peccator adijciet ad peccãdũ. Et illud Apoca. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Vñ ꝑ Esaiã ait scriptura. Vę qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis, & quasi vinculũ plaustri pc̄tm̄. Tales sunt perseuerantes in malo, qm̄ (teste Gregorio) pc̄tm̄ quod statim per pœnitentiã nõ delet̄, suo pondere trahit ad aliud [ita nũc] agnita veritate [exhibete].i.p̄bete & date [mẽbra vr̄a seruire iusticię].i.virtutib⁹ vniuersis, manibus dando eleemosynã, pedibus eundo ad eccle siã, oculis peccata deflendo, auribus verbũ dei audiendo, ore deum laudãdo [in sanctificationẽ] .i.vere & plene proficiatis in gratia dei, in sanctitate, & omni perfectione, quẽadmodũ in Apocalypsi habetur. Sanctus sanctificetur adhuc. Vnde per Moysẽ dñs p̄cepit. Sancti estote, qm̄ ego sanct⁹ sũ dñs deus vr̄, Et rurs⁹. Perfectus, & absq; macula eris cũ dño deo tuo. Ecce saluberrimũ documẽtũ rationabilissimũq; p̄ceptũ, a quo nemo excusare se põt. Quid enim tam vile ac erubescibile, vt ꝙ post nostrã cõuersionẽ, simus pigriores, negligẽtiores ac frigidiores ĩ obsequio dei, q̄ olim eram⁹ in seruitute diaboli, carnis & mũdi, Laborandũ ergo ẽ nobis, vt vere ac plene cõuertam⁹ mores nostros. Sed quia hoc adimplere nõ est volẽtis, neq; currẽtis, sed dei miserẽtis, dicam⁹ cũ Hieremia. Conuerte nos dñe, & cõuertenr̄. [cũ enim serui essetis pc̄tĩ] obediendo cõcupiscẽtijs & passionibus vestris [liberi fuistis iusticię].i. dño iusticię caruistis, & spoliati eratis bono iusticię, atque extranei a rectitudine ęquitatis, non obtemperando mãdatis diuinis, quod verę libertati maxime derogat. Liberaliter seruit, qui voluntatem domini libenter

Hebræo.5.
Apoca.vl.
Esaiæ.5.
Gregorius
Philip.4.
1.Tim.6.
2.Tim.2.
Apoc.22.
Deut.3.
apoc.3.
1.Ioannis.3
Tren.5
Hier.2.
Iob.2.

Phile. facit, ideo ad peccandū liber est, qui seruus ē peccati. Iu
sticię quoq; libere seruit, qui amat & delectatur in ea.
Io.8. Hæc est vera libertas. [Quem ergo fructum] .i. pfectū
Esa.59. seu vtilitatē [habuistis tunc] qñ scelerate vixistis [in qui-
Hiere.31. bus nunc erubescitis] .i. in actibus viciosis ac turpibus
1.pet.2. de quorum perpetratione verecundamini modo ad de
um cōuersi, atq; diuinitus illustrati, ac per hoc inhone
statem pcti agnoscētes. Peccator nanq; post suā cōuer-
Eze.43. sionem erubescit de malis, in quibus aliqñ gloriabatur,
quēadmodum scriptū est. Erubescite, & confundimini
Eze.59. super vñs uestris, dicit dominus [Nam finis] .i. merces
finalis [illorū] turpiū viciorū [mors est] .i. ęterna dam-
natio. Vel, mors ista temporalis, est finis .i. terminꝰ illo
Iob.10. rū, quia post mortem hanc nō possunt ipñ talia age-
1.cor.7. re, ꝓpter q̄d eorū delectatio breuis est. [Nūc vo libe
Io.8. rati a peccato] p christi passionē tanq̄ p causā merito-
riā vniuersalem, per propriam quoq; pœnitentiā, seu
ps.116. baptismum, tanq̄ per causā meritoria particularem, p
Gala.4. gratię autem infusionem, formaliter, [serui autem facti
deo] obediendo eius p̄ceptis, seu acquiescendo eius cō
filijs. [habetis fructū vestrum] .i. profectum seu perfe-
ctionem vobis cōgruentem [in sanctificationē] aīarum
vestrarum, ita q; fructus iste est sanctificatio vestra, seu
Mat.5. puritas animę. Vñ ait domin⁹. Beati mūdo corde, qñ
ipsi deum videbunt [finem vero] .i. finale, consumma-
Io.19. tum q; prēmium habetis [vita æternā] quę erit tota mer
ces vestra. Adhūc fructum seu cordis puritatem, om-
nia exercere debemus, semper solliciti corā diuino con-
ps.50. spectu habere cor mūdum, in quo (scilicet in habendo
prou.21. cor mundū) consistit summa vię huius perfectio, quia
Mat.6. vt Salomon ait. Qui diligit cordis mundiciā, amicum
habebit regem. Vita autē ęterna (quę est visio dei in pa
tria) est finis ultimatus, ad quē etiā ipsa puritas animæ
viatricis disponit ac ordinat. ¶ Consequēter ostendit
Apl's q; finis illorū vt pote viciorum, est mors atque
damnatio animæ. [Stipendia enim peccati] .i. retri
butio debita quæ pro peccato infligitur est [mors] item-

poralis & æterna. Ex originali enim peccato, processit mors corporalis in pœnã illius peccati. Propter q̃d legitur. Deus mortẽ nõ fecit. Inuidia aũt diaboli mors introiuit in orbẽ terrarũ. Pro peccato autẽ actuali mortali, infligitur mors ęterna, q̃ vtiq; est a deo, cũ sit iusta pœna, quẽadmodum scriptũ est. Mors & vita ab ipso fũt [Gratia autem dei] .i. ex gratia seu p gratiã dei datẽ iustis p̃ p̃mio [vita ęterna] Non hoc dicit̃ merita excludẽdo, sed vt insinuet̃ q̃ principaliter asscribendũ sit gratię dei, qui etiã p̃miat vltra condignũ. Electi em̃ per gratiam merentur vitã ęternã. Vñ tam meritũ quã p̃miũ nostrum prio & maxime dependet atq; p̃cedit ex pietate dei, & gratia eius quã efficit in nobis. Hæc autẽ vita ęterna est [in Christo Iesu dño nostro] tanquã in obiecto, & causa effectiua principali secundum diuinã eius naturã, sicut in patre & spiritu sancto. Tota em̃ supbenedicta Trinitas, est causa efficiens & obiectum vitę ęternę .i. beatitudinis electorũ. Porro in Iesu Chro (.i. per eũ) datur nobis gratios̃ę vita ęterna, quia (sicut iã sępius dixi) omnia dona nobis p̃ christum hominem conferuntur.

Gen.3.
Sapien.1.
Eccle.11.
ps.93.
Io.15.
FINIS.
Io.17.

¶ Expositio cap. septimi scilicet, An ignoratis fratres Articulus. X.

IN capituli hui9 libri exordio p̃bat ap̃s cessationẽ legis Mosayc̃ę p̃ exemplum. [an ignoratis fratres] Quos Romani fideles, an nescitis q̃ dicã? Et scio qa nõ ignoratis ea [(scientibus eĩ legẽ loq̃r)] .i. vobis Romanis in chr̃m credẽtib9 qui partim fuistis sub lege Moysi, & estis ex Iudaismo christiani effecti. p̃ter q̃d legẽ Moysi scitis, p̃tim vero gentiles fuistis, atq; sub ciuili lege vixistis, & ideo legẽ hãc nescitis. Barbari vero qui legib9 nõ regunt̃, nullã harũ legũ nouerũt. an iquã nescitis [quia lex] Mosayca & ciuilis [dñat in homine] id est, hominem obligat ad obseruantiam legis [quanto tempore] .i. quamdiu [viuit] , id est, vigorem actum tum lortitur lex ipsa. Si autem lex perfectior, priorem eu acuans, superueniat, cessat lex prima, nec am

EPISTO. 1.cor.14.
Actu.18.

Ioan.1. plius obligat, sicut cessauit lex Moysi superueniente le
ge christi. Huius rei exemplũ subiungitur. [Nam quæ
sub viro est mulier] .i. fœmina legitime maritata & vi-
Gen.3, ro subiecta, iuxta illud: Sub viri potestate eris. [Viuẽte
viro alligata est legi] viri, quia tenet̃ ei debitũ reddere,
Ma.9. nec potest ab eo discedere. Mulier em̃ potestatẽ corpis
2.cor.7. sui nõ habet, sed vir. [Si autẽ mortuus fuerit vir ei⁹ li-
berata est a lege viri] in tm̃ vt si vir eius resurgeret, nõ
Hie.3. teneret eũ recipere, nisi ex condecentia quadã, vt dicit̃
Matth.10. [Igitur viuente viro, vocabitur adultera si fuerit cum
alio viro] vxorato vel nõ vxorato. [Si autẽ mortuus
fuerit vir eius] morte naturali aut certe ciuili ante copu
lã, [liberata est a lege] .i. a iure [viri vt nõ sit adultera si
fuerit cũ alio viro.] Potest em̃ nubere cui placuerit, tm̃
nubat in dño. ¶ Pręterea applicat pręinductã similitu-
dinẽ apl̃s ad propositum de cessatione legis scriptæ.
[Itaq; fratres mei & vos mortificati estis legi] .i. a debi
to & vigore Mosayce legis soluti [Per corpus christi]
.i. per ea quæ verbum dei fecit, assumpsit, & pertulit in
Gala.4. copore christi, videlicet ꝑ christi incarnationẽ, ꝑ corpis
1.Pet.2. sui in cruce expansionẽ, vel etiã ꝑ incorporationẽ qua
Infra.12. christo incorporati, vnũ estis cũ ipso effecti [vt sitis]
Gala.3. vos [alterius] .s. christi [qui ex mortuis resurrexit] .i. es-
se vestrũ ac vitã ad christi gloriã ordinetis, nec vobisip
sis sed ei viuatis, non sequendo desideria propria, sed
christi mãdata, nec insistendo priuato amori, sed diuinæ
charitati. Qui sic abnegãt semetip̃os, cordialiter dicũt il
lud psalmistę. Non nobis domine non nobis, sed nomi
p̃s.118. ni tuo da gloriam, [Vt fructificetis deo] id est, ope-
ra virtuosa agatis ad gloriam dei. Omnis enim arbor
Io.15. (inquit Saluator) quę nõ facit fructũ bonũ, excidetur
& in ignem mittetur. Et rursum. Qui manet in me hic
fert fructum multum. ¶ Insuper manifestat legem iam
esse euacuatam ex consideratione status qui erat sub le
ge. [Cum enim essemus in carne] .i. in carnalibus
& cærimonialibus operibus legis, seu vicijs carnis, tem
pore legis antiquę [passiones peccatorum] .i. passio

nes seu sensitiuę pīis inordinatę motiões interiores [quę p legem erant] .i. ex iussione aut ꝓhibitione legis ex oc casione, in nobis incitabāt [opabātur in mēbris nostris] .i. ad opa praua induxerunt membra nostra, vt oculus p res varias fornicaret, manus aliū cæderet, lingua mē tiret, [vt fructificarent morti] .i. opera morti congrua, æterna ꝙ morte digna patrarent. [Nunc autē] scilicet tēpore gratiæ] soluti sumus a lege mortis] .i. ab obligati one, & obseruatõe Molaycæ legis, quæ nominatur lex mortis, quia ex occasione mortē spiritualem inferebat augendo culpā ratione transgressionis præcepti, & ici tando concupiscentiā. Vł quia transgressoribus suis tē poralem intulit mortem, sicut p Moysen sępius dicitur Qui fecerit hoc vł hoc, morte moriat [in qua] lege [de tinebamur] .i. ad cuius obseruantiā obligati eramus, vł ꝙ ad publicationē euāgelicę legis, nūc vero soluti sum9 [ita vt seruiamus] deo [i nouitate spūs] .i. in spirituali re nouatione mētis, quēadmodū scriptū est: Renouamini spiritu mētis vræ. Vel, in nouitate spiritualis ītelligētiæ [& nō in vetustate] .i. obseruātijs literalib9 seu cęre monialibus veteris testamenti. Litera em̄ occidit, spūs autem viuificat. ¶ Qm̄ vero veterem legem, vocauit le gem mortis, ne quis ex hoc erroris occasiōem eliciat, vt Manichei dicentes legem Moysi datā a demone, re mouet apostolus talē errorem [Quid ergo dicem9?] si ita est vt dixi [lex peccatum est?] .i. an tunc dicen dum sit, ꝙ lex sit uiciosa peccati ꝙ causa per se? [absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem] .i. hoc ma gis tenēdum affirmo, ꝙ lex sit bona, quoniam ordina tur ad bonum, scilicet, ad discernendum iter bonum & malum, inter virtutes & vicia, quatenus mala vitentur & bona agantur. Ideo ait peccatum non cognoui, esse peccatum, saltem ita perfecte at ꝙ cōmuniter, nisi per legem. i. legis instructionem. [Nam concupiscentiam] carnalem & inordinatam [nesciebam] esse peccatum, [nisi lex diceret. Nō cōcupisces.] Loquitur aūt Apo stolus in persona generis humani, præsertim eorum

Iacobi.4.
Iaco.1.
2.Cor.3.
Heb.1 9.
Exod.11.
Gala.3.
Ezech.36.
Eph.4.
2.cor.3.
Hie.10.
Esaię.10.
Pro.8.
ps.18
Exod.20.

Heb.5. in quibus ratio naturalis sic obtenebrata fuerat vicijs, vt inter bonū & malū parū aut nihil discernerēt. Quorū multi putabant cogitationes non ꝓcedentes in actū prauum & simplicē fornicationem atq; similia quædā non esse peccata. De quibus ꝓpheta. Vę qui dicitis bonum malū, & malū bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. His ergo ostendit lex quid sit culpabile. Nā & ipsi ignorarēt concupiscentiā, nisi lex diceret. Non concupisces. Ad vitandū autē peccatum reqritur peccati cognitio. Ideo lex potius retrahit a peccato, quā sit causa ipsius. Est tñ occasio pctī peraccidens ex parte nostri: qui sicut naturaliter apperim⁹ libertatē, ita cōmuniter inclinamur ac nitimur inuetitum, ne nostra libertas videat arceri. [Occasione autē accepta peccatum per mandatum] id est concupiscentia seu fomes peccati immo & dęmon tentator occasionem peccādi seu impugnandi accipiens ex mādato legis, quę concupiscētiā ꝓhibebat. Ex tali em mandato irritabat & prouocabat concupiscentia. Dęmon quoq; vidēs homini datā legem, cœpit forti⁹ eū inuadere atq; tentare, sicque peccatum [operatū est in me] id est ad operandum induxit me [omnem cōcupiscentiā] lege ꝓhibitā, ita ꝙ concupiscētia mala processit in opus, [Sine lege enim] .i. lege nondum accepta, vel eius cognitione nondum adepta [peccatū mortuū erat] .i. fomes pctī non ita viguit, sed erat debilior, quia non tantū excitatus vt postea, nec tātum impugnabat a dęmone, minus q̄q; imputabat a deo. [Ego autem viuebā sine lege aliquādo] Scire oportet ꝙ Apostolus loquitur hic in persona hominis cōmuniter. Vnde non omnia quę dicit ad eosdē referantur. Nūc ergo loquens in persona hoīs qui ad tempus vixit ante legem Mosaycā, & ad tps ei subiacuit. dicit: Ego autem viuebā vita gratię, vel simpliciter vel respectiue. i. carendo pctō mortali vel mīn⁹ peccando sine lege scripta, aliquando .i. antequā data est lex scripta. Tūc em vt dictum est minus viguit fomes [Sed cū venisset mandatū] legis id est postquam lex

Mat.5. Esa.5.

ps.118.

Quidius.

1.Io.3.

Iaco.1.

Col.3.

Apo.3.

data est mihi [pecctū reuixit] .i. fomes seu ei⁹ effectus (videlicet culpa) illoleſcere, rebellare, vigereq; cœpit. Ego aūt ſpūaliter [mortuus ſū] ſub lege pctō reuiuiſcē te in me [& inuētū eſt mihi] .i. ad incōmodum meum [mandatū] legis [q̄ d] ordinatum ac datū [erat ad vitā] gratię in pſenti, vitamq; glorię in futuro [hoc eſſe ad mortē] culpę in via, atq; ad mortem dānationis in gehēna. Cuius rō atq; declaratio ſubdit [Nam peccatū] .i. concupiſcentia ſeu fomes [occaſione accepta p mandatū] (ſcdm ſenſum iam prænductum) [ſeduxit me] .i. rationem meā ſubuertit, vt poti⁹ inhęreret bonocom mutabili & caduco q̄ ſūmo & increato. [& p illud] .i. hāc ſeductionē illicitūq; conſēſum [occidit] me īducēs me ad delectationē mortiferā, ſeu culpā mortalem, q̄ tollit charitatē, in qua animę vita conſiſtit. Prętera ex p̄dictis infert apoſtol⁹ [itaq; lex quidem] ſcripta eſt [ſancta] quia, phibet vicia p̄cipitq; honeſta, V n̄ ſecundum Iſydorū, lex eſt iuſſio ſancta, iubens honeſta [& mādatū] legis, eſt [ſāctum] .i. ad diuinū cultum directe ordinatū, non ad augendū peccatū, q̄uis homo ex fomitis corruptiōe ex occaſione mouet ad vicīū audito legis præcepto [& iuſtum] quoniam docet & imperat vnicuiq; dare quod ſuum eſt, & iniuſticiam digne vlciſci [& bonū] quia ab vltimum finem, qui optimus eſt dirigit. Hinc ait pſalmiſta. Lex domini immaculata cōuertens animas & c. Et Salomon: Mandatum lucerna eſt, & lex lux & via vitæ increpatio diſciplinæ. ¶ Ex his infert apoſtolus quod ſequi videtur, & n̄ ſecūdum veritatem non ſequitur. [Quod ergo bonum eſt] id eſt legis mandatum in ſe bonum conſiſtens [mihi factum eſt mors] .i. cauſa ſpiritualis necis. Dixit em̄ mandatū eſſe ad mortem, & per mandatum reuixiſſe peccatum [abſit] .i. iſtud non ſequit. Quamuis em̄ per mandatū reuixerit culpa, hoc n̄ non p ſe, neq; ex iniuſticia legis, ſed malicia hominis, bono ex occaſione abutentis. Ideo additur. [Sed pctū] .i. cōcupiſcentia vel fomes [vt apareat pctm] ſciat eē illicita, vel vt peccatū int⁹ latens

Hiere.31. 1.corin.15. Pſ.118. Ezech.36. Dañ.13. 2.cor.3. Pſal.18. Iſydorus. Leui.20 Pſalm .118. Pſ.18. Prou.6. Matthei.7. Sapi.16.

foras erumpat ac pateat [per bonū] id est per legem nō
Ezech.18. directe sed ex occasione [operatum est mihi mortem.]
1a.1. i. ad mortale pctm̄ induxit me, priuās me gratia dei a-
1.Io.5. nimā viuificante. Dato quippe mādato, magis inflāma
ta est concupiscētia mala, magisq; puocata est cōtra ho
minē tentatoris inuidia atq; suggestio, [vt fiat supra
Col.3. modū] cōsuetū, & vltra mensuram, [peccās pctm̄] .i.
Iaco.4. cocupiscentia nos peccare faciens, ita q; cōcupiscentia
facit magis peccare sub lege q̄ ante [per mandatū] occa
sione, sicut expositū est. Vel sic, vt fiat supra modū pec
cans peccatū per mādatū. i. actuale peccatū ex fomite
nascens, quo deū offendimus, mod ū excedat p manda
tum. Nā idem peccatū lege accedente grauius est q̄ an
Io.15. te, & quod ante erat tantūmodo peccatum seu culpa,
postmodū etiā p̄uaricatio est. i. diuinę legis trāsgressio.
Propterea fit supra modū peccans pctm̄, quia diuersis
Supra. 14. de causis displicet deo, & varijs modis aduersatur iu
sticiæ. Dein de manifestat Aplūs legē esse spirituale, id ē
carnales atq; illicitas cōcupiscentias prohibentē. [Sci-
Ps.18. mus enī q; lex spiritualis ē] quia & data est a spū sancto
Act.7. per spiritum angelicum, quatenus lege accepta viue-
1.co.3. ret homo secundum spiritū nō secūdum carnē [ego au
Gal.5. tem carnalis sum] carnaliter viuens, passionū inclinati-
ones sequendo. Loquitur aūt Aplūs (sicut iam dictum
est) in persona hominis generaliter. Nunc enim loquitur
in persona eius, in quo inuenitur peccans peccatum
supra modū hominis, scilicet qui legem transgreditur.
Quasi dicat. Quāuis ego carnalis sim, nihilominus lex
spiritualis est. Itaq; carnalis sum [venundatus] .i. dam-
nationi seu dęmonis potestati ac iuri vel miserę seruitu
ti expositus atq; obnoxius factus [sub peccato] primi pa
rentis qui seipsum & posteritatem suā vēdidit hosti, fa
Geñ.3. ciendo quod ille ꝓposuit. Vel potius, sub pctō actuali
Esai.50. & ꝓprio. i. pctōrū meorū demerito, sicut p Esaiā dīs
2.Reg.21. ꝓfitet. Ecce in iniquitatibus vīs vēditi estis. Et dictū est
achab. Venūdatus es vt faceres malū corā dño. Vendit
nāq; se hō libero arbitrio, & recipit p p̄cio vile bonū

ab aduersario suo. [Quod em̄ operor] in quantum car nalis, videlicet, sensualitatē sequēdo [nō intelligo], i. nō vere cōsidero, nec recte attēdo. Null⁹ em̄ respiciēs ad malū operatur, scd̄m Dionysiū. Vñ malū nec agitur neq; appetit̄, nisi sub ratione boni. Propter quod Salomon ait. Omnis viri via recta sibi videt̄. Vel, nō intelligo. i. intus nō lego tale malū, tanq̄ ratiōi cōsonū. [Nō em̄ qd̄ volo bonū]. i. actū virtuosū, quē scd̄m ratiōis dictamē volo & approbo [Hoc ago] qa carnalitati, vicijsq; succūbo [sed qd̄ odi malū]. i. pctm̄ qd̄ secundū rationis cēsurā detestor [illud facio] passionibus cedens & sensualitati cōsentiēs [Si autē quod nolo] scd̄m rationē [illud facio] secundū sensualitatē [cōsentio legi qm̄ bona ē]. i. legē approbo, quia qd̄ illa ꝓhibet, ratio mea malū esse cognoscit [Nūc aūt]. i. istis sic stātib⁹ [iā ego non operor illud] malū, in q̄tū homo seu rationalis creatura cui⁹ est vitia abhorrere, virtutes diligere & depcari ad optima [sed qd̄ habitat ī me pctm̄]. i. fomes pctī seu cōcupiscentia firmiter radicata in me est causa mali īpellendo ad ip̄m. Tanq̄ dicat. Nō vt rationalis, sed vt brutalis seu bestijs similis ago hoc malū, quod ratio reprobat ¶ Ad horū intelligentiā pleniorē habendā, oportet aduertere q; Apl̄s assumit hoc loco ꝑsonā duorum hoīm. s. interioris & exterioris. Vl̄ potius duplicis hoīs. i. eiusdē, scd̄m duplicem portionem ipsius. Est em̄ in homine duplex pars, videlicet intellectiua, & sensitiua seu ratio & sensualitas, quę aliter appellāt̄ spūs & caro, homo interior atq; exterior. Ratio autē cōpetit homini secundū propriā hoīs diffinitionē, sensualitas vero secūdum id quo cum brutis cōmunicat. Iccirco quod agit & vult, scd̄m rationē, hoc dicit̄ proprie velle & agere Hoc enim agit & vult scd̄m quod homo. Qd̄ vero agit aut appetit scd̄m sēsualitatem, seu ꝑtem sensitiuam sine rationis aduertentia seu consensu, nō dicitur proprie agere siue appetere, quia nō agit nec appetit illud in quantū homo, sed vt iumētis cōmunicans. Sicq; apparet quomodo homo dicitur agere quod tamen non

Luc.12. Dionysius Prou.21. 2.Macha.3. Gal.5. p̄s.118. Prou.4. Iaco.4. p̄s.48. 1.cor.2. Ephe.3. Col.2. p̄s.48. 2.Tes.3. Tobi.4. Gal.5. Iob.18.

agit, sicut iã dixit apl's. Quod nolo facio, & iam ego nõ
operor illud, Deniq; nõ ita ĩtelligendum est, q̃d ait: Iã
Apoca.3. ego nõ operor illud, sed ꝙ habitat ĩ me peccatũ, q̃si hõ
Gala.5. nequaq̃ opet̃ illud, vel a vicio excuset̃, sed quia nõ agit
illud, vt hõ bene dispositꝰ. [Scio em̃] ꝑ expiẽtiã reluctationis sensualitatis cõtra rõnem [quia nõ habitat in me,
Phil.3 hoc est ĩ carne mea] videlicet ĩ hoĩe exteriori, & ꝑte sẽsi
Colo.1. tiua [bonũ]. i. ꝟtus seu habitꝰ ad bonũ ĩclinãs, potiꝰ ad
oppositũ. Per hoc aũt qđ ait: hoc est ĩ carne mea, ĩsinuat
Ephesi.3. ꝙ in ꝑte ĩtellectiua habitet bonũ, puta synderesis q̃ re-
Esaiæ. vlti. murmurat malo, & tẽdit ĩ bonũ. Ideo subdit. [Nã vel-
ps.39. le adiacet mihi]. i. scđm hoĩem ĩteriorẽ ĩclinor ad bona,
Actu.9. & volo honesta [ꝑficere aũt bonũ] opẽ. i. adĩplere, [nõ
Prouer.16. inuenio] ĩ me, qm̃ sine gr̃a illđ nõ valeo, maxime ꝑpter
Io.15. rebellionẽ sẽsualitatis.] Nõ em̃ q̃d volo bonũ, hoc facio
sed ꝙ nolo malũ, hoc ago. Si aũt ꝙ nolo illud facio: iã
nõ ego opor illud, sed ꝙ habitat ĩ me pctm̃.] Hęc iã ꝑ
habita atq; exposita sũt. Ex his infert apostolus legem
scriptã esse bonam, qm̃ ratio naturalis ei cõsentit. [Inue-
Psalm.4. nio igit̃ legẽ, volenti mihi facere bonum]. i. cum bona
agere cupio, inuenio legem tam naturalẽ q̃ scriptã cõso-
Deut.30. nã mihi bona volẽti. Ex q̃ sequit̃ legem esse bonã [qm̃
mihi malũ]. i. ꝓnitas ad peccandũ [adiacet]. i. in prom-
Miche.7. ptu est. Pronior enim sum ad mala q̃ ad bona, propter
corruptionem naturæ. Tanq̃ dicat. Ideo uolo bonum,
& erigo me contra me ipsum, quoniã cerno me ad ma-
la procliuem, cui procliuitati cupio resistere. [Conde-
lector enim], id est, cõsentio, & delectabiliter afficior [le-
ps.118. gi dei] volens quod præcipit, nolens quod prohibet,
2.corin.4. [secundum interiorem hominem], id est, secũdum ratio-
Ephesi.3. nis iudicium. Nam & lex naturalis legi diuinæ concor-
1.petr.3. dat, præcipue quo ad præcepta mortalia. Lex q̃ppe scri-
pta tam diuina quam humana, est quædam determina-
tio vel renouatio seu explicatio legis naturalis & com-
paratur ad eam sicut conclusio ad præmissas. Vnde præ-
cepta dicũtur esse de cõclusionibus, non de primis prin-
Mat.22. cipijs. Intentio autem præceptorum mortalium est, ho-

minem iuste ordinare quantū ad deū, & quantum ad proximum. Hęc vero pręcepta determinātur dupl'r, .s. per pręcepta cæremonialia, quę assignant speciales modos colendi deum, & per pręcepta iudicialia, quæ assignant aptum modum seruandi iusticiā inter homīes Hæc itaq; duo genera pręceptorū, nō sunt de naturali dictamine rationis, sed ex institutione vī habent, nec sunt eadē vbiq; & semper, sed variant̄ apud diuersos, secundum exigentiam personarū locorū ac temporum [Video autem aliā legē] a lege dei, cui ratio cōdelectatur [in membris meis] .i. in carne mea mortali, viciata, ac fragili, vt pote fomitem pctī, qui primo respicit carnem & membrum generationis, & ex carnis contactu deriuatur ad animam, q̄ cito corpori copulatur [repugnantē legi mentis meę] .i. legi naturali ac diuinæ, cordi meo inscriptę [& captiuantem me], id est, subijcientem ꝑ consuetudinem malam, & cōsensum [in legem peccati quę est in membris meis] .i. sibipsi existenti in corporis membris, quę vniuersa infecta sunt pronitate ad malum. Captiuat ergo lex membrorū hominē in sedū rationē pertrahit, & tenet in operib⁹ ad quę fomes inclinat. Lex autē dicitur a ligādo, vel a legitimalatiōe. Quoniā ergo fomes hominem in malo ligat, recte lex dicitur. Et etiā quia legitime factū est, vt caro repugnaret spūs, quando spūs inobediens extitit creatori. Homo enim in paradiso ante peccatum existens, sic condit⁹ fuit, vt q̄diu ipe per rōnem esset subditus deo, sensualitas subdita esset rōni, & caro spiritui, ita vt nec lāguor esset in anima, nec inordinata cōcupiscentia aut passio in sensualitate, stante subiectione rationis sub deo, & vt homo in tali cōditione faciliter posset ꝑsistere, data & cōcreata erat ei originalis iusticia, quę erat rectitudo seu retinaculū quoddā habituale tenēs rōnē sub deo, sēsualitatē sub rōne, & carnē sub aīa. Vñ rōne ꝑ īobediētiā a deo auersa mox orta est rebellio sēsualitatis & carnis aduers⁹ spm̄. Et dispō ad hāc rebellionē īclinās, vocat̄ fomes pctī, lexq; mēbrorū. p̄terea ex cōsideratiōe

Mat.22.
Lucæ.10
1.Reg.30.
p̄s.118.
Supra.2.
Gala 5.
p̄s.4.
2.cor.1.
2.Thes.2.
Geñ.9.
p̄s.56.
Esa.51.
Geñ.3.



Prou.14. miseriæ, cui subiect⁹ est hō, exclamat apostolus [Infœlix
ps.37. ego hō] priuatus fœlicitate originalis iusticiæ, multisq;
ps.14. corruptionib⁹ & vicijs plenus [quis me librabit de cor
Sapien.9. pore mortis hui⁹?].i. de corpe isto mortali, q̄d obligat
ad mortem naturę, iclinat ad mortem culpę, exponitq;
piculis mortis æternę, quatenus anima mea huic vitæ
subtracta, ad patriā redeat, & deo libere fruat, secure-
q; viuat. Et resp̄ō det. [Gratia dei] trinitatis [per Iesum
Christū dominū nostrum] per quem gratia dei nobis in
Iohan.1. fundit ac p̄rēstat. Hanc ergo liberationē desiderabilem
animę a corpe facit deus effectiue, grā dei formaliter,
Christus hō meritorie. Sed cum alibi dicat apostolus.
2.cor.3. Nolumus expoliari sed supuestiri, & nemo carnē suā
Ephe.5. vnquam odio habuit, quomō nunc cupit liberari a cor-
pore? Et respondendū, q; liberatio ista itelligi potest du
pliciter. Primo p̄ sep̄ arationē anime a corpore, sicque
apostol⁹ & alij sancti optauerunt a corpore liberari, p̄
Philip.1. mortē temporalem desiderio Christi ac patrię, sicut in
ps.14.1. fra habet. Cupio dissolui & esse cū Christo. Pro hac
ps.119. q̄q; liberatiōe orauit psalmista. Educ iquiēs de custodia
ps.41. animā meam ad cōfitēdum nomini tuo. Et iterū. Heu
mihi quia icolat⁹ meus, plongatus est. Et: Quando ve-
niam, & apparebo ante conspectū dei. Secūdo itelligi
potest p̄ separationē corporis a mortalitate, ceteriſque
afflictionibus & miserijs & peccatis. Sic aūt optāt ele-
cti liberari a corpe mortis ī die iudicij, scilicet vt resur-
gant in corpe glorificato, non passibili & misero. Tūc
1.Thess.4. enim liberabuntur corpora sanctorum ab omnibus ma
Infra.8. lis prædictis. Vnde apostolus nō ait simpliciter, de cor
Gala.4. pore, sed, de corpore mortis, & ita nolumus finaliter
expoliari, sed ad tempus, quatenus in resurrectione fu
tura superuestiamur impassibili corpore, quod erit or-
1.cor.15. namentum, non onus. Ex dictis concludit apostolus.
[Igitur ego ipse mente] .i. secundum rationem [sero-
Gala.5. uio legi dei, carne autem].i. secundū carnis & fomitis
Mat.26. inclinationem seruio [legi peccati] quæ est in mem-
bris. Si in sup̄ius persona hoc dicit apostolus referen-

dum est ad peccata venialia ac minutissima, quibus forte interdum nō caruit ad statū quem habebat sub lege Molayca. Seruire autem legi peccati, est inclinationib⁹ fomitis consentire. Ioan.1.

¶Explanatio cap. octaui. Nihil ergo nunc damnationis est &c. ¶Art. XI.

Eclarata in precedenti capitulo cessatiōe legis Mosayce, iam docet Christo, & euangelicę legi iugiter inhęrendū, & ait [Nihil ergo nunc] scilicet tempore gr̄ę [damnationis] .i. obligationis ad pœnā gehenę [est his qui sunt in Christo Iesu] per fidē & charitatē, quibus ipse loquitur. Manete in me, & ego in vobis [qui non secundum carnē ambulāt .i. carnis desider̄is nō acquiescūt, neque carnaliter viuunt, sed carnē cū vic̄is & cōcupiscēt̄is crucifigūt. In fonte nā q̄ baptismatis, dimissa sunt eis p̄cā vniuersa. Si autē postea nō peccauerūt manendo in Christo, p̄ferunt fructū multum, & ita non tantū pro vic̄is satisfaciunt, sed insuper gloriā ampliorē merent. [Lex em̄ spūs vitę] .i. lex euangelica, quę nominat lex spūs, quia a spū sancto est data, Christianorū q̄ cordibus ab ipso impressa. Dicitur quo q̄ lex vitę, quoniā mentē viuificat, per gratiā quā sacramenta nouæ legis distribuunt [in Christo Iesu] .i. per christum [Liberauit me a lege p̄cti & mortis] .i. a cōsensu, cōsuetudine, & actu culpæ, ac pœne pro culpa infligendę. Potest quo q̄ per legem p̄cti, lex scripta intelligi, eo q̄ ex occasione auxerit culpā ac pœnā, quemadmodū in superioribus vbertim expositū est. Proide declarat Ap̄s quomodo lex Christi quę est lex spūs vitę, liberet a lege p̄cti & mortis. [Nā quod impossibile erat legi] scriptę & sacramentis ip̄is⁹ nō continentibus nec cōferentibus gratiā [in quo infirmabatur] .i, in qua impossibilitate atq; inefficatia infirma, & ad saluandū ipotens erat lex ipsa [Per carnē] .i. p̄ obseruantias & iustificationes carnales quę non purificant animā. Sacramenta enim legalia, corporaliter tm̄ mundabant quasdas inhabilitates seu irregularitates

EPISTO.

Iob.34.
Gal.3.
Ioan.15

2.cor.10.
Gala.3.
Marc.1.
Io.12.15.
Hie.31.
Io.6.
Ezech.1.

1.Io.3.
Io.8.
Ezech.37.
Io.20.

Gala.2.

Mat.26.
Sup.6.

Heb.6.

ab exteriori inductas, & ab ingressu templi, atq; similibus impedientes, tollendo. Vel, per carnē. i. per fomitē carnis, quam lex occasionaliter incitauit non directe diminuit [deus pater [filium suū mittens] in mundū, per incarnationis mysterium, nō per localē descensum [in similitudinem carnis peccati]. i. in corpore mortali atq; passibili, quod licet fuerit veraciter veraq; caro, non tū veraciter erat caro peccati, sed similitudinaria. Per pœnas eīn quas p̄tulit, similis erat carni peccatrici. Venit itaq; Christus in veritate carnis, non autem in veritate carnis peccati, sed in similitudine eius [& de pctō damnauit peccatū]. i. pater mittens sic filium damnauit. i. deleuit, destruxit dimisit peccatū tā originale quā actuale de peccato. i. per peccatū factum [in carne] christi, non a Christo, sed a diabolo eiusq; ministris qui christū occiderūt. Per hoc eīn q̄ christus iniuste occisus est suggerēte diabolo, amisit diabolus ius q̄d habebat in nobis, & ita mors christo inique illata omne peccatū deleuit. Vel dānauit peccatum, actuale, nascens de peccato. i. fomite peccati. Vel, peccatū de peccato. i fomitē peccati, p̄ peccātē de peccato originali Adæ. Vel sic, & melio scām Ambrosium, de peccato. i. de seipso, p̄ut factus est hostia p̄ peccato nō, dānauit. i. deleuit, peccatū, mūdi q̄d cunq;, i carne. i. in corporis sui passione. Ipse enim portauit peccata nra in corpore suo sup̄ lignum. Iuxta hūc sensū sacrificia legis p̄ peccatis oblata dicebāt peccata, scām quod de sacerdotibus veteris testamenti dns ait p̄ Oseam. Peccata populi mei comedent. Sic q̄q; aquā cū periculo vitæ allatā Dauid sanguinē appellauit, dicens. Absit a me vt sanguinē virorum istorū bibā. Hęc itaq; fecit de [vt iustificatio legis] i. in lege p̄missa, nō aūt p̄ legem exhibita. Lex eīn gratiā iustificantē popō dit, non contulit [impleretur in nobis qui in baptismo alīsque sacramentis gratiam iustificantem in lege p̄figuratam ac prænunciatam recipimus [qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum] id est, non carnaliter sed spiritualiter in huius viæ

p̄s. 2. Io. 1.

Mat. 1. Heb. 2. p̄s. 25.

Coloss. 2.

2. cor. 5.

Io. 4.

Ambrosiꝰ Heb. 9. 1. pet. 4.

Oseę. 4.

2. Reg. 23. Inf. 9. Heb. 7.

Timo. 3. Actu. 15, Galat. 3.

exilio couersamur, tendentes ac properantes ad patriã
per opera virtuosa. De hac legis promissione aiebat a- Heb.11.
postolus loquẽs Iudæis. Et nos annunciamus vobis eã Actu.13
quę ad patres nostros facta est repromissio, q̃niã hanc
deus impleuit filĩs vestris. Hinc etiã Petrus in sua Ca
nonica. De qua salute exquisierunt atq; scrutati sũt p- 1.Pet.1.
phetę, qui de futura an vobis gratia ꝓphetauerunt, qui
bus reuelatum est quia non sibĩ ꝓpĩs, vobis autẽ mini- Gene.49.
strauerunt ea, quæ nunc nũciata sũt vobis. ¶ Pro intel-
lectu loci hui9 intricati atq; difficilis aduertendũ, q̃ ne
mo vnq̃ saluatus est, nisi p fidẽ & gratiã Christi. Ipse Ephe.1.
em̃ est caput omnium electorũ, membra autẽ necesse Col.1.2.
est capiti couiri, vt vitã participẽt. Propter q̃d Petr9 Actu.4.
disserebat. Nec em̃ nomen aliud sub cœlo datũ est ho-
minibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Passio nanq;
Christi hoc fecit futura quod fecit impleta. Porro hæc
salus aliter applicaẽ hoĩbus post Christi passionẽ, & ali Heb.11.
ter ante. Tunc em̃ applicabaẽ per fidem formatã, nũc
vero applicatur etiã per sacramenta gratię cõtentiua,
& effectiua causatiua. Potest autem aliquid mouere vel
agere, antequã sit in effectu, videlicet secundũ q̃d est
in apprehensione animæ, & dispositione causę efficien
tis, quẽadmodum finis mouet agentẽ. Ad hoc autẽ q̃
aliquid agat & moueat in gñe causę efficientis, oportet
vt sit & effectũ p̃cedat, eo q̃ causa effectiua nõ sit suo
effectu posterior. Sacramenta ergo veteris legis & fi- Heb.1.
des Christi venturi habere nõ poterant quemlibet effe
ctũ dñicę passionis, quẽnunc habent sacra ac fides euã
gelicę legis, q̃ opanẽ virtute passiõis dñicę iã ꝑpletę. Et 1.cor.15.
ideo gr̃am opanẽ, & a reatu originalis pc̃i absoluunt, 2.Tim.1.
q̃rũ nullũ sacra legis facere poterãt. Vñ oẽs pr̃es pro Heb.2.
tũc descẽderũt in limbũ ĩferni. Nã licet p fidẽ & gr̃am 1.pet.3.
dei ꝑtute passiõis Chr̃i, & merito ei9 futuro absoluerẽ Oseę.13.
tur a pœna, & culpa actualiũ pc̃õrũ nõ tñ a reatu ori actu.2.
ginalis pc̃i. Ex q̃ ĩnotescit, q̃ passio Chr̃i forti9 agit ĩ- philip.2.
pleta, q̃ egit ĩpl̃eda. Quẽadmodum em̃ sacra nouæ le-
gis, sunt causæ instrumentales nostrę salutis & gratiæ

quoniam agunt virtute & merito passionis dominicę, sunt q̄ vasa medicinalia spiritaliū vnguētorū cōtētiua animarum lāguores curantia, sic humanitas seu passio
1.pet.2. Christi, est causa instrumentalis, effectiua, & meritoria
Heb.13. nostrę salutis & gratię. Vtrunq̄ vero est instrumētum
coloſ.1. diuinitatis Christi. Diuinitas nāq̄ est causa efficiēs principalis, quę agit per humanitatē assumptam, sicut per instrumentum coniunctū. Per sacramēta vero, sicut per instrumēta separata, quēadmodum medicus est causa sanitatis efficiens principalis. Manus autē est sicut causa īstrumentalis cōiuncta, ignis vero quo medicina paratur, est causa instrumētalis separata. Causa autē instrumētalis cum est in effectu, vel cū causa eius principalis
Gala.4. iam est, fortius operatur q̄ ante. Hinc ergo ait Apostolus, q̄ deus misit filiū suū de peccato dānans peccatū,
Hier.2. vt iustificatio legis impleret in nobis, quod impossibile
Gala.2. erat legi, iustificare nō valenti, in quo lex infirmabatur seu debilis erat. Et hoc modo cōstruenda est litera. Qđ
Ro.16. autem iustifica tio legis nō nisi in spiritualibus impleat hominibus, liquet. [Qui enim secundum carnem sunt] .i. qui carnaliter viuūt, qui vtiq̄ attendunt seipsos secū dum esse suum carnale ac sensitiuum, non secundum esse spirituale ac intellectiuū, [quę carnis sūt sapiunt] .i.
Mat.16. carnalia gustāt, sensibilia ac temporalia cōsensualitatis
Sapien.1. sapore attendūt. [Qui vero secundū spiritū] .i. spūaliter conuersantes, & esse suum supremū, in quo trinitatis imago relucet, pensantes [quę sūt spiritus sentiunt] .i
Gala.5. spiritualia atq̄ diuina saporose intelligūt, delectabiliter pensāt, solicite implent, in talibus iugiter occupantur.
Gala.vlti. [Nā prudentia carnis] .i. carnalis ac sæcularis prudētia [mors est] .i. mortale pctm̄, inferens mortē culpę i via mortē q̄ pœne in gehenna. D̄ autem prudentia carnis hoc loco, per quā homo sibi in bonis carnalibus ac mū danis sinē constituit, & ad talis finis adeptionē opa sua caute disponit. Hęc prudentia, nō est vera prudētia sed
Deut.22. appellat prudentia propter apparentē similitudinem,
Baruch.3. quam habet cum vera prudentia. Vnde sit saluator. Fi-

lij huius sæculi prudentiores filijs lucis in generatione Luc.16.
sua sunt. Et Iacobus. Nõ est ista sapiẽtia (.i.prudentia) Iaco.3.
a deo sed terrena animalis & diabolica [Prudẽtia autẽ
spũs].i.vera ac spiritualis prudentia quę opa hominis
cõuenienter disponit in ordine ad vltimum finem, est
[vita & pax].i.causa vitę & pacis, in p̃senti inchoatiue FINIS
& in futuro perfecte. Nunc em̃ efficit in nobis vitã pa
cẽq; gratię, in patria vero meret̃ (vel potius adipiscit̃) Gal.vlti.
pacem & vitã glorię. Nõ distinguit Apl's iã inter pru- p̃s.118.
dentiã & sapientiã. Proprie enim ad sapientiam spe- p̃s.83.
ctat spũalia sapere. De hac ergo spirituali prudentia, in
telligendum est illud Iacobi. Quę de sursũ est sapiẽtia Iaco.3.
primũ quidem pudica est, deĩde pacifica, modesta sua-
sibilis, bonis cõsentiens. Sciendũ quoq; ꝙ pax directe
ac proprie, est charitatis effect⁹, iuxta illud in psalmo p̃s.11.
Pax multa diligentibus legẽ tuam. Est etiã pax effect⁹
iusticię, tanq̃ remouentis impedimenta pacis. Propter Esaię.32.
qđ per Esaiam dicitur, Erit opus iusticię pax. Nũc ve
ro dr̃ pax esse effectus prudentię, tanq̃ dirigentis affe- Luc.1.
ctus nostros in viã pacis. [Quoniã sapientia carnis in 1.cor.3.
imica est deo].i.diuinæ voluntati atque sapientiæ veræ
contraria. Ecce nunc loco prudentiæ ponit sapientiam
Ex quo certum est, ꝙ inter sapientiam & prudentiam
non distinguit. [Legi em̃ dei non est subiecta] sapiẽtia
ista carnalis mundana ac vana, quia nec credit nec agit
quę lex diuina tradit esse credẽda siue agẽda. Propter
qđ ait saluator: Cõfiteor tibi pater quia abscõdisti hæc Lucæ.10.
a sapientib⁹ & prudẽtib⁹, & reuelasti ea ꝑuulis. Et Hie Hiere.4.
remias. Sapiẽtes sũt vt faciãt mala, bene autẽ facere ne-
scierũt [Nec eĩ põt] diuinę legi eẽ subiecta sapiẽtia ista
Vnum naq; oppositorũ nõ subijcitur alteri, sed repu-
gnat. Lex autẽ diuina docet vltimum finem esse consti- Eccle.vlti.
tuendũ in deo. Hęc vero in bonis carnalibus. [Qui em̃
in carne sunt].i.carnaliter viuunt, atq; in sensibilib⁹ bo
nis finaliter sistũt [deo placere nõ possũt] inq̃tũ huius- p̃s.146.
modi. Possũt tñ cõuerti, & deo recõciliari. Huic dicto
cõsonat illđ Saluatoris. Nemo põt duob⁹ dñis seruire Mãt.6.

1.cor.6. [Vos aũt]o veraciter Christi fideles [ĩ carne nõ estis] .i. in rebus ac vicijs carnis non detinemini, sed spiritua
Phi.3. lia atq; diuina exquiritis cõuersationẽ habẽtes in cœlis
1.cor.3. [sed in spũ].i. in spiritu sancto estis, p̃ charitatẽ & gra
Io.5. tia, & ꝓpter spiritualẽ regenerationẽ, qua estis ex aqua
& spiritu sancto renati. Vel, estis in spiritu vestro. i. secũ
Esaię.46. dum rationis iudicium viuitis, iuxta quod scriptũ est.
Redite præuaricatores ad cor, [si tñ spũs dei].i. spirit9
sanct9, [habitat].i. manet [ĩ vobis] p̃ gratia gratũ facẽ
tem, quẽadmodũ Io.14. loquitur Christ9. Ego rogabo
Io.4. patrẽ, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vo
biscum ĩnternum. Rursusq; ait. Spũs sanctus apd vos
manebit, & in vobis erit. [Si quis autẽ spiritũ Chri nõ
habet].i. cuius anima non habitatur a spũ sancto, qui' ẽ
spũs Christi, quia ab ipso procedit, ab eoquæ datur ac
Io.16. mittit̃, sicut Io.14. protestat̃. Cũ venerit paraclet9, quẽ
Io.20. ego mittam vobis a patre. Et iterũ. Ille de meo accipiet
Et ad hoc designandum, insufflauit in discipulos suos,
& dixit. Accipite spiritum sanctum. Quis autem habet
Esa.66. spiritum istum, nisi quietus & humilis, simplex & iust9
Scriptũ est enim. Super quem requieſcet spiritus meus,
Sapien.1. nisi super quietum & humilẽ? Et iterum. Spiritus san
ctus disciplinę effugiet fictũ, & auferet se a cogitationi
bus, quę sunt sine intellectu. [Hic non est eius].i. ad mẽ
bra Christi nõ p̃tinet secundũ p̃sentẽ iustificã & meri
to quamuis interdũ pertineat, secundum p̃destinatio
Actu.8. nẽ ęternã ac numero, sicut & Paulus cũ stephanũ lapi
dauit. ¶ Cõsequenter pandit Apl's qd vtilitatis conse
quant̃ fideles ex inhabitatione spũs sancti. [si autẽ Chri
stus in vobis est] per fidem & charitatẽ (sicut inferius le
Ephe.3. gitur) Christm per fidẽ habitare in cordibus vestris. Et sal
Genesis .2. uator ipse Mat. vlt. Ego, inquit, vobiscum sum cunctis
2.Reg.14. diebus [corpus quidẽ mortuum est ꝓpter peccatum].i.
Ephe.4. caro vra mortalis ac fragilis necessitati moriendi subie
Gala.2. cta est propter originale peccatum [spiritus vero].i.
Sup.1. anima vestra [viuit] per gratiam [ꝓpter iustificatio
nem] sibi a Christo collatam. i. per hoc q̃ peccata ei di

missa sunt, quę spiritum vulnerabant. Vel propter iu-
stificationē. i. per iusticię exercitationem. Bona operatio
vita est animæ. Hinc ait saluator. Ego veni, vt vitā ha Io.10.
beant, & abundantius habeant. [Quod si spiritus eius]. i
spirit⁹ dei patris [qui suscitauit Ieū Christū a mortuis ps.40.
habitat in vobis] perseueranter vsq; in finē vitę pntis, Act.3.
ita vt in gratia decedatis, [qui suscitauit Ieū Christum Mat.10.
a mortuis]. s. deus pater [Viuificabit]. i. ad immortalē
vitam resuscitabit [mortalia corpora vestra] in die no- Osęc.6.
uissimo, sicut Iob apertissime pfitetur. Credo q̄ redē Iob.19.
ptor viuit, & in nouissimo die de terra surrectur⁹ sim,
& rursum circundabor pelle mea. Per Esaiā quoq; do
minus asserit. Viuent mortui mei, interfectique mei re Es.26.
surgent, [Propter inhabitantem spiritū eius in vobis] i. Eze.37.
virtute & gratia spiritus sancti. Vel propter benignita- 1.cor.6.
tem qua facit spiritum sanctū habitare in mentibus ve-
stris. Vel propter meritū quod cōsecuti estis exinhabi-
tatione & gratia spiritus sancti, immo propter vtrūq;
istorum simul, videlicet propter misericordiam dei, & ps,110.
opera vestra bona suscitabunt corpora vestra ad beatā Prou.6
ac impassibilem vitam. Ex prędictis infert Apostolus Ap.14.30.
q̄ fideles obtemperare tenentur rationi nō sensualita- Ti.3.
ti, spiritui non carni [Ergo] o [fratres debitores sumus Epistо.
non carni vt secundum carnē viuamus]. i. quis aliquo Gal.
modo obligemur carni, videlicet vt ei necessaria mini- 1.Ti.6.
stremus in victu atq; vestitu, non tamen sic ei obligati Gal.5.
sumus vt eius cōcupiscētijs acquiescamus, carnaliterq; Col.3.
viuamus. [Si enim scdm carnem vixeritis, moriemini 2.pet.1.
morte culpę in hoc seculo & morte ppetua in inferno 1.Ti.5.
[Si aūt spū]. i. gratia spiritus sancti. Vel, spū. i. rōnis ve ps.43.
stre iudicio [facta]. i. opera [carnis mortificaueritis]. i. 1.pet.3.
destruxeritis & abiceritis tanq venena quēadmodū i Eccle. xxi.
Ecclesiastico precipit. Quasi a facie colubri fuge pctm ps.83.
[Viuetis] vita charitatis & gr̄e i ecclesia militante, vita 2.cor.4.
q̄q fruitiōis & gr̄e i ecclesia triūphāte. Huic documē 2.Ti.2.3
to naturalis cōsonat ratio. Media nāq; disponēda sunt Tim.29.
scdm exigētiā finis. Cū ergo caro sit aię instru. ordinē 1.pet.2.

ad spm̄ sicut ad finem, regenda est secundū exigentiam animę seu spiritus, scilicet vt animæ seruiat, rationi obediat, illisq; actibus occupetur per quę spiritus tēdit & redit ad creatorem. Qui autem scd̄m carnem conuersatur, peruertit hunc ordinem, dominā ancillę subijciens finem medio postponens, & seipsum bestijs viliorem ac deteriorem constituens. [Quicunq; em̄ spū dei agūtur]. i. a spū sancto regunt̄, eius instinctu ducuntur, ei⁹ feruore impelluntur ad bona [hi filij sunt dei] per gratiā adoptantem, ac filialem amorem. Vñ in Canonica Ioannis scribit̄. Videte qualem charitatē dedit nobis de⁹ pater, vt filij dei nominemur & simus. Quēadmodū autem de⁹ omnipotens mouet cęteras creaturas ad proprias operatiōes, naturalēq; finem ꝑ quendā vniuersalem influxum seu generalem gubernationem secūdū quod Proculus author libri de causis affirmat. Causa prima regit res oēs pręterquam qd̄ cōmisceat̄ eis, Sic rationalem creaturā mouet ad finē supernaturalē ꝑ specialē gubernationem ac inspirationem, q̄ prouidētia appellat̄. Electos vero singulariter mouet ac regit, prouidēs eis non solū sufficienter, sed etiā efficaciter de oībus necessarijs ad salutem ita vt gratiā dei suscipiant, eiusq; inspirationi acquiescant. Iccirco dicuntur poti⁹ agi q̄ regi vel moueri a spū sancto, vt magnitudo gr̄æ insinuet̄. Ad actum em̄ meritoriū nō solū exigit̄ gr̄a habitualis, sed insuꝑ necessaria est quędā actualis motio spūs sancti voluntatē excitantis. Propter quod propheta dicebat. Domine oīa opa nostra operat⁹ es in nobis. Porro cū motio ista siue influxus, actio & instinct⁹ spūs sancti sit penitus supernaturalis, indiget aīa supernaturalibus qbusdā habitib⁹, per q̄s aptetur ac disponat̄ ad hui⁹ motionis facilē susceptionem. Hi vero habitus, sunt septē dona spūs sancti, quę sunt dispositiōes habituales ac supernaturales a deo immediate ꝑ creationem infusæ, quibus redditur anima faciliter mobilis a spiritu sancto in ordine ad supernaturalem finem, quæ est vita æterna. Hæc dona a virtutibus realiter distin-

Eccl. 12.
Ps. 48.
Tmo. 1.
psalm. 142.
Esaiæ. 59.
Lucę. 4.
Io. 1.
1. Io. 3.
Ma. & 6.
Actu. 16.
Esa. 26.
Esa. 11.
Eccl. 17
Sapien. 6.

guunt̄, easq; in dignitate exced ūt, theologicis demptis psalm. 84.
ꝟtutibus. Per hæc dona dirigit̄ anima a spiritu sancto, psal.142.
ita vt audiat eū sicut magistrū. Vñ ait psalmi. Spūs tuꝰ
bonꝰ deducent me ī terrā rectā. Qui itaq; sic agūt̄ spū
dei hi sunt filij dei, Quicunq; aūt in gr̄a est habet hęc do
na scd̄m aliquē gradum, & agitur a spiritu sancto quā-
tum requirit status salutis, videlicet ad obseruātiam prę
ceptorū. Deinde ponit̄ ratio cur morituri simus, si secū 1.cor.12.
dū carnē vixerimus. [Non em̄ accepistis spm̄ seruitutis Io.15.
iterū in timore]. i. iam tempore gratię, non est vobis da- psalm.110.
tus spiritus, q̄ seruiatis deo seruiliter quasi inuite videli pro.1.
cet timorē pœnarū, vt olim tempore legis quæ cōmi- Eccl.1.
natione pœnarū induxit homines ad seruiendū [sed acce 1.Ioānis.4.
pistis spiritū adoptionis filiorū dei]. i. spiritū cuiꝰ gr̄a Deut.17.
hoīes adoptāt̄ in filios dei [in q̄ clamamus] ore vel cor- Hebræ.10.
de, [abba, pater]. Duo sūt nomina, vnū hebræū alterū Io.1.
latinū significantia idē, Et est sensus. In hoc spū vocamꝰ Gala.4.
ex charitate tanquam filij adoptiui deum patrem fidu
cialiter atquæ affectuose dicentes. Pater noster qui es Mat.6,.
in cœlis. Glosa per spiritum seruitutis intelligit spi-
ritum sanctum a quo cordibus Iudeorum incussus est Exod.14.
timor pœnarū, quo seruiliter seruierūt. Nā & timor ser Deut.4.5.
uilis in quantum est timor, a spiritu sancto est. Sic e- 6.17.
nim retrahit a peccato & disponit ad gratiam. Quan Tob·4.
tum vero ad seruilitatem suam, nec bonus est nequæ Prouer.3.
a spiritu sancto. Dicitur ergo spiritus sanctus, spiritus
seruitutis ratione sui effectus, quia facit seruire, quan- Exod.19.
tum ad hoc, receperunt qui eius dono gratis dato, ser-
uierunt timore pœnarum. Per spiritum vero adoptio-
nis intelligit glosa eundem spiritum sanctum per gra- Hebr.12.
tiam adoptantem. Vnde Augustinus. Caue, inquit, ne Augustinꝰ
ex eo quod ait spiritum seruitutis, & spiritū adoptio- 1.co.12.
nis diuersum intelligas spiritum, cum sit vnus atq; idē
spiritus, qui in trinitate dicitur spiritus sanctus. Quod
etiam apostolus ostendit dicens, iterū, sed ꝓpter diuer
sa opera dissimiliter nominatur. Huic dicto cōcordat
q̄d de spiritu subdit̄. [Ipse enim spiritus testimonium

reddit spiritui nostro quod sumus filij dei. ¶ Quod certum est dici de spiritu sancto, videturq; dictum de eodē spiritu, de quo nunc agitur. Quidā vero per spiritū intelligūt donum spiritus sancti, vt spiritus adoptionis dicatur donum filialis timoris, qui nos efficit filios dei. Spiritus vero seruitutis intelligat donum timoris seruilis, videlicet ipse timor seruilis. Hęc em secundū Augustinum est breuis differentia legis & Euangelij, timor & amor. Lex vetus appellata est lex timoris, quoniam cōmunicatione pœnarum induxit ad bonum, nec prestitit gratiā obediendi per charitatē. Porro lex euangelica, est lex amoris. Agit enim (gratiā conferendo) seruire deo amore iusticiæ. Non est autē sic intelligendū quin multi in veteri testamēto acceperunt spiritum adoptionis filiorum dei. Omnes enim electi habuerūt hūc spiritum, sed non ex lege, neq; per legē, magis autē ex deo per fidem, qua crediderunt in Christum venturū ad cuius gratiā confugerunt, legis insufficientiam cognoscētes, propriāq; infirmitatē pensantes. Videtur quoq; p spiritū hoc loco posse intelligi spūs rationalis creatus, videlicet anima nostra. Quāuis autem quilibet nostrum acceperit hunc spiritum suū, qñ creata corporiq; infusa est anima sua, dicimur tamen spiritum istum recipere vel amittere, qñ aliqua noua dispositio ei confertur vel aufertur, quemadmodū aliquis dicit cōcipere spiritum deuotum, vel perdere animā feruētem iuxta quē sensum dñs ait. Eze. 36. Auferā cor lapideū de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Qui ergo sub lege seruierunt timore, accepisse dicuntur spiritū seruitutis. i. animam seruientem in timore. Qui vero sub gra seruiunt charitate, accipiunt spiritum adoptionis, id est animam habentem gratiam adoptionis in quo spiritu clamant corde deuoto, Abba pater. Huic vero consonat quod alibi ait apls. 2. Timoth. 1. Non dedit nobis deus spiritum timoris sed virtutis & dilectiōis. Quod autē in spiritu sctō clamamus. Abba pater, & deum vere patrem vocemus hinc constat. ¶ Ipse enim spiritus

Ioannis. 1.

2. Timo. 1.
1. Ioan. 4.
1. Petri. 2.
Deut. 3.
Mat. 22.
Lucæ. 7.
Ioannis. 15
Eccle. 44.
Hebræo. 11

Ephe. 2.
Hebræ. 7

Genesis. 1.
Sap. 7.
Psalm. 103.
ps. 50.
ps. 142
Exod. 18
Heb. 2

Matt. 6
Gal. 4

sanctꝰ testimonium perhibet spiritui nostro,].i. testificatur aīę nostrę, eamq; cognoscere facit per ispirationem internam, vel reuelationem apertā, qđsimꝰ filij dei adoptiui, stando in charitate et gratia. Testificatio ista multis modis intelligi potest. Primo, per manifestam & claram reuelationem spiritus sancti, siue fiat immediate ab ipso, siue per angelum, sicque agnoscit homo per certitudinem se esse in gratia & filiatione diuina, sicut Paulus & ceteri apostoli, immo & multi perfecti ita sciuerunt se esse in gratia. Ad quos maxime pertinet quod infra dicit apostolus. Nos non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ a deo donata sunt nobis. Hoc modo agnouit Abrahā se esse filium dei, cum ei dominus promisit. quod decederet in senectute bona. Ezechias quoq; certissime dixit. Memento domine quo modo ambulauerim coram te in veritate & īcorde perfecto. Secundo fit testificatio ista per quandam bonę fiducię consolatoriam infusionem, vt cum homo nimium anxiatur an placeat deo, et subito sentit se consolari & quasi certificari. Sic aūt omnes ꝟtuosi & boni scire possunt, se eē filios dei, nō quidem certo, sed coniecturaliter & probabiliter. Tertio fit per proprię conuersationis & conscientię diligentē discussionem. vt cum homo nō habet remorsum mortalis peccati, & cum debita diligentia custodit mandata, auditq; verba dei libenter. Ista sunt ꝓbabilia signa filiationis diuinę immo & prædestinationis secundum quod ait saluator Iohan. 8. Qui ex deo est, verbū dei audit. Et Iohānes in sua canonica. Si cor nostrum non rep̄henderit nos fiduciam habemus ad deum. Et rursus. Qui seruat verbum Christi, vere in hoc charitas dei ꝑfecta est. Denique sicut vita naturæ cognoscitur ex vitalibus actibus, ac naturalibus motibus animæ, sic vita gratiæ, ex bonis operibus, seu mandatorum custodia comprobatur, quia vt Gregorius ait: Exhibitio operis, probatio est charitatis. Cum ergo spiritus sanctus facit nos bene agere, atque in DEI

1. Cor. 15
2. Cor. 12
1. Cor.
Gen. 15
Esa. 38
4. Reg. 20
p̄s. 76
Esai. 51
2. Cor. 1
1. Iohan. 5.
Eccl. 9
p̄s. 118
Lucæ. 11.
Ioh. 8.
1. Ioh. 3
1. Ioh. 2
4. Reg. 4
Iob. 14
Ia. 2.
Esa. 59

Esa.59. obsequio promptos & agiles esse, tunc vtiq; testimo-
Eccle.9. niū perhibet spiritui nostro, q; filij dei sim9. Huic ergo
dicto Apli nō repugnat qđ scriptū est. Sūt iusti atq; sa-
pientes, & opera eorū in manu dei sunt, & tñ nescit hō
vtrum amore an odio dignus sit, sed omnia in futu-
rū seruanē incerta. Et quod ait beatus Iob. Si venerit ad
Iob.9, me, non videbo eū, & si recesserit a me nō intelligam.
Iob.ibidē. Item q;. Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit aīa mea.
Hæc enim atq; similia ideo asseruntur, quia de lege cō-
muni & humano processu seu via, non potest homoa-
gnoscere per certitudinē se esse filium dei p gratię ado-
ptionem. Postremo melius atq; facili9 potest quis scire
2.Timo.4. se esse in gra & esse filiū dei scđm p̄sentem iusticiam,
2.petri.1. quam esse prędestinatū vel in gratia permansurū. Vñ
1.petri.1. hoc certo agnosci non pōt, nisi per reuelationē diuinā.
ps.15.16. [Si autē filñ] dei iā sum9 per gratiā adoptantem [& hę
ps.83. redes] erim9 in patria per gloriā beatificantē. Filñs em
Treno.3. adoptiuis debet aliqua pars hereditatis paternę. Erim9
Geñ.15. autem [Heredes quidē] non cuiuscunq; sed [dei] ęter
ps.26. naliter possidendo bona domini in terra viuētiū, quæ
Esa.64. oculus non vidit, nec auris audiuit, Maxime tamen ista
1.cor.2. beatorū hęreditas est ipsa diuinitas, quę est obiectalis
1.Io.3. beatitudo indiuisibilis in se, quę tota habet a singulis, a
Rom.11. nullo autē totaliter, & ita diuidit scđm quod diuersi-
ps.144. mode participatur, quę diuersitas est ex parte recipiē-
1.cor.15 tiū quorum vnus alio clarius conspicit deū. De hac hę-
ps.15. reditate ferē in psal. Dominus pars hęreditatis meæ.
ps.16. Et satiabor cum apparuerit gloria tua: Per Esaiam quo
Esaię38. q; dominus loquit: Sustollā te super altitudinē terræ,
ps.16. & citabo te hęreditate patris tui Iacob. Cæterę hęredi-
Mich.1. tates terminanē in morte. Hęc aūt a morte sumit exor-
Mat.22. diū iuxta illud. Cū dederit dilectis suis somnū, ecce hę-
FINIS. reditas dñi [cohęredes aūt Chri]. i. beatitudinis Chri
Ephe.3. cōsortes atq; pticipes erim9. Ipe est eī principalis hæ-
Heb.11. res, & nos simul cū ipso diuina beatitudinē cōsequmur
Actuū.14. Quo aūt merito, subdit [si tñ cōpatimur]. i. Chri pas-
Mat.10. sionibus cōfiguremur, baiulādo crucē nram & sequen

do vestigia ei9. Ad hūc finē [vt & simul glorificemur] .i. glorioſi efficiamur cū Chſo glorificato, quēadmodum ipſe pfitetur. Pater quos dediſti mihi volo vt vbi ſum ego & illi ſint mecū, vt videant claritatem meā. Io.17.

¶ Proſecutio expoſitionis preſentis capituli.

Articulus. XII.

HOrtatur nos inſuper ſanct9 apoſtolus vt Chriſto cōpatiamur, quatenus cōglorificemur, eo ꝙ premium incomparabiliter maius ſit merito [Exiſtimo enim] .i. agnoſco ego qui de talib9 veraciter iudico. Dicit autē, exiſtimo, non quaſi incertus aut dubitans, ſed ſobriū modum loquendi ſeruans ac edocens, ne immoderati ſimus in aſſerendo [ꝙ non ſunt cōdignę] .i. ęquales ſufficiētes, ac proportionatæ ſcām rigore iuſticię [Paſſiones] .i. perſecutiones, tentationes, labores [Huius temporis] id eſt quas in hoc breui vitę huius curriculo ſuſtinemus [ad futurā gloriam] ſcilicet vitam ęternā promerendam [quæ reuelabit in nobis] id eſt, clare & coram omnibus nobis prędeſtinatis præſtabitur. Vnde ſaluator. Cum feceritis ait, omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles factiſumus. Hęc enim gloria eſt beatifica viſio diuinę eſſentię plena mentis in deo lętitia, ſtatus omnium bonorū aggregatione perfectus, cōſummata animę & corporis glorificatio ſempiterna, ad quā promerēdam temporales paſſiones condignę non ſunt. Sed videtur cōtrarium, quia ſecundum doctores homo in charitate ſtās meretur de condigno vitam ætернā. Et reſpondendū ꝙ paſſiones ſeu opera charitatis conſiderantur dupliciter. primo ſecundū quod procedūt a libero arbitrio, vel acceptantur ab eo, ſicꝙ non merentē vitā ęternam de condigno etiā habitu charitatis adiuncto. Secūdo prout ſpūs ſanctus liberū arbitriū mouēs eſt huius pceſſionis vel acceptatiōis pricipiū, & ita eſt meritū decōdigno eo ꝙ principiū meriti eiuſdē ratiōis exiſtat cū pmio. Apls vero loquit̄ de paſſionib9 prio modo Quod autem gloria iſta nobis præſtanda ſit ꝓbat [Nā

EPISTO 2.cor.12. Eſa.34. 2,cor.4. 2.cor.11. 1.cor.7 ps.199. Sap.5. Lucæ.17. Eſa.40 Io.17. i.pet.1. Boetius. Prou.vlti. Io.3.

expectatio creaturæ].i.creatura expectãs, videlicet hõ
Matt.vlt. viator. Dicit̃ em̃ hõ oĩs creatura iuxta illud: Prędicate
ps.8. euãgeliũ omĩ creaturę. Primo ꝑpter cõionẽ, qa cũ omĩ
gñe creaturarũ ĩ aliq̃ cõuenit. Secũdo ꝓpter excellẽtiã,
Psal.39. qm̃ oĩa corꝑalia ꝑpter ip̃m creata sunt, [reuelationẽ fi
1.Iohan.3. liorũ dei expectat].i.manifestationẽ beatitudinis electo
Ti.2. rũ ĩ patria, s. suñpsi⁹ fœlicitatẽ & glorificationẽ cũ ingẽti
ps.41. desiderio p̃stolat̃, dicens q̃tidie. Quẽadmodũ deside-
rat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat ania mea ad
1.Ioannis.3 te deus. Nũc quippe filij dei sum⁹ & nõdũ apparuit qd
erim⁹. Scimus cũ apparuerit, similes ei erim⁹, qa videbi
Philip.3 m⁹ eũ sicuti est. Nũc ergo expectam⁹ hãc apparitionẽ,
q̃ten⁹ mẽte & corꝑe glorificati declaremur seu agnosca
mur esse filij dei ꝑ simitudinẽ glorię. [Vanitati em̃].i.
instabilitati, mortalitati, multisq; pœnis [creatura subie-
cta est].i.hõ quemadmodũ ait scriptura. Veruntñ vni
uersa vanitas, omnis hõ viuẽs [non volens].i.nõ spõte,
Psal.38 & quia inuite hæc patit̃. Vl̃, non volẽs.i.propter originale
143. pctm̃, ꝙ non nostra voluntate cõmissum, cuius pœnas
Eccle.1.2. cogimur tollerare [sed ꝓpter eum q subiecit eã in spe].i.
Gene.3. propter diuinã iusticiã subiectus est hõ vanitati huic. cle
Esa.28. menter tñ, quia in spe liberationis futuræ [quia & ipsa
Matth.22. creatura] videlicet hõ [liberabit̃] in futura resurrectione
1.Cor.15. [a seruitute corruptiõis[.i.corruptiõe ista seruili & cor
ꝑali, vel magis ꝓprie a seruitute corruptiõis.i.solicitu
dinib⁹ vitę p̃ntis videlicet a cura q̃rẽdi vestitũ et victũ
ac alia q̃bus hæc corruptibil̃ vita sustentat̃, eiq; seruit̃
Liberabit̃ aũt ꝑtigẽdo [ĩ libertatẽ glorię].i.ĩ dñm & se
curitatẽ fœlicitatis. Vl̃ in gl̃iosã libertatẽ [filiorũ dei].i.
Esa.32. electorũ seu beatorũ ĩ patria, q deo ꝑfecte assimilant̃ et
Psal.86. plena dilectione incessabiliter cõiũgunt̃. ¶ Hęc aũt cõ
Gal̃.4. seq̃nter declarat Apl̃s. [Scim⁹ em̃ ꝙ oĩs creatura in ge
miscit & ꝑturit vsq; adhuc]. Hoc duobus modis expo-
Tren.1. nit̃. Primo de omĩ hoĩe mortali, q dicit̃ ingemiscere su-
Psal.41. spirãdo ad patriam, & ꝓpter vitę hui⁹ angustias freq̃n
2.Cro.5. ter gemẽs & flens in hac valle lachrymarũ, et ꝑturire.i.
cum dolore oꝑari vsq; adhuc, qa a pricipio mũdi vsq;
in p̃ns tꝑs ita fecit, & vsq; ad mortẽ finẽq; sęculi dura

bit gemit⁹ iste & ꝑturitio. Scd̄o exponitur gn̄aliter de principalibus ꝑtib⁹ hui⁹ mūdi sēsibilis .s. elemētis atq; cœlestib⁹ orbib⁹, q̄ dicunt̄ ingemiscere & ꝑturire metaphorice, sicut cāpus dr̄ exultare, & pratū ridere. Vn̄ ꝑ gemitū eorū ītelligit̄ īclinatio, vel appetitus eorū ad statū ꝑfectiorē. Per ꝑturitionē aūt mutua gn̄atio & corruptio q̄tū ad elemēta, vel cōtinua circūuolutio q̄tū ad cœlestia corpa. Ex quib⁹ elicit̄ ꝙ scd̄m ītentionē apl'i corpa cœlestia & elemēta in fine sęculi glorificatis electis iudicioq; ꝑacto innouabunt̄, ita ꝙ elemētorū trāsmutatio, & cœlestiū corporū motus cessabūt, āpliori q̄q; lumīe vestient̄. Terra eī vt fert̄ in suꝑficie lucida erit vt vitrū, aqua sicut cristall⁹, aer vt cœlū, ignis vt stellę. Quātitas aūt melioratiōis cœlestiū corporū, nota est ei q datur⁹ est eā. Verūtn̄ de mensura decoratiōis solis & lunę scriptū est. Erit lux lunę sicut lux solis, & lux solis septēpl'r sicut lux septē dierū. Tūc eī tāta erit lux lunę, q̄ta nūc ē lux solis, corpa q̄q; beatorū, septies clariora erūt (vt dr̄) sole. Hoc tn̄ scd̄m beatū Thomā, nec rōne nec authoritate ꝓbat̄, q̄uis certissime verum eē sciam⁹ q̄d veritas ait. Fulgebūt iusti sicut sol ī regno pr̄is eorū. Mihi īterea sꝑ saluo meliori iudicio videt̄, ꝙ sicut pn̄s locus q̄ dicit̄. Scim⁹ ꝙ oīs creatura īgemiscit & ꝑturit, exponit̄ de p̄dictis corpibus. sic suꝑiora ab eo loco q̄ dictū ē. Nā expectatio creaturę, de eisdē possit exponi, p̄sertī cū apl's dicēdo, Expectatio creaturę reuelationē filiorū dei expectat, & ip̄a creatura liberabit̄ a seruitute corruptiōis ī libertatē gl'ę filiorū dei, manifeste videat̄ distīguere īter creaturā & filios dei adoptiōis, de qb⁹ p̄dixit, s. hoīes p̄destinatos. Erit igit̄ sens⁹, Expectatio creaturę elementalis atq; cœlestis reuelationem filiorum dei, id est, manifestam glorificationem hominum electorum expectat, scd̄m ꝙ ex diuīa ordinatione inclinat̄ ad quādā glorificationē, q̄ in fine sęculi sortitura est filijs dei reuelatis, Nō em̄ innouabūtur corpa elementaria atq; cœlestia, nisi corporib⁹ electorū gl'ificatis, vel sil' cū illis, Merito aūt expectat̄, vanitatiei, i, mutabilitati vl' trāsmutatiōi creatura p̄dicta

Prouer.9. psalm.47. prosopopeia. psalm.65. Esa.49. Ecclesia.1. Eccle.43. Esa.62. 2.pet.3. Apoc.21. Esaię.30. Thomas. Mat.13. Mat.24. Sapien.1. Eccle.2.

subiecta est nō volens .i.non ex seipsa aut ꝓpria inclinatione,loquēdo de ea ꝓut ordinata est a deo ad statū pfectum parificandum statui electorū post finale iudicium,sed ꝓpter eū qui subiecit eā in spe.i.ex ordinatione diuina subiecta est huic vanitati ꝓpter hominē,vt ei
Gen.1. deseruiat.Corpora em̄ cœlestia ꝓpter generationē in
ps.8. feriorū,maxime hominum,mouent̄,& in generationibus mixtorū elementa concurrūt.Hæc aūt subiectio facta est in spe p̄memoratę melioratiōnis seu clarificationis elemētalium atq; cœlestium, quia & ipsa creatura cœlestis & elemētalis liberabit̄ a seruitute corruptionis .i.a statu suę variabilitatis,& a trāsmutatiōe ac motu
quib⁹ corruptibilibus istis deseruit. ¶ Deiñ ait apostoHiere.1 lus[Nō solum aūt illa].i.non tantum omnis prędicta
2.cor.12. creatura ingemescit ac parturit[sed & nos ipi]apostoHeb.12. li christi,quib⁹ hoc minus conuenire videt̄,[primitias
psalm.121. spūs habētes].i.abūdātiorem gratiam spiritus sācti sor
philip.1. titi[& ipsi intra nos gemimus]cordialiter suspirātes su
Sup.5. pnā Hierusalem,cupientes dissolui,atq; a p̄sentis vitæ
psalm.16. cr̄umis transferri[adoptionem filiorū dei].i.consūmapsalm.41. tam adoptionem,seu plenā adoptionis filiationem,vi
Gala.4. delicet p̄mium electorū in patria,[expectātes]nō so
Ephesios.1 lū animæ glorificationem,sed &[redemptionem cor
Oseæ.13. poris nostri].i.liberationem corporis nostri a mortali
Iob.13. tate,pœnis atq; miserijs,quib⁹ modo vehementer affli
psal.62. git.Propter q̄d Dauid ait:Sitiuit t̄ te anima mea, q̄mul
FINIS. tipliciter tibi caro mea. ¶ Pręterea non inaniter hanc
1.petri.1. beatitudinem expectamus.[Spe em̄ salui facti sumus]
psalm.4. .i.actu spei,tanq; merito,liberati sumus a culpa,& dipsalm.16. gni effecti gloria. Actus nanq; virtutis saluat hoc mopsalm.39. do.Vel sic.Spe salui facti sumus.i.per passionem ac me
Ephe.5: ritum Christi iam beati & salui sumus in spe,quamuis
1.Timo.2. nondum beati sum⁹ in re.Iccirco certissime præstola2.Tess.4. mur felicitatem prędictam[.Spes autem].i.res spera
Ti.3. ta[quę videtur].i. iam p̄sens atq; obtenta est[non
Sapien.3. est spes].i.non cadit sub spe,nec amplius sperat̄.Quasi dicat.Spes ista non est de visibilibus & p̄sentibus bo-

nis, sed est certa expectatio futurorũ inuisibiliũ q̃ bono rum. Nã & fides (quę vtiq̃ de inuisibilib⁹ est) est sub stãtia rerũ sperandarum. Ideo additur. [Nã qđ videt quis, quid sperat?] .i. quod iam in promptu habetur, & pręsenti aliter ac visibiliter adest, non magis speratur, sed potius possidet. [Si autẽ] .i. quia [q̃ non videmus] .i. spiritualia & futura bona [speramus, per patientiã expectamus] id est, longanimiter ea pręstolamur nõ cedẽ do aduersis nec importune volentes dissolui. Vel per patientiã, id est per aduersitatũ tolerantiã expectamus hanc consolationẽ. Nã tribulatio excitat nos ad futuræ cõsolationis actualem fiduciam. ¶ Consequenter docet Apostolus, q̃ nõ humana sed diuina virtute ac ope ad prędictã fœlicitatem ꝑtingimus. [Similiter autem] .i. si cut per patientiã expectamus bona futura adiuti gratia dei, simili modo pie ac gratiose [spiritus adiuuat infirmitatem nostrã] Locus iste vsq̃ ad illud. Scimus quoniã diligẽtibus deum, dupliciter exponi potest. Primo de spũ sancto. Scđo de spũ angelico. Primo sic. Spirit⁹ sanctus adiuuat infirmitatem nostrã. i. nos ipsos infirmitatibus spũalibus plenos, illuminando intellectũ, accẽdendo affectũ [Nã quid oremus sicut oportet nescim⁹] Videtur huic contrarium. Aliqua em̃ sunt ex sua ratione honesta, virtuosa, & ad salutẽ necessaria, vt, dilectio dei & proximi, humilitas, pax, patientia. Talia autẽ scimus esse petenda a deo. Scimus quoq̃ quomõ sint petenda, videlicet, indesinenter, & in nomine Chr̃i ad gloriã dei. Deniq̃ Christus nobis præfixit quid & quomodo orare oporteat, dicens: Sic ergo orabitis. Pa noster qui es in cœlis. Aduertendũ est itaq̃ quia (vt refert Valerius) opinio Socratis fuit, non debere nos ab immortalibus dijs aliquid determinate postulare, qm̃ ipsi melius scirẽt, quam nos, quid nobis expediat. Hoc autẽ sancti doctores reprobãt, propter duo. Prĩo quia (vt tactũ est) quędã sunt per se ad salutem necessaria, honesta, & nobis pręcepta. Talia ergo debem⁹ petere determinate. Secũdo, quoniam orando aliquid deter-

Heb.9.
Heb.11.
Iaco.2.
Infra.12.
Sup.5.ca.
Ezec.3.
Mat.26.
p̃s.13.26.
Sapien.12.
p̃s.50.
Esa.42
p̃s.103.
Mat.22
Mat.11.
Esa.26.
Lucæ.21.
Hebræ.10.
Valerius.

ps.118. minate. Secundo, quoniã orando aliquid determinate,
Hiere.2. mens nostra pro illo magis accenditur, sicq; capacior
Dan.9. fit eius quod poscit. Desideriũ em̃ aperit, capaceq; facit affectũ orantis. Quędã vero sunt indifferentia, quæ possũt saluti obesse sicut ꝓ desse, vt sanitas corpis, cessatio tentatiõis, & multa eiusmodi. Talia nõ debemus determinate petere, nisi sub cõditione beneplaciti dei.
Mat.26. Quia ergo in talibus sępe decipimur, orãtes q̃ non proficiunt ad salutẽ, eo ꝙ incertę sint prouidẽtię nostrę, sicut & Paulus apls q̃ orauit stimulum carnis sibi auferri. Iccirco indigemus dirigi a spũ sancto in petitione taliũ, ne petamus saluti cõtraria, vel aliter q̃ oportet. De
Iacobi.4. his puto iã loqui Apostolũ, iuxta quem sensũ etiã scriptum est. Quis poterit cogitare quid velit de⁹, & sẽsũ tuum dñe quis sciet, nisi tu dederis sapientiã, & miseris spm̃ tuum de cœlis. Si autẽ ꝑ dicta ꝟba apli vniuer
Sapien.9. saliter dicta sũt, exponẽda erũt hoc modo. Quid oremus. i. quid decens a dño postulemus. Oratio ei est petitio decentiũ a deo sc̃dm Damascenum, sicut oportet
ps.81. cũ circũstãtiꝫ debitis [nescim⁹] ꝓpria ꝟtute, sed noua
Mat.20. illustratiõe egem⁹. Iõ subdit [sed ipe spũs] sanct⁹ [postulat ꝓ nobis]. i. postulãtes nos efficit vere salubria
Luc.9. [gemitibus inenarrabilibus]. i. suspiriꝫ tã excessiuis tã
Iob.3. ꝓ liberatione pnãs exiliꝫ, q̃ ꝓ adeptiõe cœlestis para-
Sup.5. disi, vt plene nequeãt explicari. Dr̃ aũt de⁹ aliqd age-
Esa.4. re, nõ quia ipe imediate sic agit, sed quia facit nos sic
Naum.2. agere, ꝓut legit. Dixit dñs ad filios Israel. Iã nũc de-
Esa.59. pone ornatũ tuũ, vt sciã quid faciã tibi. Abrahę quoq;
Eze.9. dicit. Nũc cognoui ꝙ timeas dñm. i. scire & cogno-
ps.6. scere faciã. [Qui aũt scrutat corda]. i. q̃libet diuina pso-
Trenorũ.i. na iteriora cordis cõspiciẽs [scit q̃d desideret spũs]. i.
Gen.22. ap ꝓbat & exaudit q̃d spũs sanctus desiderare nos facit
ps.7. Q̃d ei ex imediata spũs sancti inspiratiõe ꝑcamur, dño pla-
Hie.17. cet & exaudit ab eo, imo a spũ sctõ. Idẽ em̃ spũs orare
1.cor.2. nos facit, & orãtes exaudit [quia sc̃dm deũ postulat]. i.
Apo.2. quoniam spũs sanctus facit nos postulare quę deo sunt
ps.32. placita [pro sanctis]. i. ꝓ nobis ipis & alĩs præordina-
Prou.10.
Mat.26

tis ad vitam. Scd̄o exponit̄ sic. Spūs angelicus adiuuat infirmitatem nostrā dæmones coercendo, gr̄ę opē impetrando, & nobis fideliter tanquā pijssimus custos ac diligēs, assistendo. Nā quid orem⁹, sicut oportet nescimus, secundū sensū prętactum, sed ipse spūs angelicus postulat ꝓ nobis, orationes nostras offerēs dn̄o, sicut Thobię Raphael aiebat: Quando orabas cū lachrymis, ego obtuli orationē tuā deo. Et in Apoc. Data īquit, sūt ei incēsa multa, vt daret ea de or̄onibus sanctorū super altare aureū, q̄d est añ thronū dei, gemitibus inenarrabilibus .i. vehemētissimis q̄busdā affectibus. Gemit⁹ autē ꝓprie sūptus nō cōpetit angelo, sed metaphorice tm̄, sicut de deo legit̄. Tact⁹ dolore cordis intrinsecus &c. Qui aūt scrutat̄ corda .i. de⁹ q̄ corda scrutat̄ nō inquirēdo q̄d nescit, sed inspiciēdo q̄d nouit, scit q̄d desideret spūs angelicus ꝓ nr̄a salute, q̄a scd̄m deū postulat ꝓ sanctis. Nā cū sit deo beatifice, inseparabiliter q̄ vnit⁹, nil cupit, nisi q̄ cōplacet dn̄o. ¶ Cōsequēter oñdit apl's ꝓprietatē eorū, qui ęternā beatitudinē obtinebūt [scim⁹ autē qm̄ diligētib⁹ deū] charitate īfusa & supnaturali ac ꝑseuerāti, [o īa] tā bona q̄ mala, ꝓspera & aduersa, [cooperant̄] finaliter [in bonū] fœlicitatis ęternę, quia ꝑ hęc aliq̄ mō ꝓficiscunt̄ ad dn̄m. Bona eī .i. opa ꝟtuosa coopant̄ eis ī bonū directe, mala vero īdirecte. Nā vbi abūdauit iniquitas, abūdauit & gratia Ideo scriptū ē de viro iusto. Oīa q̄cūq̄ faciet ꝓsperabūt̄, sępe eī cōtingit, vt q̄ se graui⁹ peccasse ꝑpēdūt, eo hūilores & feruētiores reddāt̄ [his qui scd̄m ꝓpositū] volūtatis diuīę, vel scd̄m rōnē p̄destinatiōis ęternę [vocati sūt sctī] .i. deo opāte ad sctōrū ꝑtīnēt sortē, Vel, secūdū ꝓpositū .i. diuīę mētis decretū vocati sunt sctī .i. ad gr̄am sanctificātē adducti sūt, ita vt re & noīe veraciter sctī dicāt̄, gr̄amq̄ ꝑseuerātē ac finalē (q̄ solis electis p̄stat̄) adipiscāt̄. [Nā q̄s p̄sciuit] .i. ab ęterno p̄nouit ad vitā, & ꝑ ap ꝓbationē sicut ad Moysē loquitur. Scio te ex noīe [& p̄destinauit] .i. in sua ęterna dispōne p̄misit atq̄ p̄ordinauit [cōformes fieri] ꝑ gr̄am adop-

psalm. 90.
2. para. 20.
Thob. 12.
Apoca. 8.
p̄s. 88.
p̄s. 118.
Gensis. 6.
Sapien. 6.
Iudith. 13.
Psalm. 90.
p̄s. 120.
EP TO.
Sapien. 10.
psalm̄. 118.
p̄s. 15.
sup. 5.
psalm. 1.
p̄s. 118.
Ephsios. 1.
Esa. 41.
Leui. 21
Colos. 1.
Actu. 26
Mat. 10.
Hierem̄
Exon. 35
Ephe. 1.

Heb.1. tionis [imaginis filij sui]. i. filio suo naturali qui estima-
Colo.1. go patris sui, cum sit imago bonitatis paternæ, candor
1.cor.15. æternæ lucis, & speculum sine macula dei maiestatis.
Sap.7. Filiatio enim adoptiua electorū, est similitudo filiatio-
Su.eo.ca. nis naturalis diuinę. Cōformant ergo prædestinati filio
ps.109. dei cum fiunt filij adoptiui, quia per gratiam gratū fa-
cientem & cętera dona spūs sancti sortiunt quandam
supernaturalem assimilationē cū deo patre, cuius filius
Io.1. est imago. Assimilant quoq; & filio, qui est verbū, ve-
1.Io.1. ritas, & sapientia patris cū natura eorum intellectualis
Ioan.14. diuinorū cōtemplatione perficit, Potest quoq; referri
cōformatio ista ad filium scdm naturam eius assumptā
1.cor.15. Sic enim prędestinati sunt cōformes fieri imaginis filij
dei, vt sint cohæredes Christi, & sicut portauerūt ima
Apo.1. ginem terreni, sic portent imaginē cœlestis, [vt sit ipse]
filius dei [primogenitus in multis fratribus]. i. inter prę
Col.1. destinatos fideles, (qui fratres eius sunt scdm naturam
Eph.1. assumptā) primatum tenens ordinem dignitatis, tanq;
caput eorum, & ius primogenituræ possidens hæredi-
Apoc.1. tatē patris abundantius percipiendo, eamq; alijs distri-
Io.10. buēdo. Dī etiā Christus primogenitus mortuorū, qm
Io.1. propria potestate surrexit, & erat primus impassibilis
ps.24. resurgens. Porro vt vnigenitus, nō habet fratres, sic em
Sap.7. est vnicus filius, verusq; de⁹, sed vt primogenitus, fra-
Heb.2. tres habet, quorū ipse naturā assumpsit & suæ gloriæ
ps.21. ptícipes erunt. Vñ ad Hebræos habet. Nō confundit
Io.vltimo. eos fratres vocare dicens. Narrabo nomē tuū fratrib⁹
meis. Nā & in euangelio loquēs. Dilecte discipule, va
de, inquit, dic fratribus meis. Hoc autem sciendū, q̄ p̄
scientia non sumitur hic, sicut cōmuniter sumit vt dum
reprobi dicunt prę scisti videlicet prout prędestinationi
opponitur, sed, sumitur ia prout est quasi via siue pam
Sap.9. bulum ad prædestinationem. Cum enim deus nil agat
casu aut ignoranter, oportet notionem secundum ordi-
nem rationis præcedere prędestinationem. Ad insinu-
andum ergo quod deus non eligit nisi prænognitos,
Ioānis .13. ait Apostolus. Nam quos præsciuit, & prædestinauit.

¶Quę autem bona prędestinationem sequãtur ostẽdit Apostolus. [Quos autẽ prędestinauit] ab ęterno [hos & vocauit] ad statum salutis, ad fidẽ & gratiã, vel per inspirationem internam, vel per instructionẽ angelicã, vel p p̃dicationem humanam. [Et q̃s vocauit hos & iustificauit] indulgentiã conferendo, & gratiam infunden do. [Quos aũt iustificauit, hos & magnificauit] exaltan do eos in gloria. Quoſdam enim iam magnificauit hoc modo: alios magnificabit. Itaq; prędestinatio grãm p̃ parat, respicitq; gratiæ bonum finale. Vocatio gratiam offert & retrahit a malo. Iustificatio gratiam cõfert: & respicit bonum gratię inciale. Magnificatio gratiã cõ sũmat in gloria, & cõcernit futurum bonum fœlicitatis æternę. Horũ quatuor, prædestinatio est i deo, alia tria in nobis sunt. Si ergo p̃destinatus es, quãuis auertaris a deo & fugias, tamen vocaris, quãuis pecces, tũ iustifi caris, quãuis morìaris, tamen ad impassibilem vitã trãs fereris. [Quid ergo dicemus ad hęc]. i. quomodo ista satis mirari, quomodo tantã gratiã satis laudare pote rimus? [Si deus pro nobis] est nosq; defendit, sicut est pro prędestinatis [quis contra nos?]. i. quis nobis noce re valebit? Nullus vtiq;, quia omnia cooperantur no bis in bonum. Si eñ tentemur a dęmone, si insectemur a mundo, per dei gratiã omnia fiunt nobis materia me ritorũ. Immo si corpus occidat, anima p patientiã coro nat. Ideo sanctus Iob ait. Pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me. [Qui] deus pater inter alia beneficia sua nobis impensa [etiã pprio filio suo] incar nato [non pepercit] liberãdo eum a mortis angustia [sed pro nobis omnibus tradidit illum] manibus aduersario rum permisiue, electis vero dedit eum effectiue, iuxta quod scriptum est. Paruul⁹ natus est nobis, & filius da tus est nobis. Secundum beatum Thomam in tertia par te deus tradidit Christum triplici modo. Primo, quia ab ęterno prędordinauit per Christi passionem mun dum esse saluandum. Secundo, quoniam inspirauit ei voluntatem patiendi pro nobis, & ita voluit Christum

Esa.14. Esa 41. Ioan.6 Tren.5 Matt.4. Sup.cap.3. Sapiẽ.vlti. Psalm.83 Ephe.1 Psalm.144 2.Pet.1. Abbac. Psalm.113 Esa.50 Math.4 1.Ioan.8. Rom.8.b Iob.17 Math.5 1.Ioan.vlt. Esa.53. Sup. cap.4 Mat.14. Act.1 Esa.9 Thomas 3.parl.

Ephe.5 Phil 2. 1.Cor.3. Psa.33. Col.1 Mat.22 Apo.16 ps.90 ps.8 ps.85 Ioan.13

pati per modum precepti, cui filius libentissime obædiuit. Tertio permissiue vt dictum est. [Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?] per locum a maiori cõcludit ur quod quia filium suum sibi coeternum, cõsubstantialẽ & coæqualem dedit nobis: etiam cætera oĩa minora filio suo præstiteri t nobis, quantum ad salutẽ requiritur. Angelos em̃ dedit nobis in cõciues, atq; custodes, omnia corporalia subiecit fidelibus, omnẽ gratiã in presenti, omnemq; gloriã in futuro dare parat9 est, sicut & filius contesta tur: Si quid petieritis patrem i nomine meo dabit vobis, vt gaudiũ vestrum sit plenũ Omnia verba hæc diuini ap̃i affectuosissima atq; dulcissima sunt, & tota cordis intentione ac deuotione pẽsanda [Quis accusabit aduersꝰ electos dei?] Quasi dicat: Nulli9 accusatio poterit eis coram deo nocere i hora mortis, vel in die iudicij. Possunt tamen iã fraternæ accusari a proximis, & paterne corrigi a prælatis. Hic enim scriptum est, Proiectus est draco magnus, serpẽs antiquus accusator fratrũ nostrorum. Quod autem nemo poterit eos accusare patet, qm̃ [deus] est [qui iustificat] eos, Iccirco [Quis est qui condẽnet?] eos an [Christus Iesus qui mortuus est] pro eis saluandis, [immo q & resurrexit] tertia die [qui est ad dexterã dei?] residet Christꝰ secundum diuinã naturam dr̃ esse a dextris patris .i. in summo honore, & patris equalitate. Secundũ humanitatem vero est ad dexterã patris .i. in potioribꝰ bonis eius. Vnde ipse ait. Ego vici, & sedi cũpatre meo in throno eius [qui etiã interpellat pro nobis?] vt mediator dei & hominum. Scriptum est enim: Aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christum iustũ. Secundum q̃sdã Chr̃s interpellat pro nobis non voce sed miseratione, ac representatione, dum indesinenter naturã quã pro nobis assupsit: & diram mortem : quam pertulit, patris vultui offert. Vt enim ait Bernardꝰ. Mater ostendit filio pectus & vbera, filius ostendit p̃ri latus & vulnera, nec potest esse repulsa, vbi tot concurrunt amoris insignia, Veruntamen cũ ad Hebræos dicat Apostolꝰ

Eccl.46 Luc.17 2.Thess.3 Ephe.6 Apo.12 Supra.eo dem capit. 1.Cor.6 1.Pet.3. Sup.6.cap Mat.28. ps.116 Io.10. Ezech.2 Apoc.3 Io.17. Hebre.9 Haymo. Ambro. Heb.9 Bernard.

Heb.7

Christus ſempiternū habet ſacerdotium, vñ & ſaluare poteſt in perpetuum, accedens p ſemetipſum ad deum ſemper viuens ad interpellādum pro nobis, nō videt cur Chriſto vt mediatori, non competat voce iterpellare p nobis. Deniq; oratio eſt explicatio deſideriꝝ, & interpres ac nuntia voluntatis. Secundū Auguſtinū quo q; illud licet orare, q̄d licet deſiderare. Cū ergo Chr̄s noſtram ſalutem deſideret, & ob id patri latus ac vulnera repræſētet, vt noſtri miſereatur, cur nō voce explicet hāc voluntatem pro nobis orando? Et cum ipſe magis cupiat nr̄am ſalutē q̄ aliquis beatorū, cur nō oraſſet vocaliter, eo modo quo virgo Maria, vel cæteri ſancti? Si autem ideo dicatur non orare vocaliter, quia non eſt opportuna in patria vocalis oratio, eadem ratione nec virgo beata oraret vocaliter, nec Chriſtus i hoc ſęculo oraſſet voce pro nobis. ¶ Itaq; cum deus tantam charitatem oſtenderit & tanta bona per Chriſtum largitus ſit, [Quis ergo nos ſeparabit a charitate] actuali vel habituali [Chriſti?] ſecundum vtraq; eius naturā. Nūquid [Tribulatio] corporis [an angustia?] .i. afflictio mētis [an fames, an nuditas] .i. veſtimentorū iopia [an pſecutio q̄ eſt de loco ad locū [ā periculū] .i. apparat⁹ mortis [an gladi⁹?] .i. mors ipſa. Taq; dicat. Nullū horum ſe parare nos poterit. [Sicut ſcriptum eſt] in pſona iuſtorum ſeu martyrum aduerſa patientium, ſcilicet pœnas prætactas. [Quoniam ꝓpter te] id eſt, propter tui amorem, & quia coram hominibus tē confitemur, nec a iuſticiæ tuę via recedere volumus. Vel, ꝓpter te, finaliter .i. vt te deum pro p̄mio acq̄ramus. [mortificamur tota die] .i. aſſidue tribulamur, atq; p quotidianas pſecutiones & aduerſitates ad mortē deducimur. Vel certe quia noſipſos quotidie mortificamus orādo, lugendo, abſtinendo, contra ꝓprias concupiſcētias p̄liādo, ꝓpriā voluntatē fraudando & in cæteris ꝝtutū exercitijs ac pniæ laboribus deſudādo [eſtimati] .i. a perſecutoribus & puerſis hoib⁹ reputati & ſpreti [ſum⁹ vt oues occiſionis] .i. ſicut oues quæ occidunt, vt lana eorum &

Auguſtin⁹

p̄s. 149

Ephe. 2
1. Ioan. 3. 4.
2. Cor. 13
Ephe. 3.
1. Tim. 1
p̄s. 33
Dan. 13
1. Cor. 4
Mat. 10
p̄s. 43.
Mat. 10
1. Pet. 4.
Mat. 8.
Luc. 12.
2. Cor. 4
Mat. 5.
Luc. 10
Gal. 5
2. Cor. 4
Col. 3.
1. Cor. 4
zacha. 11.

carnes in visum occidentium veniant. Vnde & Christ⁹ ait discipulis, Matt.10. Ecce ego mitto vos sicut oues in in medio luporum. Et alibi Ioan.16. Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se prestare deo. [Sed in his omnibus] aduersitatibus [superamus] omnia patienter atq; gaudenter sustinendo [propter eū qui dilexit nos]. i. propter amorem dei vel Christi, qui prior dilexit nos, & propter beneficium gratię eius, cuius virtute hęc inuictissime patimur. [Certus sum enim quia neq; mors]. i. timor seu pœna mortis [neq; vita]. i. amor viuendi [neque angeli] qui sunt de infimo choro infimæ hierarchiæ cœlestis [neq; principatus] q sunt de supmo choro eiusdē hierarchię, & p istos subintelliguntur archāgeli, qui infra hos ordies sunt medij, [neq; virtutes]. i. āgeli de medio ordine secūdæ hierarchię per quos intelligūtur potestates, quę sunt de infimo ordine hierarchiæ secūdę. Numerantur aūt horū ordinę angeli, quia sunt de quinq; ordinibus angelorū qui foras mittunt. Alij vero quatuor ordines assistunt [neq; instātia]. i. prędentia bona vel mala [neq; futura] prospera vel aduersa [neq; fortitudo]. i. violentia alicuius [neq; altitudo] humanæ præsumptionis [neq; pfundum] sapientię secularis [neq; creatura alia poterit nos separare a charitate dei: quę est in Christo Iesu, domino nostro]. i. secundū eius doctrinā & volūtatē exhibet a nobis deo, vt eum toto corde, tota anima, tota fortitudine diligam⁹. Exhibitio enim beneficiorū charitatē accēdit nec aliquid fic ad amorē inducit, sicut quod aliquis scit & experitur se ab alio diligi. Qm ergo deus tantam nobis dilectionē oñdit, tantaq; beneficia cōtulit, debem⁹ in eius amore esse imobiles. Hoc dicit Apostolus in p̄sona sui ipsius, & apostolorū aliorū q̄s sciebat cōfirmatos in gratia, ita q; mortaliter peccare non poterant ab ea hora qua in die pentecostes primitias spūs acceperūt. Vel si intelligat dictum in persona omniū prædestinatorū, referendum est quantū ad separationem finalem. Nam licet aliquando per mortale peccatum separētur

Sapien. 10.
1. Cor. 13.
1. Ioan. 4
Gal. 2.
Apo. 1.
Infra. 14.
1. Cor. 11
Gal. 1
Psalm. 90
Danie. 10
Ephe. 6
Luc. 21
1. Cor. 4
Act. 21
Cant. 8.
Luc. 4.
2. Cor. 6
Finis.
Psalm. 138.
1. Cor. 13.
Matth. 22
Thob. 2
1. Cor. 13
Col. 1
2. Cor. 12
Hebræ. 13
Act. 2
Ezc. 34
Psalm. 118

a deo finaliter tamen separari non possunt, Pręterea ꝙ de angelis dictū est, non est sic intelligendum, ꝙ angeli sancti aliquo modo velint nos separare a charitate dei, sed ideo dictū est, quia etsi per ipossibile vellēt, tñ nō possent. Secundum quē sensum dicit Apostolus ad Galat. primo. Licet angelus de cœlo euangelizet vobis pręter id quod euangelizauimus, anathema sit. Quidā vero p prędicta intelligunt angelos malos, qui nos conant a deo auertere. De quib⁹ ad Eph.6. legit. Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersꝰ principes & potestates &c. In Apoc. q̄ ꝙ 12. scriptū ē, Draco pugnabat & angeli eius.

¶Declaratio cap. noni videlicet. Veritatē dico in Christo. ¶Art. XIII.

Via in superioribus disputauit aps de insufficientia legis & vicijs Iudęorum, nūc oñdit charitatem suam ad eos, ne putet illa ex odio vel cōtemptu dixisse, & ait [Veritatē dico in Christo] id est, secundū regulā & censuram veritatis Christi, ita ꝙ mea locutio est secundū beneplacitū Christi, & cōsona veritati ipsi⁹, q̄ est mensura causa & regula vniuersæ veritatis, iccirco [nō mentior. testimoniū phibente mihi conscia mea in spū sancto]. i. nullum remorsum habente conscientia mea de aliqua falsitate, & hoci spiritu sancto, ita ꝙ ipse est testis eius quod dico. Iste est modus iurandi apostoli. Iuratio nanq̄ dum rationabilis causa occurrit vel exigit, nō solum est licita sed etiā meritoria, cum sit actus virtutis que latria dr̄. Hoc superius declaratum est plenius. Iudæi autē difficilesę rant ad credendū, ideo iurat Apostol⁹. Et iterū vt meli⁹ sibi credat, ga q̄d dicit rarū est atq̄ mirabile. immo pene incredibile. Quid igit iurat? [quia tristitia est mihi magna] tā in supiori q̄ in iferiori appetitu [& dolor cōtinuus cordi meo]. i. iugis afflictio atq̄ cōpassio mentis seu animę scilicet propter excæcationem Iudæorum, sicut patebit. Hæc est tristitia bona ex charitate procedens, qua alijs condolemus in malis culpæ vl pœnę, ad

2. Cor. 1
Pro. 8
zach. 8
ps. 118
2. Cor. 11
1. Ti. 2
Mod⁹ loq⁹
10. 14
Spir. ꝙ
Eph. 4
2. Cor. 1.
Sup. 8. cā.
10. 14.
Exo. 32
Baru. 2
Act. 7
Tre. 2
3. Cor. 7.
Hie. 9.
Mar. 3
Inf. 11

Mat.26. quam pertinet luctus, de quo dicitur. Beati qui lugent.
1.Cor.12. Deinde ostendit causam motiuam ac materialem hui⁹
Mat.5. tristitiæ [Optabam enim ego ipse anathema esse a Chri
Luc.6. sto pro fratribus meis] puta Iudęis. Expositores quidā
1.Cor. vlti satis faciliter transeunt in expositione loci huius, qui
meo iudicio difficilimus est, si quis diligenter inspiciat.
Sic autē cōmuniter exponunt. Optabā ergo ipse ana-
thema, i. separatus esse a Christo, pro fratribus meis p̄-
Sap.1. dictis vt cōuerterent̄, id est, si fieri posset vellē ad horā
siue in hac vita siue post mortē separari a Christo, vt i-
sti crediderēt. Sed cum in hac vita nō separetur homo a
Chr̄o nisi per culpā, īmo per mortale peccatū, si aposto
lus optasset separari a Christo in hac vita propter con
uersionem Iudęorum ad tempus, optasset mortale pec
catum incidere, vt illi gratiam consequerentur, quod
Sup, 3 ca. certum est dici non posse, pręsertim cum secundum ęū
Inf.12.ca. dem Apostolum, non sint facienda mala, vt bona eue-
niant. Ideo alij, paulo planius loquentes asserunt, ꝙ op
tabat ad tēpus separari a Christo per dilationem gloriæ
sibi paratę, ita ꝙ optauit diutius manere in vita præsē-
ti, quatenus Iudęorum conuersioni intenderet, iuxta
quem modum agebat ad Philippenses primo. Coartor
e duobus, desiderium habens dissolui, & esse cū Chri-
sto, permanere autem in carne necessarium est propter
vos. Quamuis autem expositiōes huiusmodi verę sint
non tamen (vt arbitror) satis faciunt diligenter scrutan
ti. Primo quia Apostolus dicit hęc, ad insinuandū sin-
gularem affectum suum circa Iudęos, sed prædicto
modo optauit etiam pro gentibus separari a Christo,
vt patet ex multis locis epistolarum eius. Secūdo, quia
Apostolus dicit hęc quasi aliquid valde præcipuum,
sed prædicto modo velle separari a CHRISTO,
non esset ita præcipuum, cum & alij multi inferiores
sancti hoc ipsum optauerint, sicut beatus Martinus dis-
seruit. Domine, si adhuc populo tuo necessarius sum,
nō recuso laborē. Tertio quia non sequitur, si quis velit
differri a gloria sibi parata in cœlo vt alijs prosit, qđ

ideo oportet esse anathema a Christo, absolute loquendo sicut Apostolus loquitur. Immo hoc pertinet ad maiorem vnionem cum Christo, tam quantum ad meritū quam quantum quo ad gloriā, cū hoc sit eximiæ charitatis dei & proximi opus, Propter quod ad Philippenses primo, dicit aplūs. Viuere in carne hic mihi fructus operis est. Quarto quia Apostolus cum esset sobrius in loquendo, præsertim in his, quę ad suam laudem spectabāt, declinādo videlicet magis ad mínꝰq̄ ad maiꝰ, quē admodū, secundū Aristotelē, pertinet ad moralē: ideo propter prędictam separationē tam modicam seu glorię dilationem nō absolute dixisset, optabam anathema esse a Christo. Popterea vt videtur aliud nihil insinuat Apostolus verbis prędictis, nisi quod exodi. 32. Moyses deo locutus est dicens, Aut dimitte populo hāc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti. Cum enim non fuerit minor charitas ludęorum ī Paulo quam Moyse, non mirum est, si vterque idem optauit. Sed quomodo intelligenda sint hęc Pauli & Moysi verba difficile est intueri. Cum etenim Christus in euangelio dicat. Quid proficit homo si lucreturur vniuersum mundum, se autem ipsum perdat, & detrimētum sui faciat? Nullus fidelium debet simpliciter velle de libro vitæ deleri, aut a CHRISTO separari. Quidam ergo dixerunt Moysem prædicta ꝟba dixisse ex impetu passionis, non ex iudicio ratiōis, sed hoc penitus falsum est. Nec decet hoc dici de viro sancto qui erat mansuetus super omnes homines qui morabantur in terra. Denique precem eius exaudiuit dominus. Ecce, inquiens, dimisi iuxta ꝟbum tuum. Et iterum dixit. Qui peccauerit de libo eum. Vnde patet per Moysem in dicta oratione non peccasse, sed vehementissime meruisse. Simili ratione ostenditur PAVLVM non dixisse verba inducta ex impetu passionis. Augustinus vero dicit Moysen protulisse hæc verba ex confidentia & familiaritate diuina,

Io. 15.
1. Io. 3.
2. Cor. 12.
Mat. 19.
Luc. 9.

vt sit sensus. Quemadmodum certꝰ sū dñe ꝙ non debes me de libro vitę, sic peto certificari a te de remissione culpę populi tui. Simili modo rationabiliter dici potest ī proposito ꝙ Paulus optauit, & forte vocaliter exorauit anathema esse a Christo ꝓpter Iudęos, sic orans. Domine Iesu aut conuertere populū hūc, aut si nō facis, aufer me a consortio electorū. i. sicut ex magna familiaritate atq; fidutia cordis mei ad te, certus sū ꝙ nō permittes me separari a te, sic oro certificari de cōuersione Iudęorū ad te. Sic quoq; sanctus Hieronymꝰ refert dixisse Paulū simplicē domino. Cum enim nō exaudiretur solita celeritate pro cuiusdā sanatione infirmi dixit. Vere non comedā, nisi sanaueris eum. Moxq; sanatus est ęger. Sic filius aliquis dilectus & amorosus dicere solet patri suo de quo plene confidit. Fac quod peto vel eñce me domo & hęreditate tua. Potest etiā (& vt reor meli⁹) dici, ꝙ tam Moysi q̄ Pauli verbū sit sermo hyperbolicus. i. per excessū dictus tamen sine mendacio. In huiusmodi nāq; sermone sensꝰ nō est qui per orationē directe īportat, sed qui a loquente intenditur: qui ꝓpter rationabilē causā tali locutione vtit, eo qđ res melius significari seu clarius explicari nō valeat, nisi per excessū. Scit tñ qui loquit quousq; credat. Hoc modo loquēdt sępissime vtitur sacra scriptura, vt cum ait Manasses. Peccaui super numerū arenę maris. Et psalm̄. Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis. Simili sensu scriptū est in libro Iudi cū de habitatoribꝰ Gabaa, scilicet filiꝰ Beniamin, quia erāt viri fortissī ita ad certū iacientes fūdis lapidē, vt capillū possent percutere, & nequaq̄ ictus in alterā ptem ferretur. Quo aliud nihil signat, nisi ꝙ erāt vltra modū boni fūdibularij. Apostolꝰ ergo magnitudinē sui desiderij, q̄ Iudęorū optat salutē plene exprimere nequiēs, per hyperbolim ait. Optabā em̄ ego ipse. i. tā ardenter cōcupiui salutē fratrū meorum Iudęorū, ꝙ hūc affectū aptius designare nō possum, nisi vt dicā me voluisse separari a Christo secundū modū iam tactū. Et

2. para. vlti. Ps. 39 Iud. 20

vt probabiliter dī, Paul⁹ & Moyſes aliquo modo optabant deleri & ſeparari niſi deus parceret populo Iudæorū, videlicet ſecūdum diſpoſitionem inferioris partis animę cōparatę & affectatę ad ꝓximos ardēti amore, qui neſcit menſurā, licet ita nō erat in volūtate ſupiorē rationem ſequente, quemadmodū & ſaluator orauit au ferri aſe calicē paſſionis, quē vtiq; ſimpl'r bibere voluit, iuxta illud. Oblatus eſt quia voluit. Hęc tā prolixe proſecutus ſū, qm̄ multi etiam deuoti ambigere ſolēt, quomodo p̄inducta verba debeant accipi. ¶ Sic ergo optaui eē anathema a Chſto pro Iudęis [q ſūt cognati ti]. i. cōſanguinei [mei ſcđm carnē] i. generatione carnalem, cum ſint filij Abrahę ſicut & ego, & quidā eorū ſunt de tribu Beniamin vt ego, [qui ſūt Iſraelite]. i. nati de ſemine Iacob, qui ab angelo dictus eſt Iſrael [quorū adoptio eſt filiorū] i. ad quos pertineret gra adoptiōis filiorum dei, ſi vellent cōuerti, & eorum qui ex eis conuerſi ſunt, eſt gratia adoptionis, quia excellēter cō ſecuti ſunt eā, vt patet in apoſtolis, qui primitias ſpirit⁹ acceperunt, atq; in alijs multis de quibus Iacobus ait bat ad Paulum. Vides frater quot milia ex Iudęis credide runt. Vel hoc ideo dicitur, quia Iudęi ſpecialiter appellati ſunt filij dei. Vñ loquitur dominus. Filius me⁹ primogenitus Iſrael. Et alibi. Factus ſum Iſraeli pr̄, & efraim prīogenitus me⁹. Chriſtus quoq; in euangelio nominat eos filios regni, quorum etiam eſt [& gloria] id eſt, magnificentia operū diuinorū videlicet miraculorum, & reuelationum cœleſtiū. Patribus enim Iudæorum ſc̄tis prophetis collata fuit gratia miraculorū, & ad eos factę ſunt reuelationes diuinę [& teſtamentum] vetus, q; ſpecialiter datū eſt eis, & [legiſlatio] i. datio legis ſcriptę, ſeu decalogus p̄ceptorū moralium [& obſequiū] i. cultus vni⁹ veri dei, qui cultus in Iudęis permanſit, cęteris nationibus ad idolatriā deuolutis, [& p̄miſſa] de aduentu Chriſti, & gloria electorum, [quorum patres] quoniam ipſi ſunt filij patriarcharum [ex quib⁹] natus eſt [Chriſtus ſecundum carnem] ſicut in

Eſa.53.

2. Cor.11.
Io.8
Gal.4.
Act.13
Gen.32
2. Cor.11
Mat.15.
Sup.ca.8
1. The.1
Act.15
Exodi.4.
Hier.3
Mat.8

Geñ.17
Mat.15.
Hie.31
Eccl.24
Eſa.44.
Inf.15
Leui.26.
Deut.18

9.4. in exordio huius epistolę plęnius dictū est. In hoc autē quod ait secūdum carnem designat in Christo esse aliā naturam quā humanā. Vnde clarissime subdit [qui] Christus [est super omnia] creata [deus benedictus in sęcula Amen]. i. sine fine laudandus. In quo apertissime destruitur hęresis Arrij & Fotini, ac omnium Christū esse puram creaturam dicentiū. Nā & in sua Canonica Ioānes dicit. Simus in vero filio eius Iesu Christo, Hic est verus deus, & vita ęterna. Et Hieremias. 23. Hoc est nomen quod vocabunt eum, dominus iustus noster. In Hebręo habetur nomen domini tetragamatō, qđ non conuenit nisi deo vero. Itē & Esa. 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, cōsiliarius, deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. ¶ Iam dixit Apostolus continuū sibi esse dolorem ꝓpter excæcationem Iudęorum, promissa q̄q; diuina ad Iudęos pertinuisse. Ne ergo quis ęstimet Apostolū sic tristari, quasi totus populus Iudęorum perierit, vel diuina promissa euacuata sint ꝓpter incredulitatem maioris partis populi huiꝰ, ideo addit. [Non autē ꝙ exciderit verbū dei]. i. ex p̄dictis nō seq̄tur, ꝙ diuinæ ꝓmissionis sermo inexpletus & irritus māserit. Simile est quod ꝑ prophetā dominus ait. Egredietur de ore meo iusticię verbum, & non reuertet̄ ad me vacuū. Quod licet Augustinus exponat de emanatiōe & missiōe increati verbi dei. Hieronymꝰ tñ ad literam exponit de verbo ꝓphetalium sermonū de Christo, de quibus nunc sermo [Nō em̄ omnes qui ex Israel .i. non omnes geniti ex semine Iacob, qui dictus est Israel [Hi sunt Israelite] veri ac spirituales, imitando fidem ac opera Iacob [neq; q semē sūt Abrahę]. i. carnales filij eius [oēs filij] Abrahę. i. nō oēs tales digni sunt vocari filij Abrahę, quia non imitant̄ eius vestigia fide ac moribus. Vnde saluator ait. Si filij Abrahę estis opa Abrahę facite. Qđ qm̄ non fecerūt meruerunt audire. Vos ex pr̄e diabolo estis. Hoc aūt ꝓbat Apl's authoritate scripturę [sed in Isaac vocabit̄ tibi semē] Hoc dñs dixit ad Abrahā. Et est sensꝰ. Isaac & filij eiꝰ sequentes

Io. 1.
ps. 71.
ps. 88.
ps. 144.
1. Io. vlt.
ps. 118.
Esaiæ. 46.
Esaię. 55.
Augustin.
Hierony.
Esa. 44
Geñ. 32.
Io. 1.
Mat. 3.
Io. 8.
Geñ. 21.

fidem eius ac tuam, reputabuntur tibi in filios & hęredes. Idęo enim alibi habet. Eiice ancillam & filium eius (videlicet Agar & Ismaelem) Non enim hęres erit filius ancillę cū filio liberę. Promissio ergo impleť in filiis gratię, non in filiis naturę, nisi sint & filij gratię, sicut apostoli. ¶ Consequenter exponit Aplūs authoritatē pallegatā, videlicet in Isaac vocabitur tibi semen [.i. non qui filij sūt carnis] .i. naturali virtute gnati ex, agar & Cethura [hi filij dei] .i. ad diuinum cultū electi, ac diuinę pmissionis participes [sed q̄ filij sūt promissiōis] .i. ex Isaac nati secundum diuinum pmissum, videlicet qui erant consortes benedictionis patrum suorum, vt Iacob & filij eius. [æstimantur in semine] .i. vere & digne appellanť filij Abrahę. ¶ Deinde ponit formā pmissionis [Promissionis ei] diuinę [ꝟbū hoc est. Scdm hoc temp⁹] .i. eodē die, āno vno elapso [veniam ad te o Abraham [& erit sarę filius] .i. sara coniunx tua mecooperate filium tunc habebit. Verba sunt angeli loquētis ad Abraham in pson dei. Sic ergo Isaac filius erat promissionis, quia diuina virtute sterilem matrem visitante, conceptus est, sicut erat promissum. Allegat autē Aplūs has scripturas secundum translationem septuaginta interptum, qua vtebatur ecclesia tpe apoloorum, vsq; Hieronymi tpa. Nostra vero trāslatio talis est. Reuertens reuertar ad te tēporeisto vita comite, &c [Non solū autē hęc illi] .i. diuina pmissio, non tantū facta est sarę [sed & Rebecca] pmissionē accepit [ex vno cōcubitu habens] in vtero filios duos [Isaac] patriarchę [patris nostri] videlicet Iacob & Esau. Sicut enim sara sterilis diuina ꝟrtute concepit, & sicut vnus filiorum Abrahę electus est altero ei postposito, sic vnus filiorū Isaac est electus altero derelicto. Scriptū est em̄ Gen. 25. Depcatus est Isaac p vxore sua dñm, eo q̄ esset sterilis & exaudiuit eū dedit q̄ cōceptū Rebeccę. Ex q̄b⁹ patet q̄ filij nō sit electi merito parētū. ¶ Q d aūt rebecca pmissionē habuit de spēali gra vni⁹ filiorū suorū oñdit aplūs [Cūei nōdū nati fuissēt] Iacob & Esau, aut aliqd egissēt

1.Io.3. Mat.8. 1.Thes.5. Gen.16. Gen.18. Mat.3. Gala.4. Ezech.14. Mat.3. Iob.8 Titum.3.

boni aut mali. Ex q̃ patet error dicentiũ animas homi-
numante mundum ſenſibilem cõditas, & ante vitã p-
ſentis ſæculi bona aut mala egiſſe, ꝓpter quę diuerſas
Ephe.1 gratias atq; miſerias conſequunt. [Vt ſecundũ electio
Io.15. nem].i. liberam vnius præ alio acceptationem ſeu diui
nã pdeſtinationẽ [propoſitũ dei].i. diuia, voluntas, præ
ſcientia vel decretũ [maneret] ratũ, & impleret, ſecun-
dum quod erat prędordinatũ. [non ex operibus].i. non
propter præcedentia merita ſiue demerita [ſed ex vo-
cante].i. ex gratia dei vocantis [dictum eſt ei] (puta Re
beccæ) [quia maior ſeruiet minori].i. Eſau primo egre
Exod.4. diens ſeruiet Iacob. Hoc dictum eſt Rebeccæ. Duę gen
Prou.11. tes in vtero tuo ſunt, populuſq; populum ſuperabit, &
Geñ.25 maior ſeruiet minori. Verunth ſeruitus iſta non eſtim-
pleta in Iacob & Eſau. Immo Eſau potẽtior erat & di-
tior fratre ſuo Iacob, ſed in poſteris eorum impleta eſt.
Geñ.36 Tempore enim Dauid deſcẽdentis a Iacob facta eſt Ia-
Ioel.2. dumęa deſcendens ab Eſau, ſeruiens regi Dauid ſub tri
ꝑs.36.107. buto. Per hæc q̃q; figuratum eſt, ꝙ populus Iudęorũ
2.Reg.8. prior fide ſeruitur⁹ eſſet populo Chriſtiano, poſteriori
Io.5. vocatione. Iudęi quippe Capſarñ nñi ſũt, q̃ nobis libros
apportant. Quoniam autem ſeruitus iſta, ſeu reproba
tio Eſau & prælatio Iacob, ſignum erat electionis Iacob
ad gloriã, & reprobationis Eſau ad pœnã, ideo Apo-
ſtolus dicta confirmat authoritate prophetica [ſicut ſcri
ptũ eſt] [Iacob dilexi, Eſau autẽ odio habui].i. reproba
Mala.1 ui. Diligere dei, eſt velle alicui bonũ cõferre. Odire ve
Diligere dei ro, eſt gratiam iuſte ſubtrahere. Quoniam ergo de⁹ præ
Odire dei deſtinauit Iacob, ideo dilexit eum ab æterno, præparãs
Hie.31. ei gratiam in pñti, & gloriã in futuro. Ex oppoſito au-
Oſeę.13. tem dicitur Eſau odiſſe. [Quid ergo dicem⁹?].i. ſi de⁹
ſic vnũ diligit, & aliũ odit ac reprobat, quid ex hoc ſe-
ꝑs.118. q̃t? [Nũquid iniqtas eſt apd deũ? Abſit] Quoniã rect⁹
Deut.23. dñs deus nr̃, & nõ eſt iniqtas in eo. Origenes aũt qui di-
ꝑs.91. xit gratiam conferri vel ſubtrahi propter merita & de
merita præcedentia invita priori, ſic, arguit. Sicut iuſtũ
eſt æqualibus dare ęqualia, ſic iniuſtũ eſt, non inæqua-

libus dare inæqualia. Si ergo nulla merita præcesserũt, iniustũ esset vni potius qua alteri gratiam dari. Sed hęc ratio non conuincit, quia in his quę omnino gratis ac liberaliter dantur, iniustitia locum non habet. Quod saluator noster Matth. 20. euidenter testatur loquẽs de cultoribus vineę, & murmuraui respõdẽs. Amice non facio tibi iniuriam. Tolle quod tuum est & vade. An nõ licet mihi quod volo facere? Et hoc ostendit mõ. Apostolus authoritate scripturę, quę Exo. 33. continet. Apostolus autem non verba sed sensum allegat, nisi forte secundum aliam traditionẽ. [Moysi enim dixit] domin⁹ loco prędicto. [Miserebor] dando gratiam in vita presenti [cui misereor] in ęterna pręscientia [& misericordiã prestabo] dando gloriã in futuro [cui miserebor.] Tanquam dicat. Dabo gratiam in pręsenti ei, quem ab ęterno p̃destinaui, & dabo gloriã in futuro, cui nunc gratiã tribuo. Nã translatio habet sic. Miserebor cui voluero, & clemẽs ero, in quem mihi placuerit. Ex his infert Apostolus [Igit̃ non volentis neq; currẽtis, sed miserẽtis est dei], i. non in potestate hominis volẽtis, est, velle aliquid meritorie, nec est in potestate hominis currentis seu operantis, meritorie operari, sed vtrunq; dependet & oritur ex misericordia & gratia dei, sicut alibi ad Philip. 2. dicit̃. Deꝰ operat̃ in nobis velle, & p̃ficere p̃ bona voluntate. Cui consonat illud Hieremiæ. 10. Scio dñe quia non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Ideo ait psalmista. Viã mandatorũ tuorum cucurri, cũ dilatasti cor meũ. Cũ enim finis creationis nostrę sit supnaturalis, scilicet visio dei p̃ speciẽ non possumꝰ velle, cogitare, vel facere aliqd meritoriũ huiꝰ finis ex puris naturalibus, sed incessabili gra indigemus. Non ergo aliquid de nr̃is viribus p̃sumamus, sed semp cũ p̃fundissima humilitate ad diuinę pietatis gratiam properemus, dicẽtes singuli deo. Trahe me post te. Nam & Christus ait Ioan. 6. Nemo põt venire ad me, nisi pater meus traxerit eum. [Dicit cũ scriptura Pharaoni], i. merito dixi deũ misereri cui

Esa. 65.
Treno. 3.
Psalm. 102.
Ti. 3.
Psalm. 83.
Deut. 9.
1. Cor. 15.
Ioan. 15.
Psalm. 118.
Ioan. 17.
Ioan. 15.
1. Cor. 15.
Iudith. 6.
Cant. 6.
Exodd. 9.

vult, nec esse hominis velle aut operari meritorie. dicit enim scriptura .i. deus in scriptura [. Quia i hoc ipsum excitaui te] .i. ad hoc vel idcirco feci, & posui te, & de fō-
Hierem. 10 no peccati q̄ eras fopitus fuscitaui te non ad gratiā, sed
Sup. ca. 1. ad malicię tuę maiorē ostensionem [vt ostendā in te vir
Iob. 24. tutem] .i. potentiā [meam] percurrēdo Aegyptū diuer
Esai. 10. sis plagis, teque ad vltimū submergendo in mari rubro
Exodi. 14. [vt annuncietur nomē meum in vniuersa terra] .i. fama
Ps. 95. manifestatis meę diuulgetur vbiq;, & oēs agnoscant potentiam meam auditis mirabilibus quę feci inte. Dicitur autem deus Pharaonem excitasse seu posuisse, vt virtutem suam in ipso ostenderet & nomen suū hominib⁹ reuelaret, plagando & ante plagarū illationē indurādo Pharaonē, cōsecutiue, quia tam potens ac bon⁹ est de⁹
Su. 2. ca vt non p̄mitteret esse malos, nisi vellet & posset ex hoc elicere bona. Quamuis ergo agnouit Pharaonem sic obstinandum & perituru fecit tamē & posuit eū, q̄a ex eius obstinatiōe elicere potuit & voluit, p̄ modum seq̄ lę, diuinę virtutis atq; iusticię ostēsionē diuinicq; nois p̄palationem. Q̄d aūt sit iste sensus literę allegatę, cōstat
Exod. 15 ex conclusione Apostoli inferentis. [Ergo cui vult mi-
Ps. 102 seret] p̄ grām deducendo ad gloriā. Hoc conuenit deo p̄ se, ita vt p̄destinatio eius sit causa gratiæ & glorię [et quē vult indurat] nō influēdo malitiā, sed nō cōferēdo
Esa. 63. subsidium. Hoc cōuenit deo p̄ accidens, scilicet, q̄a non
Ecci. 33 remouet prohibens. Sicut nauta p̄ suā absētiam elt causa submersionis nauigantiū, & sol per suam elongationē est causa congelationis non impertiendo frigiditatē, sed non influendo calorē, sic deus indurat nō adhibēdo
Esa. 45 gram, cordis duritiā mollificātē. Porro reprobatio diuina nō est causa culpę, sed pœnę p̄pter culpā. Sumēdo ergo reprobationē diuinā p̄ ordinatione alicui⁹ ad pœnā, sic secundum ordinem rationis p̄sentia peccatorū
Ps. 35 reprobationem p̄cedit, quoniam deus neminem ordi
Roma 11 nat ad pœnam, nisi qui agnoscit & p̄scit eius malitiam. Sed quia p̄dicta miranda sunt, & multis errandi occasionem ministrant, ideo mouet Apostolus, q̄d

nouerat a carnalibus esse mouẽdum. [Dicis ita q̃ mihi] .i. Si deus quẽ vult indurat: & cui vult miseretur, videt q̃ sicut vocatio iusti, ita induratio reprobi ex diuina voluntate dependeat, vt sicut non est ex meritis, q̃ deꝰ miseretur, ita non erit ex meritis q̃ reprobat, sic q̃ iputabitur deo, q̃ vnus sit bonus, & alius malus. Ideo subdit [Quid adhuc queritur?] .i. Cum ista ita se habeãt, cur vltra inquiritur cur iste sit bonus: & iste malus? Vel, qd ab aliquo requiritur, vt bene operetur? Vel, cur deꝰ aut alius quisquã cõquerit de hoc q̃ quidã impie viuunt? [Voluntati enim eius qs restitit?] id est. Cum nullꝰ valeat diuinæ resistere voluntati. Ista obiectio fortis esset, si deus esset directa & effectiua causa induratiõis, sicut est directa & effectiua causa iustificationis. Hoc autem ita nõ est, sicut iã patuit. Apostolus demum respondet ad hoc primo redarguẽs temeritatẽ eorum, qui profũda dei scrutari præsumunt. [O homo] moralis inordine intellectualium substantiarũ nouissimus qui nec teipsũ, nec inferiora comprehendere potes [tuꝰ es qui respondeas deo?] opera eius impugnãdo, intelligẽdo, vel eiꝰ sermonibꝰ responsa præstando. Nullũ horũ facere potes. Scriptum est em Eccle. octauo. Intellexi q̃ omniũ operũ dei nullam posset homo inuenire rationẽ. Et sap. 9. Difficile inuenimus quæ interra sũt & quę in prospectu sunt inuenimus cum labore, quæ autem i cœlis sunt quis inuestigabit? Hinc ait beatus Iob nono. cap. Quis ego sum: vt respõdeã deo, & loquar verbis meis cum eo. Et rursus: Si voluerit homo cum deo contendere, non poterit respondere vnum pro mille. [Nun quid dicit figmentum] id est, opus [ei qui se finxit, quid me fecisti sic?] id est, Sicut figmentum non dicit figulo: cur sic fecerit se, quia nec se ipsum. nec figulum comprehendit, sic homo non debet dicere incomprehensibili factori suo, cur ita fecisti, vnum eligendo, alium dimittendo plus gratiæ conferendo seu etiam præparando isti, quam mihi. Hoc verbum Apostoli sũptum videtur ex eo quod Esaiæ quadragesimoquinto

Mic.6.
Esa.1.
Hest.13
sup.cap.3.
1.Cor.4.
Eccl.3.
Prou.29.
Iob.39.
Iob.eo.ca.
Tren.4
Eccl.33
Ro.11.
Esaiæ.29

ait scriptura. Væ qui cõtradicit factori suo. Nũquid dicit lutũ figulo, quid facis? ¶ Consequẽter ponit apostolus generalẽ rationẽ, cur deus quosdã prædestinauit, & quosdã præsciuit: ostenditq; propositum suũ per simile. [An non habet potestatem figulus luti ex eadẽ massa].i. eodẽ luto, quod est suę artis materia [facere aliud quidem vas in honorem].i. ad vsus honestos, & in forma decora vt collocetur in mensa. [aliud vero in contumeliam?].i. sicut figulus hoc potest, sic vtiq; deus in natura humana potest quosdam producere ad salutem, quosdã ad dãnationẽ. Vnde Hieremias. 18. testat. Nũquid sicut figulus non potero vobis facere dom⁹ Israel? Ecce sicut lutum in manu figuli: ita vos in manu mea. Non tamẽ iniquus est de⁹, qm̃ nulli aliquid debet. Sed cũ deus etiam multa bona impendat peruersis & reprobis (sicut subiungitur) patet, q̃ non solũ sit nõ iniustus: sed etiã pius. [Q̃ si deus volens ostendere iram suã].i. iustam vindictã [& notã facere potentiã suã].i. iusticię suę rigorẽ & potestatem in reprobis in hac vita, vel postea vt in eis reluceat diuina iustitia, sicut in prædestinatis resplendet diuina clementia [sustinuit] tamẽ [in multa patientia].i. longanimiter, & multum benigne expectauit potentiam puersorũ qui sunt [vasa iræ aptain interitũ].i. digna morte ęterna, quoniã habẽt in se vicia, propter quę deus offenditur, & iratum se mõstrat pœnas infligẽdo. Et quia impiorũ damnatio cedit ad gloriam electorũ. Apostolus subdit [vt ostenderet diuitias glorię suæ].i. opulentissimam bonitatẽ suam, & copiosissimam gratiã, descendẽtem [in vasa misericordię].i. in homines misericorditer prędestinatos [quę prępara-uit in gloriam?].i. prędordinauit & condidit ad conquirendam beatitudinẽ sempiternã. In his verbis declarat apostolus (quantum ab homine capi potest, vel sciri expedit) quæ sit cõmunis ratio prædestinationis & reprobationis diuinę. Quippe Salomon ait. Omnia propter seipsum operatus est dominus. Et Ecclesiastes. 3. Fecit deus opera sua vt timeatur. Ex quibus elucescit: q̃ deus

Esaię. 45.

Gene. 1.
Iob. 30
Esaię. 64.

2 Timo. 2

Sap. 15
Psalm. 7

Psalm. 91

Math. 5.
Supra. 1.
Pgilip. 3.
Exod. 14.
Ephe. 2
Eccl. 5.
Psalm. 102
Gene 6.
Psalm 5.
Psalm. 30
Sup. 2
Ephe. 2
Eccl. 4
Psalm. 64

Prouer. 15
Eccle. 3.

propter seipsum finaliter omnia fecit, videlicet vt sua perfectio in creaturis appareat, sicq; ex consideratione earũ, deus glorificet̃, ametur, ac timeat̃. Ad perfectionem autẽ diuinæ naturæ, præcipue ꝑtinent misericordia & iusticia. Opera autẽ misericordiæ faciunt deum amabilẽ, opera vero iusticiæ, reddunt eũ terribilẽ. Vtraq; tamen faciunt eum gloriosum & honorandũ. Vt ergo diuina ꝑfectio reluceret in rebus sub ratione misericordię, prędestinauit deus nonnullos quibus sola pietate pręparauit gratiam viæ, & gloriã patriæ. Volens q̃q; relucere in creaturis suã iusticiã, quosdam reliqt q̃s dicitur reprobare, quod secundum Augustinũ est nolle misereri. Vñ Salomon ait. Fecit deus impiũ ad diem malum. Et alibi dicit scriptura. In diem perditionis seruatur impius & ad diem furoris ducetur. Veruntamẽ quoniam bonitas atq; perfectio dei excellentius repręsentatur ac splẽdet in electis, quam reprobis, ideo prædestinati, specialiter facti dicunt̃ ad gloriã dei iuxta illud Esa.43. Omnẽ qui inuocat nomen meũ, in gloriã meam creaui eũ. Omnia hęc breuiter tangit Apostol⁹ cũ ait, ꝙ deus ostendere volens irã & potentiam suam sustinuit vasa irę, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ ĩ vasis misericordię. i. in prędestinatis de quibus subiungit̃ [Quos & vocauit] ad fidem & gratiam ꝑ ꝑdicationẽ apostolorũ [non solum ex Iudęis, sed etiã ex gentib⁹.] Ex vroq; enim populo quidã ad Christũ conuersi sũt [sicut & in Osea] ꝓpheta [dicit] prĩo capitulo. [Vocabo] .i. nominabo [nõ plebem meam,] .i. populum gentilem [plebem meam,] Nam ante conuersionem suam erant, non plebs mea secundum præsentem iusticiam, quamuis secũdum æternam prędestinationem, fuerint semper plebs mea [& non dilectam meam] id est, eamdem plebem, quam tempore suę idolatriæ non dilexi, quantum ad culpam, vocabo [dilectam meam] id est, mihi dilectã, cum fidem & charitatem, habuerit. Tunc enim amici erunt [& non misericordiam cõsecutam] id est, gentilitatẽ, q̃ ante Christi aduentum expers erat

Psalm.85. Pro.4. ꝑs.21 ꝑs.88 Sapi.8 Psal.75.95 Deut.28 Esa.58. ꝑs.83 Prou.16 Iob.21. Sup.cap.3. Sopho.2 Ehpe.2 Ti.2 Oseæ.3 Epe.4 Sup.5.cap Ephe.2 Eze.16

Tim.3. gratię dei, vocabo [misericordiam consecutam] cū gratiam Christi receperit. Hoc q̄d dicitur, misericordiam consecutam. construendum est separatim, vt sit sensus, ꝙ plebs gentilis cū fuerit couersa vocabitur, miam cō secuta. [Et erit]. i. cōtinget quod subditur, quod etiam iamdudum constat impletum [in loco]. i. in terris gentiliū [vbi dictū est] a me p̄ seruos meos [eis. Nō plebs mea] eius [vos] o gentiles quamdiu idolis deseruitis [ibi vocabūtur [gentes iste ad fidē conuersę [filij] adoptiui [dei viuentis.] Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. ¶ Consequēter declarat Apostolus non omnes Iudęos incredulos eē dominō saluatori. [Esaias autem clamat]. i. manifeste prophetat & dicit [pro Israel] de saluatione Iudęorum. [Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris] id est, Quamuis populus Israel p̄ę multitudine innumerabilis fuerit [reliquię saluę fient] id est, aliqui, numero pauci respectu aliorū, saluabunt credendo in Chm̄m sicut in primitiua ecclesia factum agnoscimus. Quomodo autem saluę fient, adiecit [Verbum enim consūmās & abbreuians in equitate] id est, doctrina Christi, seu verbum euangelij, est consummans, id est, obseruantē ad perfectionem perducens, & p̄cepta legis consilijs suis perficiens, & abbreuians, id est, breuisermone perfectionem includens innumerabiles legis cæremonias, obseruantiasq̄ excludens, in æquitate, id est in approbatione & obseruatione præceptorum moralium, quę iusta sunt atq̄ seruanda, cum sint de actibus virtutum [quia verbum breuiatum] id est, compendiosum [facit et dominus] Christus [super terram] Hoc verbum breuiatum, quod CHRISTVS prædicauit in mundo, est charitatis præceptum, qua deus proximus que diligitur. De quo verbo dicit in euangelio. In hoc tota lex pendet & prophetę. Sciendum vero ꝙ Esaias 10. vbi p̄allegata verba inducit, loquitur de impugnatione filiorum Israel a rege Assiriorum, temporibus Ezechiæ regis Iuda, vel Oseæ regis Israel, vt a-

Osee.1. Soph.2. 10.1.

Esa.58.

Esa.10. Gen.22 3.Reg.4. Mich.7. Inf.11.

Mat.5. Eph.5

Mat.22. Ps.118. Philip.2. Heb.1. Bar.3. Mat.22.

Esa.10.

Iij asserunt. Ideo quidam dicit prædicta verba Esaiæ, ad literam intelligenda esse de filijs Israel, euadentibus manum regis Assiriorum. Sed hoc non videtur, quia Apostolus hoc loco apertissime ait, ꝙ Esaias clamat ꝓ filijs Israel qui saluantur per Christum, quem admodũ Osea propheta clamat pro gentibus ad fidem cõuersis. Præterea quod adiungit Esaias: Verbũ eĩ consummãs, & abbreuiãs &c. est ratio verbi prędicti de saluatione reliquiarum Israel per Christum facta. Hieronym⁹ autem, Augustinus, Ambrosius, & omnes pene doctores catholici exponunt hoc ad literam de verbo euangelicæ legis. Ergo saluatio illa non est intelligenda de tẽporali & corporali liberatiõe a rege Assiriorũ, sed de saluatione spirituali atque æterna facta per Christum. Vnde Hieronymus prophetarum studiosissimus explanator, Esaiæ. decimo. exponendo præmemorata verba dicit, ꝙ Esaias descripta particulari temporali ac figuratiua liberatione Iudæorum a rege Assiriorum, oculũ mentis conuertit ad saluationem vniuersalem, spiritualem atque perfectam per CHRISTVM exhibitã. Et probat hoc sanctus Hierony. authoritate Apostoli qui præsenti capitulo probat conuersionem reliquiarũ Israel prædicta authoritate Esaię. Probatio autem per scripturam non valet, nisi secundum sensum literalem, vt Augustinus frequenter commemorat. [Et sicut Esaias prædixit] primo libri visionum suarum capitulo [Nisi dominus sabaoth,] id est exercituum vel virtutum præsertim cœlestium, de quo Esaiæ. 6. angeli clamant. Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus exercituum. Secundum HIERONYMVM pro eo ꝙ est sabaoth, septuaginta interpretes ponunt omnipotẽs quibus consonare videt quod Ioannes in Apocalypsis quarto. verba Esaiæ inducens sic ait. Requiem nõ habebant dicentia sanctus, sanctus. sanctus, dominus deus omnipotens. Itaque nisi dominus sabaoth [reliquisset nobis] Iudæis [semen,] id est, reliquias in CHRISTVM credẽtes, videlicet sanctos Apl̃os

Ose. 1.
Hierony.
Augustin⁹
Ambrosi⁹
Hierony.
Esaiæ. 1.
Hierony.
Gala. 3:
Esaię. 6

& cęteros ex Iudaiſmo conuerſos, de quibus per prophetā dicitur. Iſti ſunt ſemen, cui benedixit dominus [ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomora ſimiles fuiſſemus]. i. penitus damnati eſſemus propter noſtrā icredulitatem, ſicut perierunt habitatores Sodomę & Gomorrę, cum alijs triū vrbiū habitatoribus. ſ. Adā, Seboim, & Segor. Quidā Eſaię prīo exponit hęc verba ad literam de Iudęis non occiſis a rege Aſſiriorū, tempore Ezechię. Sed expoſitio talis repellit eiſdē ratiōib⁹ quibus pręcedens. ¶ Monet pręterea Apl's dubiū, omī admiratione digniſſimū, [Quid ergo dicemus?]. i. Cū ex verbis Eſaię iā pateat paucos Iudęorū credidiſſe & multos de gētibus quod mirum apparet, quid ergo dicemus ad hoc. ſ. [ꝙ gentes quę non ſectabant iuſticiā]. i. gentiles idolatrię dediti, non obſeruantes iuſticias legis, diuinę ſeu ſcripturę [apprehēderūt]. i. conſecuti ſūt [iuſticiam, iuſticiam autem quę ex fide eſt]. i. iuſticiam euangelicę legis, quę ſaluat per fidem, non iuſticiam legis moſaycę. [Iſrael vero]. i. populus Iudęorum [ſectādo legem]. i. pręceptum [iuſticię] quę in cęremonijs & ſacrificijs conſiſtebat, vel, legem Moyſi, vel, legem iuſticię verę & Chriſtianę, ſectando. i. aliqualiter imitando, nō quia lex Chriſti pręceſſit, ſed quia pręnunciata & declarata eſt eis aliquo modo per prophetas, ſicque cœperunt eā ſequi, pręſtolando eam, & ſecundum eā aliquo modo viuēdo [in legē iuſticię] verę & Chriſtianę [nō puenit] recipiendo gr̄am Chriſti ꝑ q̄ euangelica adimplet iuſticia. De qua dicit Saluator. Niſi abunueritis iuſticia veſtra plus quam ſcribarum & phariſęorum, non intrabitis regnum cœlorum. [Quare?] ſic cōtigit? Et reſpondet Apoſtolus. [Quia nō ex fide, ſed q̄ ſi ex operibus] id eſt, Iudæi quęrebant iuſtificari non virtute & merito fidei Chriſti, ſed per opera legis ſcriptæ, cum tamen ſine fide & gratia Chriſti nemo vnquam ſaluari potuerit, ſicut oſtenſum eſt. [Offenderunt enim] id eſt, impegerunt [in lapidem offenſionis] id eſt, in Chriſtum, qui bonis eſt lapis ſalutis, im-

Eſa. 61.
Treno. 4.
Eze. 16.
Geñ. 19.
Hie. 49.
i. Cor. 6.
Eph. 2.
Sup. 2. ca.
Heb. 10.
Eſa. 51.
ſup. 3. ca.
Mat. 5.

pñs autē est lapis offentionis. Quemadmodum enim tē dens in via, & pede in lapidem impingens impedīt seu retardat in via a progressu ad terminum vię, sic ludęi peccādo per infidelitatem atq; pręsumptionē in Chīm impingētes, retrusi atq; impediti sunt a via salutis, nec peruenerunt ad finē beatum. Dicit aūt Christus lapis propter constantiæ firmitatem [sicut scriptū est] Esaię. 28. [Ecce pono in syon]. i. i populo Iudeorum, inter ꝙs conuersatus est Christus. Vel in Hierusalem in templo vbi frequenter fuit, & docuit [lapidē offentionis & petram scādali]. i. Christū qui occasionaliter factus est Iudeis lapis offētionis, .i. peccati, quoniā contempserunt, blasphemauerunt q; eum, quē admodū Petrus ait ī actis 9. Hic est lapis qrē pbat9 est a vobis edificātib9. Fact9 quoq; est eis petra scandali, id est spiritualis ruinæ. Sæpe em Iudęi scandalisabant in ỽbis atq; operibus Christi, non tamen nisi ex sua mera peruersitate, dicēts. Ecce hō vorax, potator vini, amicus publicanorū, & multa huiusmodi, [& omnis q credit in eum] fide per dilectionē operante [non confundetur] in æternū nec spe sua frustrabitur, sed honorificabit eum Christus cum fuerit suo tribunali oblatus. Hanc scripturam allegat Petrus in prima sua canonica dicens. Propter quod continet scriptura' Ecce ponam in Sion lapidem summum, angularem Quod vero Petrus & Paulus adñciunt. Qui crediderit in eum non confundetur, secundum translationem septuaginta interpretum allegatur. Lococuius, tr anslatio nostra sic habet. Qui crediderit non festinet'. Hic est lapis qui, iuxta Danielis oraculum, excisus est de monte sine manibus, de quo scriptum est zachariæ. 3. Super lapidem vnum oculi septem sunt, quia in Christo fuerunt septē dona spiritus sācti.

Ephe. Act. 4. Esa. 28 Esa. 8 i. Cor. 2 Luc. 2 Ps. 117 Act. 4. i. Cor. 1 Mat. 11. Exodi. 28 Iohā. 12 1. Pet. 2 Dan. 2. Esa. 61. 11

¶Expositio capituli decimi, scilicet. Fratres voluntas quidem cordis mei.

Articulus XIIII

Mat.25
2.Cor.7
Act.27.
Iaco.vltim
1.Reg.12.
2.Ti.2

Ephe.2

Iohan.16
Esa.5
1.Co.12

Sup.cap.3.

Su.ca.1

Ostendit beatꝰ Apostolus affectū suum ad populum Iudæorum in precedenti capitulo, de eorū damnatione tristādo. Iā idem agit pro eorū salute orādo, & ait [Fratres] o vos Christifideles [volūtas quidem cordis mei] .i. desideriū animę meæ. Sumitur enim hoc loco voluntas pro actu voluntatis [& obsecratio ad deum] .i. inuocatio dei p aliqua sacra vt cum dicimus: Per incarnationē tuā libera nos. Quod genus oronis est ardentius, & ad ipetrandū magis idoneum, quia non proprijs, sed rei sacrę innitit meritis. [fit pro illis] incredulis Iudæis [in salutē] tanq̄ in finem .i. ad hoc vt saluentur. Cur autē pro eis orandū sit, subdit. [Testimoniū enim perhibeo illis q̄ emulationem dei] .i. zelum honorandi deum [habent] Nam Christū eiusq̄ discipulos persequendo putant se deo præstare obsequium eo, q̄ putent Iesum non esse Christū [sed non secundum scientiā] .i. zelum istum non habēt sēm verā discretionem. Cuius ratio sequitur. [Ignorantes enim dei iusticiam]. Communiter dicunt doctores, non esse int elligendū hoc de increata dei iusticia, qua ipse in se iustus est, sed de iusticia quā efficit in nobis p fidem formatā, quæ iusticia facit dignū vita æterna, eratq̄ iudæis ignota, quoniā non putabant hominem iustificari per fidem Christi sine operibus legis. Videtur tamen etiā de increata dei iusticia posse intelligi, Iusticia quippe vel sapientia aut similis diuinę naturæ perfectio, dupliciter noscitur. Primo quoad se ipsā, scdo q̄ ad suum effectū. Quamuis ergo Iudæi agnouerint iusticiam dei, quo ad seipsā, scientes deum esse iustū, non tñ quo ad homines & iustificationes ipsorū. Nō em̄ arbitrabāt iustū in conspectu dei, vel diuinæ iusticię congruere, vt homo per fidem & gratiā sine operibus legis cōsequeretur salutē cum tamen hoc iustū sit ex paritate dei qui a deo bonus est, vt decens & iustum sit eū taliter, tāq̄ gratiose saluare [& suā querentes statuere] id est propriam iusticiam allegātes, & in legis carna

libus iusticijs confidentes, seq; proprijs viribus legem posse implere pręsumentes [iusticię dei non sunt subiecti] quia sic sentiendo nec deo obediunt nec ad iusticiā quam facit deus in nobis per fidem confugiunt, ꝓ ei⁹ confusione rogando, sed cotradicunt eidem. [Finis enim legis] scriptę est [Christus] quia lex vetus dispositio erat ad Christum & euangelicam legem iuxta illud. Lex pędagogus noster fuit in Christo, & sic Christus est finis, ad quem ordinabatur lex scripta, dicitur etiam finis, terminans legem, quantum ad cęremonialia & iudicialia. Dicitur insuper finis consummans atq; perficiens legem, & eius promissa exoluens. Vñ ait saluator. Non veni legem soluere, sed implere. Et alibi quoque ait scriptura. Lex per Moysen data est veritas per Christū facta est. Sic ergo finis legis est Chr̄s valens [ad iusticiam] habitualem & actualē iustificationem, vel ad iusticiam acquirendam et exercendam [omni credenti] tam sub veteri quam sub nouo testamento. Omnes enim fideles per fidem saluatoris iustificati sunt. Quod probat Apostolus authoritate Moysi, [Moyses enim scripsit] Leuitici.4. & Numerorum.18. [quoniam iusticiam que ex lege est qui fecerit homo] id est qui legis pręcepta seruauerit [viuet in ea] id est merito huius iusticię mortem temporalem quę transgressoribus infligebatur, euadet, & viuet vita naturę, immo & temporalia ad vitā necessaria sortietur. Vnde & Moyses sępi⁹ ait. Fac hoc vel hoc vt bene sit tibi, & longo viuas tempore in terra quam dominus dederit tibi. Quod autem nō vixerit homo in ista iusticia virtute legis vita gratię, patet ex eo quod per Ezecielem asserit dominus. Dedi eis pręcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent De hoc dicta sunt multa superius. [Quæ autem ex fide est iustic a] id est de iusticia Christi quæ datur per fidem [dicit sic]. Moyses Deutronomij tricesimo [Ne dixeris in corde tuo] id est ne cogitare pręsumas [quis ascendet in cœlum] id est, nemo est qui in cœlum ascēdere poterit. Noli sic cogitare quoniā, id est Chr̄m [de

p̄s.62. Su.ca.3 Ex odi.10 p̄ 1 8s.1. Gal.3 Heb.7 Matt.5 Iohan.1 Su.8.ca Leui.4. Nu.18. Ezech.26 Heb.10 Deu.5.17 Ezech.10 Pro.30 Ioha.3 Ephe.4

ducere]. i. sic æstimare, est dicere quod nec Chr̃s ascendit, sicque eum deducis ad inferos si cut & cęteros mortuos, & ita pertineres ad eos de quib⁹ ait in psalmo. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis & in umbra mortis. Sed neq; dixeris in corde tuo [Aut quis descendit in Abyssum?]. i. in infernū seu limbū. Quasi dicas. Nullus descendit. Noli hoc dicere, quia [Hoc ē Chr̃m a mortuis reuocare]. i. hoc esset dicere q̄d Christ⁹ p hominum liberatione nec mortuus esset, nec ad inferos descendisset. Si em̄ nullus descendit opus nō fuit Christū mori atq; descendere. Hęc expositio glosę sumpta ex sanctis doctoribus, Liræ non placet. Ait enim circa hūc locum q̄d ista expositio, in nullo concordare videtur cum scriptura Deuteronom̄ allegata, nec cū litera sequenti. Ipse ergo exponit hoc modo. Ne dixeris i corde tuo, quis ascendit in cœlū, negatiue, id est Christum deducere. i. dicere q̄d nondū venit in mundū adduct⁹ per obedientiā patris. Aut quis descendit in abyssum negatiue loquēdo, hoc est Christū ex mortuis reuocare i. dicere q̄d nō fuit mortu⁹ neq; surrexit. Hāc expositionē p̄bat per literā sequētē. Quia si cōfitearis i ore tuo dn̄m Iesū, veniss̄e i mūdū, & i corde tuo credideris q̄d de⁹ illū suscitauit a mortuis, salu⁹ eris. Hęc p̄batio bona esset, si verba ista īmediate iūgerēt ꝟbis p̄dictis, Verū, q̄m interponūt alia ꝟba cōplura videlicet. Sed q d dcit scriptura? Prope est ꝟbū in ore tuo, & i corde tuo. Hoc est verbū fidei q̄d prędicamus. Et subdit. Quia si confitearis in ore tuo &cete. Ex quo patet insufficientia p̄bationis. Deniq; quantum capio, melior & verbis Moysi consonantior est expositio glosę quam Lirę. Et vt veritas certius eluceścat, sciendum q̄d Moyses hæc verba īducit ad auferendum īpossibilitatem & excusationem de obseruantia legis per ipsum datę. Sic nanque habet translatio nostra (videlicet translatio Hieronymi) Mandatum hoc quod ego pręcipio tibi non supra te est, nec procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere. Quis nostrū valet ascendere in cœlum, vt

p. 1.

Eccl. 14.
2. Cor. 15.

Lira

deferat illud ad nos, neque trans mare positū, vt dicas Quis ex nobis transfretare possit mare, sed iuxta est sermo valde, in ore tuo & in corde tuo, vt facias illū. i. Iā vobis data est lex, & in tabulis scripta digito dei, ideo de eius omissiõe ac transgressione excusationē nõ habetis. Dicit itaq; Lira. quia Deuteron. figura erat nouę legis, iccirco Apostolus iā allegat scripturam hanc figuraliter de noua lege, ad cuius custodiā omnes tenentur videlicet ad excludendū excusationem de pręuaricatione nouę legis. Sed huic obuiare videtur quod nunc dicit Apostolus Moysen pręinducta verba dixisse de iustitia fidei. Est ergo pensandum quod scriptura sacra non semper allegatur secundum sensum totalem, perfectum, seu integrum, quia in eadem authoritate scripturę, multę pticulares sētētię icludūt, & ita scriptura talis allegari potest per determinationem ad sententias particulares inclusas. Sic agitur in prędicta eñ scriptura includitur secundum intentionem Moysi, aliquem posse in cœlū ascendere, & in abyssum descendere. Sed hoc credere pertinet ad iustitiam fidei. Ideo bene ait Apostolus Moysen ista disseruisse de iustitia fidei etiā ad literā: quę si quis dixerit impossibilia esse derogat Christo, qui descendit ad inferos, & ascendit in cœlos, ob id Moyses prohibet dicere. Quis ascendit in cœlū [Sed quid dicit scriptura?] Deuteronomñ tertio de iustitia fidei. Et respondet. [Prope est verbū]. i. sermo salutis fidei q; doctrina [in ore tuo] ad loquendum [& in corde] tuo, ad credendum. Iā enim deus omnib⁹ obtulit verbū salutis [Hoc est verbū fidei quod prędicamus]. i. verbum istud, quod teste scriptura prope est tibi in ore & corde, est verbum Christi, vel scriptum de Christo, quemadmodum ipse in euangelio loquitur. Deme ille, scilicet Moyses, scripsit, quod nos apostoli euangelisamus dicentes. Quia si confitearis, o Christiane seu homo quicunque [in ore tuo dominum Iesū] eē regem messiam, & filium DEI coram hominibus, etiam coram infidelibus si ratio exigat. Vel si solus

Exo. 31. Deu. 9. Prou. 30. 10. 20. Lu. 24. Mat. 18. 1. Ti. Act. 8. Luc. 24. Luc. 9. Mat. 14. Lucę. 10.

es, coram deo, [& in corde] .i. in intellectu [tuo] qui est fi
dei subiectum [credideris] fide formata [quod de⁹] pa
Act.2 ter vel trinitas [suscitauit illum a mortuis: saluus eris] sa
Esaiæ.45. lute perpetua. De qua ait propheta: Vere tu domino deo
Mich.6 nostro salus Israel. Christus enim testatur. Qui me con
Esai.45 fessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum
Mat.10 coram patre meo. Et prima Iohannis vltimo legitur.
Marc.8 Quis est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam
Rom.1 Iesus est filius dei? ¶ Consequenter ostendit apostol⁹
EPISTO. quod vera iustitia habetur & exercetur per fidē. [Cor
Dan.6 de enim creditur ad iustitiam] .i. corde credendo, ten
dit seu proficit homo ad iustificationis adeptionem, vel
augmentationem. Credendo enim meretur homo pec
cati remissionem, gratie infusionem, iustitiæ exercitatio
nem. Fides autem informis disponit ad hęc. Fides vero
formata .i. charitati vnita auget ac perficit ista. Per fidē
Rom.3 enim habitat Christus in cordibus nostris secūdū Apo
Act.15 stolum. Secundum Lucā quoq; deus fide purificat cor
da hominum, [ore autem confessio fit ad salutem] æter
nam adipiscendam. Quia, vt dictum est, per confessio
1.Cor.1 nē Christi prędictam, meretur homo vitam æternam
Confessio quippe oris, est effectus fidei cordis, quem-
admodum oratio vocalis, effectus est latriæ, & eleemo
sinarum largitio effectus est misericordiæ. [Dicit enim
Esa.28. scriptura: Omnis qui credit in illum, non confun-
detur.] Hoc in fine præcedentis capituli expositum
gentilis fidelis, quātum ad consecutionem salutis &
Act.10 gratię Christi. In omni em̄ gente, qui timet DEVM
& operatur iusticiam, acceptus est Deo, apd̄ quem nō
Ephe.2 est personarum acceptio. Ideo omnes generaliter sal-
uantur & iustificantur per fidem. [Nam idem domi-
nus omnium] ratione generalis dominī, de quo scrip-
tum est Hester decimo tertio. Domine rex omnipo-
tens in ditione tua cuncta sunt posita. Et Iudith nono
Heb.1. DEVS cœlorum, creator aquarum, & domin⁹ toti
us creaturę [diues in omneis qui inuocant illum,]

id est, omnium bonorum atque pulchrorum ac desidera- Ephe.2
bilium opulentia plenus, sufficiens ditare omnes, qui ps.49.
intimo cordis affectu eius pietatem implorant, immo Hierie.30
indesinenter ditans huiusmodi. Prope enim est domi ps.144.
nus omnibus inuocantibus eum. [Omnis enim qui- Ioel.2
cunque inuocauerit nomen domini,] id est, ipsum do-
minum nomine designatum [saluus erit] modo in spe
per gratiam, postmodum in re per gloriam, si tamen
perseueranter ac rationabiliter inuocet. Hoc scriptum
est Ioelis secundo.

¶Consequenter probat, quod adeptio salutis per inuo
cationem præsupponit fidem. [Quomodo ergo inuo-
cabunt] eum scilicet Deum vel Christum, [in quem nō
crediderūt?] Nequaquam. Inuocatio enim fidem præ- Heb.11
supponit, sicut alibi dicit Aplūs. Accedentem ad Deum Iohan.4.
oportet credere. Sed videtur obuiare, quod aitsaluator Obiectio
Ioannis.4. Samaritanæ. Vos adoratis quod nescitis. Iacob.2
Et respondendum, quod Samaritani non habuerunt fi
dem, quæ est virtus theologica, sicut nec hæreticus di-
scredens in vno articulo fidei, non enim receperunt li-
bros prophetarum, propterea nec veraciter adoraue-
runt. Vnde Christus adiecit eos qui adorant in spiritu
& veritate adorare oportet. [Aut quomodo credent
ei] scilicet DEO, [quem non audierunt,] id est,
de quo nihil dictum est eis. Fides enim est ex auditu. 2.Cor.12
Nam teste philosopho. Auditus est sensus disciplinæ. Esai.53
Cum ergo fides non habeatur nisi per reuelationem al-
terius, oportet vt primum audiatur, vel per locutio-
nem internam ab angelo, vel per locutionem exterio
rem ab homine. [Quomodo autem audient sine præ-
dicante?] id est, annunciante. Loquitur autem A-
postolus de auditu, exteriori per hominem, quia hoc
modo comuniter adducti sunt homines ad fidem.
Nihilominus secūdum DIONYSIVM quidam Marc.16
gentilium solo angelorum ministerio ad fidem conuer
si sunt. [Quomodo vero prædicabunt] .i. qua autho-

riate vel efficatia predicationis officium assument vel exequentur hi per quos alij conuertendi sūt [nisi mittā-
Lucæ.12 tur] a deo, q̄ det eis os & sapientiam, miraculorumq; gratiam. Actus nanq; p̄dicandi præsupponit authoritatem officij, ideo oportet vt a deo vel eius vicem gerē te p̄dicator verbi dei mittatur [Sicut scriptū est. Quam
Nume.1 speciosi pedes euangelizātium pacem, euangelzātium bona] .i. valde decori sunt pedes & gress⁹ atq; affectus apostolorū prędicantiū recōciliationem mundi factam
Esaiæ.4. p Christum, & bona sęculi futuri, quę oculus nō vidit
1. Cor.2 nec auris audiuit. Hoc ad literā dictum est de prędicatione euāgelice legis p apostolos, quibus dixit saluator
Matt.10 In quācūq; domum intraueritis, primū dicite. Pax huic domui. Nostra tñ translatio cōtinet sic. Quā pulchri
Esaiæ.53 sup mōtes pedes annunciantis, & p̄dicantis pacē, annūciantis bonū. Ponit em̄ Esaias singulare, loco pluralis. [Sed nō oēs euangelio] obediūt .i. annūtiationi nr̄æ de Christo fidem recipiendo. [Esaias enim dicit] capitulo .53. [domine qs credidit auditui nr̄o] .i. mysteriū Christi quę ego alijquę ꝓphetę a spū sancto an diuimus, & alijs audienda ꝓponim⁹. Tanq̄ dicat. Pauci credent, Hoc tñ ad literā de populo Iudæorum prędictum est quorū pauci conuersi sunt. Vñ Iohanis.12, legit̄. Cum tanta signa fecisset coram eis Iesus, nō credebant in eū
Esaię.53 vt sermo Esaię īpleret̄ quē dixit. Domine quis credidit
Eccle.10 auditui nostro? [ergo fides] est [ex auditu] tā eius q̄ in fide instruitur, quem oportet audire prędicantē, q̄ eius
Hebrę.4 qui p̄dicat, quem oportet audiri. [Audistis autem] qui ad fidem exigitur est [per verbum Christi] quod venit ad aures corporis, & aperit aures mentis. nisi enim proponeretur verbum dei, non esset auditus, fidem dispositiue inducens. Ipse vero habitus fidei nō est nisi a deo per creationem. [Sed dico] interrogando vt magis apte respondeam. [Nunquid non audierunt?] prędicatio
Marc.16 nem euangelij, qui obedire noluerunt? Quasi dicat. Vti
p̄s.8 q; audierūt, quod probat authoritate psalmistę. [Et q̄dem in omnem terram] Iudęę vel in principales pla-

gas terræ [exiuit sonus eorū].i.vocalis p̄dicatio aposto lorum [& in fines orbis terræ] exierunt [verba eorum] quia vbiq; prędicauerunt apostoli per seipsos, & suos discipulos, vt patet in diuersis legendis & historijs. Ioannes quippe impleuit Christi ecclesijs Asiam. Petrus Italiā, Andreas Achaiam, Matthæus Aethiopiā, Thomas Indiam, Bartholomeus Armeniā, Paulus totū pene orbem. Hinc ei scriptū est. Parauit dñs brachiū sanctum suum in oculis omnium gentium. Et viderūt omnes termini terræ salutare dei nostri. ¶ Cōsequenter ostendit inexcusabilitatē Iudęorū [Sed dico] quęrendo [Nunquid Israel].i.populus Iudęorum [nō cognouit] Christum & ei⁹ doctrinā, Probat autem Apl's q̄ vtiq; cognouerunt [Primus Moyses].i. prophetarū præcipuus, & eius, quod iam subditur, primus asserto r [dicit] Deuteron.22. [Ego ad æmulationem vos adducam, in non gentem, in gentē insipientem, in iram vos mittam] Translatio Hiero. talis est. Ego prouocabo eos in eo qui nō est populus, & in gente stulta irritabo illos Ignis succensus est in furore meo. Loquitur autem ī persona dei. Vt sit sensus. Ego ad æmulationē.i.iuidiā vos Iudęos adducā non efficienter, sed permissiue, quomō per ꝓphetā dico. Propheta cū errauerit, ego dñs decepi prophetā illū: in non gentem.i.in gentiles, ita q̄ eis inuidebitis cū receperit libros ꝓphetarū ac legis, & in Christum crediderint, sicut iā diu cernim⁹ adimpletū in gentem insipientem.i.idola colentē, qđ est summa stulticia, & diuinorū cognitionibus destitutam. Dicūt autem gentiles non gens. Primo, quoniam tempe suæ idolatriæ nō pertinebant ad deū, nec erāt plebs ei⁹. Secundo, quia ob vitę suę vilitatem a Iudęis reputabātur vt canes. Nam Christus Matthęi.15. asserit. Non est bonū sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et Moyses Exodi.22. Proijcietis ea canibus. Vbi per canes significant gentiles. Vel sic. Ego ad æmulationem.i. inuidiam contra Christū vos inducam in non gentem, in gentem insipientē.i.ita vt derelicti a me propter vestram

FINIS.
Mar.6.
Mar.vlti.
Esa.32.
Luc.6.
Esa.40.
Geñ.49.
Ezech.14.
Esaię.2.

maliciam, efficiamini non gens mea, et populus stultus. In iram vos mittam, id est, in indignationem & iracundiam contra Christum & eius discipulos mitti a deo ne permittam. Vel, in iram. i. in vindictam iusticię meę videlicet in pœnam vobis a Romanis inflictam, mittā, vos, effectiue propter peccata in Chm̄ cōmissa. ¶ Cō sequenter ostendit Apostolus authoritate Esaię Iudęorum excecationem ꝓpter suā cōtra Christū peruersitatem, & gentiū illuminationē. [Esaias autem audet]. i. audacter se habet prænunciando cæcitatem Iudæorum illuminationem ꝙ gentium. Ex qua prænunciatione imminebat ei persecutio a Iudęis sui temporis, immo & periculum mortis, [& dicit] in persona Christi. 63. capit. [Inuentus sum] per fidem & contemplationem [a non quærentibus me]. i. a gentibus, qui me non requirebāt quousꝙ missi ad eos apostolos meos, & ita eos misericorditer prævenī, [palam] non per speciem, sed per fidem illuminatam, per scripturas & signa [apparui his qui de me non interrogabant]. i. prędictis gentib⁹, qui non sciscitabant ab alijs, quomodo possent venire ad me. [Ad Israel autem]. i. populū Iudęorū [dicit] Esaias capitulo prędicto in Christi persona [Tota die]. i. assidue eo tempore, quo inter Iudęos conuersabar ac docui [expandi manus meas corporales ac spirituales [ad populum non credentem & contradicentem mihi] ingratos, perfidos atꝙ blasphemos Iudæos quibus varia beneficia spiritualia & corporalia prębui, esurientes alendo, ægros sanando, ignorantes docendo, & tandem i cruce pro eorum salute, brachia extendendo. Quia hoc loco dicit Apostolus Israel, seu Iudęos cognouisse Christum, cōsiderādum quomodo hoc intelligendū sit. Quidā igit̄ dicunt ꝙ legisperiti scierunt eū esse Christum, propter miracula & scripturas. Vnde Nicodemus legisperit⁹ dixit: Scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hęc signa facere, quę tu facis nisi fuerit deus cum illo. Ex inuidia ergo auerterunt populum, ne crederent eum esse Chri-

Luc. 19.

Deut. 18.
Mat. 21.
Esa. 35.
Esa. 19.
Esa. 65.
Esa. 65.
Eccl. 14.

Esa. 65.

Io. 15.

Ioannis 3.

stum. Glosa vero affirmat Iudeos sic cognouisse, vt nec ratione nec authoritate contradicere potuerit, sed non vere cognouerūt, ita vt menti eorū bene sederet. Thomas dicit (de cuius dicto sepe miratus sum) idem dicit Ambrosius, q̄ certe nouerunt eū esse Christū in lege promissū vt hominē, sed non cognouerunt naturā eius diuinā. Verū cum Petrus apls apertissime dicat. Fratres scio, quia per ignorantiā peccastis, sicut & principes vestri. Et paulus. Si cognouissent (inquit) nunquā dominum glorie crucifixissent. Christus quoque Matth. 16. pharisēos redarguit, quod eius aduentū non cognouerunt ex vaticinio Danielis, qui tempus illud determinauit: Faciem, inquit, cœli iudicare nostis, signa autē temporū non potestis. Vnde secundū Augustinū diuino moderamine factum est, vt prius Christi aduentus esset occultus: quoniā si manifestus fuisset, nemo illū iudicare aut occidere presumpsisset. Hinc igitur puto Iudeos sic agnouisse Christū, sicut cognouerūt diaboli: quia principio natiuitatis, vsq̄ ad horam passionis, nunquam habuerunt certam & stabilem de Christo notitiā, sed cōiecturalem, nutantem, at q̄ ambiguā. Interdum enim, visis aliquibus mirabilibus Christi, dixerūt: Scimus, quis sis. Et Iesu filij dei, quid venisti torquere nos? Interdum vero visis humilitatibus & pœnalitatibus eius, estimauerunt eum non esse Christum. Propter quod mortem eius procurauerunt. Ita Iudei quando q̄ verisimiliter suspicabantur eum esse Christū vt cum dixerunt: Si tu es Christus, dic nobis palā. Quādoque autem scandalizabantur in verbis factis, ac passionibus Christi, putantes, eum non esse Christum. Tādem vero, prevalēte inuidia, & sacerdotum ac legisperitorum persuasione populum auertente, pene omnes opinati sunt eum non esse Christum, dicentes cōcorditer: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Et: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissem⁹ eum.

Danie. 9.
Mat. 16

Mat. 4.
Mat. 8
Luc. 8.
Mat. 4.

Io. 10.

Mat. 27

¶Elucidatio cap. Vndecimi, scilicet, dico ergo: Nunquid repulit deus.

¶Articulus XV.

DE reprobatione Iudęorū iā multa cōmemorauit Apostolus, ne ergo ex hoc gentiles occasionem acciperēt spernēdi ac insultandi Iudęis, ostendit apostolus genus Iudęorū nō oīno desectum. [Dico ergo] per modū interrogātis, vt alioru quęstioni respondeam. [Nunquid repulit deꝰ populum suū?] Nunquid omnino abiecit Iudęos [Absit. Nā & ego] Paulus apls [Israelita sum] natus [ex semie Abrahā, de tribu Beniamin] filij Iacob. [Non repulit] .i. nō dimisit, sed gratiose vocauit [deus plebem suam] Iudaicā [quam pręsciuit] per approbationē. i. quā prædestinauit ad vitā, videlicet apostolos & alia multa milia Iudęorū. Et hoc declarat apostol⁹ per simile, quod
3.Reg.19 contigit sub Helia [An nescitis]. i. scire & considerare debetis [in Helia]. i. de Helia pphęta [quid dicit scriptura, quemadmodū interpellat]. i. ad iudicandum inuocat [deum] zelo iusticiæ, nō affectu inuidię [aduersꝰ Israel?]. i. decem tribꝰ idolatrię deditas, dicēs: [Domine prophetas tuos occiderūt] tempore Ahab & Iezabel. Quoniam reprehenderūt idolatriā eorū [altaria tua suf
Deut.16 foderunt]. i. funditus destruxerunt, ne remanerent loca
3.Reg.19 cultus diuini. Solebāt autem filij Israel etiam boni, immolare in excelsis, seu locis sublimib⁹, constructis illic primo altaribus [& ego relictus sum solꝰ] cultor tuus.
3.Rsg.3 Putabat nanq; Helias, oēs bonos in Israel fuisse occisos præsertim prophetas: nesciens quomodo Abdias procurator Ahab absconditos et centū quinquaginta prophetas in spelūcis. Spūs em̄ prophetiæ, nec semper, neque de oībus simul illuminat corda prophetarū. Quia & donum prophetiæ non est per modum habitus. Vñ cū Dauid dixisset ad Natham prophetam, quomodo vellet ædificare domū dño, statim respōdit. Oīa quæ sunt in corde tuo fac. Quod paulo post deꝰ prohibuit. Helizæus quoq; de muliere Sunamite loquens: Anima eiꝰ,
4.Reg4.

inquit, in amaritudine est, & dñs cęlauit me. Propterea dicit Gregorius, quod prophetę ex magno, vsu prophetandi, quędam dixerunt per spiritum propriũ quę putabant se dicere per spiritũ ꝓphetię. Hoc tamen de scripturis prophetarum veritatẽ nõ habet. Quoniã nihil scripserunt nisi per spiritum sanctum, [Et quęrũt animam meam].i. vitam meã extinguere quęrunt. Iesabel enim cum suis ministris quęrebat Heliam occidere. [Sed quid dicit illi] Helię [diuinum responsũ?] tollens eius errorem. Deinde ponitur responsio dei [Reliqui mihi].i. ad gloriam nominis mei, ab idolatria pręseruaui [septem milia virorum] Hoc dicitur, vel quia tot erãt determinate, vel ad designandũ vniuersitatem bonorũ relictorum Per septenarium enim vniuersitas, per millenarium vero perfectio, designatur. Porro de mulieribus, & his qui intra annum vicesimũ erant deũ colentibus, non fit mentio, secundũ consuetudinẽ Hebręorũ, qui nec pueros nec fœmĩas soliti sunt numerare. Hi tamen forsan plures fuerunt, quam viri: maxime cũ fœmine soleant esse deuotiores viris [qui non curuauerunt genua sua ante Baal] deum Ahab & Iesabel. 3.Reg.19.

[Sic ergo & in hoc tempore] nouę legis, & primi aduẽtus Chr̃i, seu p̃dicatiõis Apostolorũ, de quo scriptũ est: Ecce nunc tempus acceptabile, [reliquię] .i. aliqui pauci ex multis deo relicti.i. a deo conseruati [scd̃m electionem gratię].i. per gratiosam electionẽ, vel ꝑ gratiã ex diuĩa electiõe ꝓcedente [saluę factę sũt].i. liberatę, vocatę, & iustificatę, ꝑ Chr̃m [Si autẽ gratia] .i. si ꝑ gr̃am salutem hanc consecutę sunt [iã nõ ex operibus] .i. nõ propter merita ꝓpria sunt saluatę. Ideo dicit alibi apl̃s: Nõ ex operibus iusticiæ, q̃ fecimus nos: sed secundũ suã misericordiã saluos nos fecit. Et Chr̃s. Ioan.15. Esa.46. 2.Cor.6. Titũ.3.

Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos. [Alioqn gr̃a iã nõ est gr̃a].i. si dicãt̃ saluę factę istę reliquię per gr̃am & etiam propter merita, tunc gratia non erit gratia quia non gratis prestatur: sed erit debitum. Dictum est enim superius: Ei qui operatur, merces non imputa- Io.15.

tur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. [Quid ergo?] reſtat concludendū ex his? Hoc vtiq; quod ſubdit, [Q̄d quęrebat Iſrael]. i. cōmunis & maior pars Iudęorū [hoc nō eſt conſecutus] videlicet ſaluationē vero per Chriſm, [electio vero]. i. prędictæ electæ reliquię [cōſecuta eſt] gratiā iſtā [Ceteri vero] Iudęorum [excecati ſunt] corde [Sicut ſcriptum eſt:] [Dedit] nō influēdo malitiā, ſed permittendo eandem [illis] excęcatis iudęis [Deus ſpiritum cōpunctionis]. i. animum inuidio ſum, eos pungentē ex inuidia Chriſti ac Chriſti fideliū deditq; eis hoc modo [oculos] interiores [vt nō videāt]. i. rationem obtenebratam, nē Chriſtum & eiꝰ myſteria intelligant [& aures] cordis [vt non audiant] obędienter p̄dicationē euangelij [vſq; in hodiernum diē] Hæc dictio, vt, tenetur hic conſecutiue, nō cauſaliter. Noſtra tranſlatio continet ſic. Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſiones, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius &c. [Et Dauid dicit] in pſalmo [Fiat mensa eorum coram ipſis in laqueū]. i. menſa Iudęorū illaqueet eos. Quod & factū eſt. Siue per menſā itelligatur ſacra ſcriptura, quā Iudęi carnaliter intellígendo, laqueo dæmonum ſtrangulantur. Siue menſa, quā Chriſto crucifixo fecerunt, offerentes ei acetum & fel. Propter quā menſam meruerunt illaqueari. Vnde prædictis verbis præpoſuit Dauid in Chriſti perſona: Et dederunt in eſcam meam fel &c. Poteſt quoq; per menſam intelligi corporalis menſa Iudęorū: quando poſt Chriſti aſcenſionem congregati ſunt in Hieruſalem, vt paſcha celebrarent, & epularentur: & antequā egrederentur, a Romanis obſeſſi ſunt. Quęlibet harum mēſarum facta eſt eis [& in captionem] qua capti ſunt ab inuiſibilibus ac viſibilibus hoſtibus, ſ. dæmonibus q̄tum ad animam: & Romanis, quantum ad corpora [& in ſcandalum]. i. ruinam de vno pct̄o in aliud [& in retributionem] aliarum pœnarum [ipſis] [inflictarum in vltionem ſanguinis Chriſti [Obſcurentur oculi eorum] interiores [ne videant]. i. lumine fidei priuentur ne-

Eſa. 6.

Eſa. 29.

Io. 9.

Ps. 68.

Ps. 68.

ſuum errorē, aut Chriſti veritatē intelligant [& dorſū] eorū affectum, qui more dorſi onera cordis portat [ſeper incurua] a rectitudine iuſticię, atq; amore cœleſtiū ad iſta terrena. Vel dorſū eorum ſēper incurua. i. ſeruituti aliorū ſubiice eos. Sicut iā cernimus factū, quia Iudæi vbiq; ſeruiūt alīs. Sic em̄ in pſalmo habetur: Diuertit ab oneribus dorſū eius [Dico ergo Nūquid ſic offēderūt] exęcati Iudęi [vt caderent?] a ſtatu ſalutis, vide licet, vt ex eorū pctō nulli ſequat vtilitas. [Abſit] Nō em̄ pmitteret deus mala, niſi aliqua bona cōſequerētur ex eo [Sed illorū delicta]. i. Iudęorū obſtinatio atq; pfidia [ſalus eſt gentibus]. i. occaſionē ſalutis gentilibus phibuit. Quia Iudęis p̄dicationē Chri, & apſtorū ſpernentibus, facta eſt iuſta ad gentes tranſmigratio, prout Actu. 13. Paulus Barnabaſque dixerūt: Vobis oportebat primum loqui verbum domini, ſed quia repuliſtis illd, ecce cōuertimur ad gētes Sic ei p̄cepit nobis dñs. [vt illos æmulētur]. i. quaten⁹ Iudęi imitētur gentiles ad fidē cōuerſos, exemplo eorū fidem amplectendo: ſicut iā particulariter factū eſt, & circa finem ſæculi generaliter fiet: cū venerit Helias, & reſtituerit oīa [Qd' ſi delictū illorū]. i. incredulitas Iudęorū [diuitiæ ſunt mūdi]. i. occaſio ſpūaliū diuitiarū, videlicet, cœleſtiū gratiarū gentiliū, ſicut iā dictū eſt [& diminutio eorū]. i. ſi de pauperatio, vel paucitas Iudęorū, ad fidēcōuerſorū (puta apoſtoli) [diuitię] ſūt [gentiū]. i. inſtrumentales cauſę, p quas ſpiritualiter ditatę ſunt gētes, pticipādo copioſa munera gratię Chri, [quāto magis plenitudo eorū?]. i. oīmoda & plena cōuerſio Iudęorū, in fine mundi futura, vtilis tūc erit alīs. Bonū enim eſt potior cauſa boni, q̄ malū. [Vobis em̄ dico gentibus] ad fidē cōuerſis [Quādiu quidem ego ſū gentiū Apoſtol⁹] .i. ad gentiū cōuerſionē ſpecialiter deputatus. Sicut dominꝰ aiebat ad me: Vade, quia ad gētes lōge mittam te. Hoc autē fuit toto tēpore p̄dicationis meæ [miniſterium meum honorificabo] .i. apoſtolatus mei officium, ſcilicet actum prædicationis reuerentur implebo,

ps. 28.

Actu. 22.

faciendo vltra debitum, intẽdendo videlicet nõ gẽtiũ solũ, sed & Iudæorũ cõuersioni [si q̃ modo] .i. vt aliq̃ modo [ad æmulandũ] fidẽ meã [puocẽ] verbis, signis ac moribus [carnẽ meã] .i. Iudæos, mihi carnali affinitate cõiunctos [& saluos faciã] dispositiue ac instrumẽtaliter [aliquos ex illis] Scio enim me non oẽs posse cõuertere: cũ hoc in fine mundi futurũ sit [si enim amissio] .i. perditio [eorũ reconciliatio est mundi] .i. gentiliũ occasionaliter [quæ assumptio] .i. qs erit fructus assumptionis electorũ Iudæorum ad fidẽ [nisi vita ex mortuis?] .i. spiritualis viuificatio gentium, a morte peccati reſurgentiũ, per p̃dicationem electorum Iudæorum, videlicet apostolorum. Magis enim proficere debet electorũ assumptio, quam reproborũ repulsio. ¶ Dent q̃, q̃d Iudei quandã habilitatẽ habeãt ad conuersionẽ, nec de eis desperandũ sit, manifestat Aplꝰ per similitudinem delibationis & massę, radicis quo q̃ & rami. Delibatio autẽ, est modicum quid, de re aliqua sumptum, ad experiẽdum valorem totius. Ita q̃ ait. [Q d̃ si delibatio sancta est] .i. Si paruus grex ex multitudine Iudęorum ad gratiam dei assumptus, videlicet ordo apostolorũ, & aliorum ex Iudaismo credentiũ, sanctus est [& massa] .i. tunc etiã tota multitudo poterit sanctificari [Et si radix sancta] .i. cum ipsi patriarchę & prophetę, de quib⁹ radicib⁹ pullulauit plebs Iudęorũ, fuerint sancti [& rami] .i. nati ex eis poterunt sanctificari. Hæ ergo similitudines intelligendę sunt, quantum ad potentiam seu aptitudinem, non quantum ad actum, quia & delibatio, massa, radix, & ramus non conueniunt hom̃ib⁹ nisi metaphorice. ¶ Consequẽter Apostolus reprimit gentes a contemptu Iudęorum, eo q̃ gentes p̃ fideles Iudęos conuersi sint. [Q d̃ si] .i. q̃is [aliqui ex ramis] .i. populo isto ex patriarchis nato [fracti sunt] .i. a fide & gr̃a patriarcharũ alienati ac mortui, [tu aũt] gentilis [cũ oleaster esses] .i. ꝓpter pctã tua, similis oliuæ syluestri, amarę ac sterili [insertus] .i. diuina miseratione incorporatus, at q̃ p̃ gr̃am adunatus [es in illis]

ad Gal. 2.
zacha. 10
Deliba.
Eccl. 44.
Mat. 21.

.i.in ramis ſanctis ac ſtantibus,ſ.Apoſtolis,cæteriſq; electis Iudeis. Vel in illis .i. loco ramorū fractorū[& ſocius radicis].i.collega & cōſors ſeu particeps pīarcharū,imitādo fidē ipſorū[& pīguedinis oliuæ].i.ſocius ſpiritualis opulētiæ,cōſolationis,& grāe apoſtolorū ſeu electorū iudeorū:quorū q̄libet erat ſicut oliua fructifera,ī domo dei[fact9 es. Noli gloriari]ianiter & ſu ſupbe[aduerſ9 ramos]fractos.i.infideles Iudęos,quaſi nō poſſent reparari.[Q̄d ſi gloriaris]cōtra illos ianiter ecce dico tibi verbū,p q̄d potes errorē tuū aduertere.[Nō tu radicē].i.plebē Iudaicā[portas] eā ſuſtentādo aut roborādo[ſed radix].i.plæbs iſta portat[te]docēs ac roborās te in vīa Chriſti. Gentiles em̄ ex Iudęis ſpū aliter nati ſunt recipiēdo p eos fidem & euāgeliū Chri. Iccirco nō debēt inſultare Iudeis. ¶Dicīt apoſtol9 ſoluit obiectionē gentilium arguentium ſe poſſe gloriarī cōtra ramos fractos,quamuis nō cōtra radices ramoſq; ſtātes.[Dicis ergo]tu gētilis.[Fracti ſūt rami].i. Iudęi a gratia excideruīt[vt ego inſerar]ſecundum modū iam declaratum,[Bene].i.ita ſit,& verū dicis. Nā[propter incredulitatē]ſuā & cordis obſtinationē[fracti ſunt tu aūt fide]¶tute & merito fidei tibi conceſſę[ſtas]cor de erectus ad deum. Verūtn̄.[Noli altū ſapere],i.ſupbire, vel de te ipo ſubl imiter q̄d ſentire,p̄ferendo te illis:quaſi tu em̄ dilect9 ſis deo,vt deus p̄miſerit illos frāgi,quaten9 tu inſeraris. Illi em̄ fracti ſunt & p ſe,p̄pter ſuā incredulitatē:ſed propter tuā inſertionē,fracti ſunt indirecte & occaſionaliter[ſed time]iudicia dei,filiali ac caſto timore. Hoc q̄d dictū eſt: Noli altū ſapere,q̄dam allegare ſolent aduerſos ſtudioſus, q libros difficiles & profundos legere ſolent,non intelligentes mentē Apoſtoli,neq; penſantes formā & finē introductionis horū verborū. A liq tn̄ ambulant in mirabilibuſup ſe quib9meli9 eſſet,circa p̄priorū vitiorū eradicationē, atq; dominicę paſſionis meditatonē,occupari aſſidue. Cur aūt gentilis cōtra Iudęū ſupbire nō debeat,ſubdit[Si enim deus naturalibus ramis].i. Iudæis filīs pro

Mat 4a

i.Pet.1

Eſai.7.
Mat.13
Mar.16
Ioh.5.

phetarũ, ac patriarcharũ, q̃ rõne originis videbant̃ specialiter ꝓtinere ad numerũ electorũ, q̃ a Chꝛo appellati
Mat.8. sunt filij regni, [nõ pepercit] sed eos ꝓpter superbiam
dereliq̃t, & spreuit, vide [ne forte nec tibi parcat] qui
8.Io.2. alienigena eras & oleaster. Ex ꝓinductis infert Apꝛs
saluberrimã admonitionẽ [Vide ergo] o gẽtilis Chꝛistiane. i. diligenter cõsidera [bonitat ẽ]. i. misericordiã [& seueritatẽ]. i. rigorẽ iusticię [dei] vt dicas veraciter cum
ps.100. psalmista. Misericordiã & iudiciũ cantabo tibi domine
p.24. Et rursus, Vniuersę vię dñi, misericordia & veritas.
Actuũ.13. [In eos quidẽ qui crediderũt] peccando, & pœnã de-
Actu.18. bitam sustinendo, scilicet in Iudęos vide [seueritatẽ]. i. districtam dei iusticiã, q̃ illos iuste reliquit [in te autẽ]
ad Chꝛm conuerso vide [bonitatẽ]. i. clemẽtiam dei, [si
Io.15. permanseris in bonitate]. i. in bona & virtuosa conuersatione [Alioquin & tu excideris] a mystico corpore Chꝛisti, atq; a radicę oliua prædictis, eriq; stirps inutilis, & igni traderis. Cũ ergo ignoremus an permansuri simus in bonitate, oportet nos semp esse timoratos atq; solicitos, attendentes & vigilanter implentes illud.
Dueute.4. Deut.4. Custodi temetipsũ, & animã tuam solicite, & ne obliuiscaris verborũ dei tui, cunctis diebꝰ vitę tuæ. [Sed & illi] fracti rami, infideles Iudęi [si nõ permanserint] finaliter [in incredulitate inseretur] consortio electorũ, seu radicis suę, videlicet patriarchis, & erũt veri filij eorũ, non solum carnali origine, sed fide ac opere
Iob.8. [Potens est enim deus] cui nihil difficile est [iterũ insere
Esa.43. re illos] impios iustificãdo, ideo desperandum nõ est. [Nam si tu] gentilis [ex naturali excisus es oleastro]. i. a conuersatione uiciosa & sterili liberatꝰ, & ꝓ hoc ateipo mutatꝰ, q̃ eras oleaster naturalis ꝓ similitu dinẽqm̃ i gẽtilitate natꝰ ac enutritꝰ fuisti [& cõtra naturã]. i. so-
Mat.15 litũ cursũ naturę, q̃ nõ solet surculũ malũ, inserere arbori bonę [insertus]. i. intime copulatus [es] per fidem.
charitatem, & gratiam [in bonam oliuam] .. Oliuæ
Tob.12. bonæ, pingui, & fructuosæ, videlicet sanctis patriar-
Ps.8. chis, atq; apostolis, spũali pinguedine, internæ consola

tōis syncerissimę cōtemplationis, ac feruidę dilectiōis copiose repletis [quanto magis hi, qui sunt secūdū naturā].i, Iudęi q sunt naturales rami (vt patuit) [inserent̄] .i. incorporabunt̄ [suę oliuę].i. populo suo electo, si nō ꝑmanserint in incredulitate. Nēpe, vt ait Origines, facilius esse videt̄ proprię arboris ramos suę radici reddere, q̄ inserere alienos. Si ergo gentiles inserti sunt fidei apostolorū ac ꝓphetarū, multo facilius Iudęi inseri poterunt si tñ fecerint, q̄d in se est. [Nolo em̄ vos ignorare] o [fratres mysteriū].i. diuinū secretū, seu ocultū dei iudicium [hoc] (quod subdit̄) [vt non sitis vobis ip̄is] .i. in proprijs oculis [sapientes quia cęcitas ex parte].i. ꝙ spiritualis excęcatio [cōtingit in Israel].i. in populo Iudęorū quę cecitas duratura est [donec plenitudo gētium].i. vniuersitas gētilium prędestinata [intraret] statū salutis, & Christi ouile [& sic] ingressis gētilib⁹ [oīs Israel].i. totus populus Iudeorū [salu⁹ fieret] credēdo in Chr̄m. Quod erit circa terminū mūdi, p̄dicātib⁹ Helia & Enoch, q patefacta Antichristi neq̄tia, ppl'm Iudęorū tūc sup̄stitem existentē conuertent. Quē admodū ꝑ prophetā dñs ꝓtestat̄. Ecce ego mittā vobis Heliam ꝓphetā, anteq̄ veniat dies dñi magn⁹ & horribilis: & cōuertet cor patrū ad filios, et cor filiorū ad patres. De qua etiā finali Iudeorū cōuersiōe, & lōga eorū interī desolatiōe scriptū est ꝑ ꝓphetā, Dies multos sedebūt filij Israel, sine rege, & sine prīcipe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephot. & sine Teraphin. Et post hæc reuertāt̄ filij Israel, & q̄rent dñm deū suū & Dauid regē suū, & pauebūt ad dñm & ad bonū ei⁹ in nouissimo dierū. Per Dauid aūt omnes intelligunt Chr̄m [Sicut scrptum est] Esaię.59. secundum tanslationem.70. [Veniet ex Sion].i. ex populo Iudæorum nascetur & egredietur Christus [qui eripiat] modo, quantum ad aliquos [& euertat] in fine mundi, communiter impietatem], id est, infidelitatem & cætera vicia [ab Iacob] id est, a populo Iudæorum [Et hoc illis a me testamentum,] id est, euangelica lex

Origines

EPISTO.
Iob.13
Iob.37
Pro.3
Pro.10
Hie.33
1.Ti.2
Malac.vlti
Luc.1
Oseę.3.
Osee.3

seu firma promissio hereditatis æternę dabit Iudęis a me[cū abstulero peccata eorum] i fine mundi cum cō uertero eos ad Christum. Sic enim scriptū est: Reuertet
Miche.vl. & miserebitur nostri. Deponet omnes iniqtates nostras, & proȝciet in profundū maris omnia peccata nostra. Porro translatio Hieronymi talis est: Timebunt, qui ab occidente, nomen domini: & qui ab ortu, gloriam ei9: cum venerit quasi torrens violent9. & venerit Sion re demptor, & eis q redeunt ab iniquitate in Iacob. Hoc
Luc.2 fœdus meū cum eis [Secundum euangelium quidē] .i. propter euāgelium Christi, cui contradicunt, sunt Iudęi iam [inimici] deo & bonis hominibus. Et hoc [propter vos] .i. ad vestram vtilitatē: quia (vt dictum est)
Mat.15. Esaię.6 Iohan.12 ideo pmisit eos deus excęcari, vt eorum excęcatio esset occasio illuminationis gentilium [secū dum electionem aūt] .i. propter gratiam eligentis, sunt quidam eorum [charissimi] deo .i. singulariter prędilecti, sicut apostoli [propter patres] .i. vt promissiones factę patriarchis, i plerentur in his electis, reliquȝ Iudęorum. Vel, secun dum electionem .i. ob exhibitionem beneficiorū dei eis collatorum, & quia ad cultum dei specialiter deputati fuerunt, sunt charissimi. Et hoc propter patres, .i. quia de semine patriarcharum sunt. Cur autem propter pres sint charissimi secundum electionem subiūgitur [Sine pœnetentia enim] .i. sine variatione propositi & dolo re [sunt dona] dei gratuita [& vocatio] qua vocat, vel vocare decreuit, electos ad gratiam, hoc est, deus non
Marc.3. Mat.22. Ioha.10 pœnitet de hoc quod aliquibus Iudæorū, decreuit atq; promisit salutē cōferre: iccirco sicut ꝓmisit patriarchis
1.Reg.15 Iaco.1 conuersionem Iudęorum, sic fiet. Vnde scriptum est: Porro triumphator in Israel pœnitudine non flectetur.
Gene.6 Neq; enim homo est, vt agat pœnetētiam. Et Iacobus Apud quem nō est transmutatio, nec vicissitudinis obūbratio. Quod ergo in Genesi ait, pœnitet me fecisse hominē, methaphorice dicitur. Sicut & illud. Tact9. do lore cordis intrinsecus. Vel sic. Sine pœnitentia em̄ hominis præcedente, sūt dona dei & vocatio ad fidē. Nō

enim propter meritum propriũ quisq̃ ad fidẽ vocatur gratiãq; primã sortit̃. ¶ Ponit pręterea sctũs Apostolus conuenientiã quandã ad declarandum, qđ Iudęi tãdem misericordiã cõsequentur [Sicut em̃ aliqñ]. s. tempore idolatrię vestrę [& vos] gentiles [non credidistis deo] sed idolis [nunc aũt] tempore euangelicę p̃dicationis [misericordiã]. i. gratiã dei. [consecuti estis propter illorum] videlicet Iudęorũ [incredulitatẽ]. i. occasione incredulitatis eorũ. Quia hoc illorum damnatio & excisio fuit occasionaliter vestra salus, atq; insertio: sicut ostensum est [ita & isti] Iudęi [nunc] tempore gratię [non crediderunt in vestrã misericordiam] id est, non crediderunt, quod veraciter misericordiam consecuti essetis. Vel non crediderũt. i. credendo non peruenerunt ĩ vestrã misericordiam. i. in fidem & gratiã a deo vobis clemẽter exhibitam, [vt & ipsi misericordiam consequantur]. i. miseratio vobis impensa fiat eis miserationis acquirendę occasio. Quoniã deus, qui nunc misertus est gentibus, tãdem dignũ ducet misereri Iudęis, qui olim fuerunt populus peculiaris. Sic ergo de Iudęis & gentibus factum est. [Conclusit enim]. i. esse cõuicit, seu concludi permisit [de⁹ omnia] genera hominum. s. Iudęos & gentiles [in incredulitate]. Vterq; enim popul⁹ multoties idolis deseruiuit [vt omnium misereatur] quosdã ex omnibus illis cõuertat, ac saluet. Hęc dictio, vt tenet̃ hic consecutiue, non causaliter: quia non ideo permisit deus illos errare, vt misereret̃ eis. Sic em̃ nostra malicia esset directe causa glorificationis, seu manifestationis pietatis diuinæ, & ita placeret deo. Indirecte tamen est causa eius (vt dictum est) secũdum quod bon⁹ deus nõ permitteret mala, nisi bona elicerentur ex malo. Ex consideratione insuper mirabilium, quæ de prędestinatione, ac reprobatione, & eorum quæ sequuntur ex illis inducta sunt, admirãs Apostolus, stupẽs ac tremẽs exclamat: [O altitudo]. i. sublimis profunditas, & profunda sublimitas [diuitiarũ]. i. plenitudinis [sapientiæ] quantum ad diuina & superiora, [& scientiæ]

Oseę.3. 4.Reg.17. Act.14. Act.13. Mat.28 1.Tim.2. EPISTO.

Baruch.4. quantũ ad humana ac inferiora [dei] oĩa cognoscentis.
Io.16 Cuius notitia quamuis ĩ se vna & simplex consistat, mul
Psa.138 tis tamẽ nominibus designatur secundum diuersitatem
Col.2 eorum quę cognoscuntur. Quanta autem sit altitudo sa
pientię atq; scientię dei, ex scriptura aliquo modo inno
ps.47et146 tescit. Ait em̃ psalmista Magnus dominꝰ noster, & sapiẽ
ps.148 tię eiꝰ non ẽnumerus. Item Mirabilis facta est scĩa tua ex
Heb.4. me, confortata est & nõ potero ad eã. Altitudo aũt di
Eccle.24 uitiarũ sapię dei aliud nõ est, nisi sapĩa dei altissima atq;
Eccle.23 plenissima [q̃ incomprehensibilia sunt iudicia eiꝰ] Siue
[illegible] p iudicia dei intelligamus dispositiones rerũ seu decre
Iob [illegible] ta dei de rebus, secũdum q̃ dispositiones istę sunt ĩ mẽ
ps.35 te diuina, siue effectus diuinę iusticiæ, quos deꝰ iudicã
Sapien.7 do efficit in rebꝰ. Certum est q̃ iudicia ista oẽm capaci
Eccle.19 tatem mentis humanę prorsus excedunt, quẽadmodũ
Sap.8.9 sapientia, scientia, & iusticia. vnde procedunt. Propter
&.12. quod scriptum est Hierimię.32. Fortissime, magne, do-
Iob.38 minus exercituũ nomen tibi, magnꝰ consilio & inconp̃
hensibilis cogitatu, Iob q̃q;.37. digne eum inuenire nõ
possumꝰ. Magnus fortitudine, & iudicio & iusticia, &
enarrari non potest. Ideo timebunt eum viri, & non au
debunt cõtemplari omnes qui sibi videntur sapientes
[& quam inuestigabiles] sunt [vię eius]. i. processus seu
ps.76 executiones operũ diuinorum, q̃a nec modum emana
Sapien.7 tionis rerum a deo nec modũ gubernationis, nec modũ
Esa.48 beatificationis electorum intelligere possumus. Ideo Sa
Sap.14 lomon dicit. Cunctę res difficiles, nõ pot est homo eas
ps.83. explicare sermone. [Quis em̃ cognouit sẽsum domini]
Apo.9 .i. dictamen intellectus diuini de rebus videlicet, quid
Deus de creaturis suis facere cogitauit, q̃d de singulis
Eccle.1 sentiat, quid de om̃ibꝰ intra se iudicet, nescit hõ an amo
re dignus sit, an odio. Ideo Sapĩe.10. legit̃. Sensũ tuum
dñe quis sciet nisi tu dederis sapientiam, & miseris spi-
Iob.26. ritum tuum de cœlis? [aut consiliarius eius fuit?]. i. quis
Hiere.24. dedit deo consilium de dispõnibus & ꝓductionibꝰ re
ps.65 rum? Nullus plane, q̃a nõ indiget alicuius auxilio, aut
Esa.9 doctrina. [Aut quis prior dedit illi]. i. quis aliquid per

fectionis contulit Deo, existens ante eū [& retribuet ei] Iob.35.41.
a deo donū condignum? Null9 vtiq;, quia omnia alia Ioan.1.
habent a deo quicquid habent boni, & sunt. Hoc sum-
sit Apostolus ex eo quod scriptū est in Esaia. Quis ad- Esa.4.
iuuit spiritū domini, aut quis consiliarius eius fuit, &
ostendit illi? Cū quo inīt consilium & instruxit eū &c. 1.Cor.11.
[Quoniam ex ipso, & per ipsum, & i ipso sunt omnia] ex xpo
De huius verbi intellectu multa dici possent, sed breui per ipm
ter dico, q; deus est causa rerum in triplici genere cau- & in ipo.
sandi. Est enim causa efficiens, causa formalis formans
seu exemplaris, & causa finalis. Dicitur autē causa effi- Sap.1.
ciens ratione potentię, qua cuncta creauit, causa exem- Io.1.
plaris, ratione sapientię, qua vniuersa disposuit & di- Prou.3.
stinxit, causa finalis ratione bonitatis, qua omnia ad se- ps.96.
ipsū reducit, conseruat, & ad proprios fines inclinat. Col.1.
Quoniam ergo potentia attribuitur patri, sapientia fi-
lio, bonitas spiritui sancto, iccirco quod dicitur, ex ipo
proprie refertur ad patrem, quod vero adñcitur, per
ipsum refertur ad filium. (Omnia enim facta sunt p
ipsum) & quod subditur, in ipso, refertur ad spiritum
sanctū, cui ratione clementię cōpetit res conseruare, p
ficere, inclinare ad optima. Et ita in verbis Apostoli no
tatur trinitas personarū, & distinctiua proprietas cau-
salitatis eorū. Veruntamen cum vnaquęq; diuina p̄so-
na, sit verus creator, perfecta causa omniū rerū, & vni
cuique earum cōueniat potentia, sapientia & bonitas, i-
deo de qualibet triū p̄sonarū intelligi potest, quoniam
ex ipsa, & per ipsā, & in ipsa sunt oīa. Nam & quęlibet
earū est omniū rerum causa efficiens creāda exēplaris
scdm æternam rationē, ideā seu speciē producendo. Fi
nalis vniuersa, propter debitū finē, & maxime propter 1.Tim.1.
vltimū finē agendo & cōseruando. De hoc prio sentē-
tiarū aptior loc9 est. [Ipsi deo vni ac trino] [Honor &
gloria in sęcula sęculorum Amen.] Nil iustius nil q; ad
promerendum efficatius, quam vt toto corde optem9
deum ab omnibus honorari & glorificari, totisq; viri-
bus faciamus hoc ipsum.

¶Elucidatio cap. Duodecimi, ſ. Obſecro itaq; vos fratres. ¶Artic. XVI.

EPISTO. Ephe. 4 Ti. 3 Mat. 18

POſt reductionem Romanorum ad ſanctam cõcordiam, iam inſtruuntur in moribus [Obſecro itaq;] .i. per ſacrum aliquod rogo [vos fratres] videlicet p miſericordiã dei] .i. per pietatẽ ac bonitatẽ diuinam, vt propter diginitatem ac reuerẽtiã eiꝰ acquieſcatis petitioni meę. Vel, per miſericordiam dei .i. per effectum diuine pietatis, ſcilicet per gratiam dei, mihi & vobis impenſam. Potius aũt dicit obſecro q̃ iubeo, quia (vt Seneca ait) generoſus eſt animꝰ hominis, & facilis ducit̃ q̃ trahitur. Vñ & Philemoni ſcribẽs apoſtolus fiduciam inqt multam habens inperandi tibi, ꝓpter charitatẽ magis obſecro. [Vt exhibeatis] .i. agatis & ſpõte offeratis dño [corpa vra] (nõ ſolũ exteriora vra) [hoſtiã viuẽtẽ] .i. viuifice mortificatã & mortifice viuificatã quat enꝰ corpa vra fiãt hoſtię p carnaliũ deſideriorũ mortifiationẽ ſeu extirpationẽ, iuxta illd. Mortificate mẽbra vra, quę ſũt ſuper terrã Et iterũ Q̃m ꝓpter te mortificamur tota die. Sĩt vero hoſtię viuentes p opationes ⁊ tuoſas vitã ęternã mercãtes [ſctãm] a carnalibꝰ ſordibus expurgatam, [deo placentem] id eſt, ad vltimum finem deiq; gloriam, ordinatam [rationabile] id eſt, diſcretum ac moderatum ſit [obſequiũ veſtrum] quod deo offertis in corporis veſtri caſtigatione, ne caro vltra vires maceretur & debilitetur, ſicq; de cętero operum bonorum inſtrumentum eſſe non poſſit, & ne nimis delicate tractetur, aut minus iuſto affligatur Cum enim corpus ſit animæ inſtrumentum, regendũ eſt ſecundum exigentiam vtilitatemq; animæ, vt tantum affligatur in parcimonia cibi, potus, ſomni, veſtitus & omnium exteriorum conſolationum, quantum anima ferre poteſt ſine corporis defectione. Idcirco diſcretio ſumme neceſſaria eſt, quæ eſt mater & cuſtos ac fotrix virtutum. Propterea enim ſcriptum & iuſtum eſt In omni oblatione offeres ſal. Et Chriſtus Marci. 9. Habẽte (ait) in vobis ſal. Hic etiam ſcriptum eſt Hiere. 48

1. Cor. 7

Exod. 35 2. Cor. 9 Sapi. 2. Gal. 2 2. Cor. 4 Coloſſ. 3 ps. 43 Su. 6. Leu. 20. 22. ps. 55

Leu. 2

Quia plus fecit q̄ potuit, iccirco periit. Corporalis igit exercitatio moderāda est secundū quod expedit profectui animę in interioribus suis. [Et nolite conformari] affectu, actu, consensu, aut simili modo [huic seculo]. i. mūdanis & vanis hominib⁹. Amicitia em huiꝰ mūdi, inimica est deo. Qui ergo voluerit amicus huius mūdi fieri, inimicus dei cōstituet. Ideo monet Ioannes. Nolite diligere mūdum, neq; ea quę in mundo sunt [sed reformamini]. i. amissā dei similitudinem, rursus acquiri te [in nouitate sensus vestri]. i. adipiscendo spiritualem atq; internam mentis vestrę innouationē. Deformati enim sumus in primo parente perdendo originalē iustitiā, p quā deo assimilibamur, & incurrēdo originale peccatū & vulnera animę, quibus primo parēti lapso conformamur. Iubemmur ergo exuere veterē hominē cum actibus suis, & induere nouū qui secundum deū creatꝰ est. vt renouetur sicut aquilę inuentꝰ animę nostrę, obtinendo quotidie vigorē virtutum, & gratiarū cœlestiū recentē decorem, sicq; redeamus ad pristinā baptismatis innocentiam, atq; originalis iustitię conformitatem. Hoc est quod in prima canonica admonet beatissimus Petrus. Deponētes omnē maliciam quasi modo geniti infantes rationabiles, lac cōcupiscite, vt in eo crescatis in salutē. Et Hieremias. Innoua dies nostros sicut a principio. Sic itaq; reformari studete [vt probetis]. i. experimēto discatis & experiri possitis per gustū spūs sancti habitantis in vobis [quę sit voluntas dei]. i. quid deꝰ velit, quid deo complaceat, cuiꝰ vtiq; voluntas [bona] est quia nō vult nisi bona [& beneplacēs] electis fidelibus & amicis, q̄ sunt vnū cū deo per vnionē affectuū [& perfecta]. i. sanctissima, & cunctis rebꝰ prętantior.

¶ Aduertendū autē, q̄ voluntas dei quandoq; accipit pro potentia siue actione volitiua existente in deo qua vult, quę semper implet. De qua ait Esa. 46., Consilium meū stabit & omnis volūtas mea fiet. Et psal. Omnia quęcunq; voluit dominus, fecit. Hæc est volūtas beneplaciti, & secundum hanc acceptionem voluntatis diui-

Ozeę. 19.
Iaco. 1.
2. Tim. 2.
Iaco. 4.
1. Io. 2.
Baruch. 3.
Thes. 1.
Ephe. 4.
Geñ. 3.
Col. 3.
ps. 102.
1. Pet. 2.
Tren. vlti.
ps. 33.
1. Thess. 4.
Miche. 6.
Ephe. 5.
Colo. 3.
1. Cor. 6
Gen. 17.
Mat. 5.
ps. 34.

Duę voluntas dupliciter

Bñplacita q̄ tūdē voluntas quo q̄ sensu accipiat
Sigm q̄ tūdem pt voluntas aliq̄ actu voluntatis ē/ quę

næ procedit expositio iã inducta. Secundo, voluntas dei, dicitur id quod vult, vel signum volũtatis diuinę, Sicq; præceptum & consiliũ, dicũtur voluntas dei quę non semp impletur. Ideo petimus eã impleri, dicentes Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. Et de hac q̃que voluntate potest exponi litera, hoc modo. Probetis, per executionẽ, quæ sit voluntas dei, id est iussio, cõsultio, prohibitio voluntatis diuinę, quę iussio, consultio &c. est bona in quantum cõcernit bona naturę, & statum incipientiũ. Est & beneplacẽs deo ac bonis hoibus prout respicit bona gratię, & statum proficientiũ. Est quoq; perfecta, secundum quod respicit bona glorię quę iubet finaliter appeti, & statum perfectorũ. Qui autẽ sanctam atq; internã vitam ducit, experimẽtaliter nosci & gustat quid placeat, & quid displiceat deo.

Mat.6.
Mat.7.
Luc.11.
Ecc.13.
Ps.36.
Es.58.
Ps.103.
Ecc.21.
Ioannis.1.

Dum enim remorsum non habet, sed deo solicite seruit & delectatur in ipso, omne peccatũ detestans, tunc spiritus sanctus phibet ei testimonium quod voluntas sua vnita & cõcors sit deo. Vñ ait saluator. Si quis voluerit volũtatẽ dei facere, cognoscet de doctrina an ex deo sit. ¶ Cõsequenter iubet Aplꝰ vt omne obsequiũ & exercitiũ nostrum internum sit rationabile seu discretum.

Gal.2.
Eph.3.
1.Cor.7.
Eccl.7,
Ps.130.

[Dico enim].i. præcipio [per gratiã quę data est mihi].i. apostolica authoritate mihi gratiose collata [omnibus qui sunt inter vos] Iudęis & gentibus ad fidem cõuersis [nõ plus sapere, quã oportet sapere].i. nõ magis inuestigare, discutere contẽplari diuina mysteria, fideiq; arcana, quã oportet vel expedit, quã scriptura docet, quã intellectus vester capere valet. Propter q̃d Dion. & Damascenus testant. Non est audiendum aliq̃d de supersubstantiali dictate afferere, præter ea quæ nobis in sacris eloquijs tradita sunt. Deniq; scrutator maiestatis opprimetur a gloria, tanquam temerarius & præsumptor: Idcirco legitur. Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper. Per hęc tamen & similia non prohibetur humilis perscrutatio, profunda & di-

Dionysius Damascę.
Ecc.3
Io.15.

ligens inquisitio sacrę scripturæ in locis difficilibus, & in his quæ huiusmodi loca concernunt, cū dicat Psal, Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea aīa mea. Sed semper in tali studio innitendum est auxilio gratię dei. Propter quod ait idē Psalmographꝰ Reuela oculos meos, & cōsiderabo mirabilia de lege tua, [sed sapere ad sobrietatē:]id est temperare [& vnicuique] vestrum pręcipio sapere [sicut deus diuisit mensuram fidei]id est, secundum modum, quem fides docet esse seruandum in hoc, vt scilicet vnusquisq; secundum exigentiā sui officij occupet se in pscrutatione diuinorū. Vel, secundum mensurā fidei. i. secundum qualitatem donorū quę per fidē præstant. Qui enim maiora dona sapientię & scientię receperunt, profundius inuestigare possunt diuina, quā simplices: immo vt Dionysius asserit, quod vni cibus est, hoc alteri est venenū. ¶ Qđ autē diuersis diuersa data sint dona mensurate diuisa, diuersos actus habentia, ostendit per simile in corpore humano. [Sicut enim in bono corpore]naturali organico, animato [multa membra]videlicet oculos, manꝰ, pedes [habemus, omnia autē membra non eundē actū habēt: ita multi]fideles vnum corpus mysticum, charitate cōnexum [sumus in Christo]capite nostro, a quo motum virtutū, & vitā gratię participamus: sicut a capite cętera membra, motum & vitam naturalem recipiunt [Singuli autem]sumus [alter alterius membra]id est, vnusquisq; nostrū est membrum alterius mysticum, puta p similitudinem spiritualem. Quoniam sicut vnum membrum seruit atq; cōmunicat alteri suam vtilitatē: vt oculus videt toti corpori, manus operantur pro sustentatione totius corporis: sic vnus fidelium communicare debet alteri dona sibi concessa. Quemadmodum PETRVS hortatur. Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam admīnistrantes. Gratiæ etenim gratis datæ, quamuis aliquibus specialiter dentur, ordinantur tamen ad commodum aliorum. Vnde de diuersitate donorum singulis concessorum

ps. 118.
ps. 118. Ti. 2.
1. Cor. 12.
2. Cor. 12.
Ephe. 4.
Eccle. 37.
1. Cor. 7.
Ephe. 4.
1. Cor. 12.
Neem. 4. Io. 13.
1. pe. 4.
Mat. 10.
1. Cor. 10.

EPISTO. subiungitur. [Habentes autem donationes] .i. sic singuli sumus membra alterius, sed habemus donationes [secundum gratiã, quę data est nobis, differentes] .i. dona distincta secundum gratiam maiorem vel minorem nobis impensam.

1. Cor. 12.

Vnusquisque enim suum donum habet a deo: alius quidem sic, alius vero sic: secundum qđ

Sapien. 4.

misericordia & gratia dei maior est ī vno, q̄ in alio. Cætera quippe dona supernaturalia siue gratuita, mẽsurã gratię habitualis & primę, aliquo modo sequuntur.

¶ Deinde explicat dona ista diuersis diuersimode distributa. [Siue prophetiã] .i. reuelationem secretorum, maxime futurorum, humanam rationem transcendẽtiũ sumus habentes, & hoc [secundum rationem] .i. secđm finem & exigentiã [fidei] catholicę. Prophetia nãq; ordinatur ad fidei roborationem, & proprie respicit ea q̄ pertinent ad salutem: quę est finis, quem fides docet atq; proponit. Ideo secundum fidei rationẽ prophetia cõfertur diuinitus, & sic habeẽt a nobis. [Siue] habẽtes [ministerium ecclesiasticum, vt ordinati sumus membra aliorum in ministrando] eis sacramenta ecclesię. [Siue qui docet,] .i. gratiã instruendi habens, sit membrũ alterius in doctrina] .i. in exhibitione doctrinę. [Qui exhortatur] .i, gratiã exhortationis fortitus, sit membrum aliorum [in exhortando] eos ad meliora [qui tribuit] eleemosynam tribuat [in simplicitate] .i. simplici intentione, videlicet, ad gloriam dei, nõ propter laudem humanã. [Qui præest], id est, prælatus seu princeps, p̃sit sibi subiectis [in solicitudine], id est, vigilanter & timorate, ppendens illud: Sapien. 6. Iudicium grauissimum in his q̄ præsunt, fiet. Si enim vnumquemq; nostrum, iuxta Michæam prophetam, oporteat solicite ambulare cũ deo suo, quanto magis aliorum prælatum: quẽ vtiq; tanto solicitus conuersari oportet, quãto plurimum animarũ constitutus est custos. [Qui miseret] .i. alĩs cõdolet & succurrit [in hilaritate] cordis hoc faciat. ne suo mœrore miserum magis affligat. Vnde de qbusdã scriptum est Iob. 16, C onsolatores onerosi vos omnes.

Noe. 4.
2. Cor. 1
Sapien. 1.
Mich. 6
Luc. 12.
2. Cor. 9.
Iob. 16.

Quo contra ait psalmista: Iucundus homo, qui miseret̄ & cōmodat. Nec obest, quod alibi dicit apostol⁹, Flere cum flentibus, Quāuis enim qui miseretur alijs aliquo modo cōtristetur, & lugeat, totū tamen fieri debet, non in dilectione spiritus, sed in hilaritate, quia ad hoc niti debet, vt alteri⁹ miseriam releuet, eique animo læto subueniat, [Dilectio] dei & proximi sit [sine simulatione] id est nō ficta, quēadmodū scriptū est. Non diligamus verbo, neq; lingua, sed opere, & veritate. Simulatores autem, & callidi, prouocant iram dei. Simus quoque, [Odientes malum] culpæ in nobisipsis, & proximis. Naturam vero & gratiam diligamus in omnib⁹ [adherentes bono] id est virtutibus, seu virtuosis hominibus. Iuxta illud, Cum viro sancto assiduus esto. Et iterū ait scriptura, Cum videris sensatū, statim euigila ad illū, [Charitatē fraternitatis inuicē diligētes]. i. quod fratres se inuicem diligāt. Ne sitis seminatores discordiæ, sed amantes cōmunem charitatem in omnibus [Honore inuicem pręuenientes] ex humilitate. Quilibet em̄ potest considerare aliquid boni in alio, quod ipse non habet, vel ex alia rationabili causa potest alteri primo reuerentiam exhibere, vel intus in corde, vel foris. Exteriore autē honore inuicē p̄uenire, maxime ꝑtinet ad ęquales, & subditos, ac iuniores, & hocvtiq; multū nutrit charitatem fraternā. Propter quod Petrus, Omnes, inquit, honorate. Et Christus in euangelio. Qui maior est vestrum, sit vester minister. Deniq; scriptum est, Quanto maior es, humilia te in omnibus, & inuenies gratiā coram deo, & hominibus. Alioqui vero sunt dura ceruice qui, nec honorātes se sciunt re honorare, nec superiorib⁹ suis debitam reuerētiam exhibere. Ista honoratio ꝓximi est actus duliæ, quæ est virtus, debitam creaturis reuerētiam afferens [Solicitudine non pigri] ad habendam solicitudinem bonam, que est vigilantia cordis in bonis. Vel non pigri, ad executionem solicitā verę & intimæ solicitudinis. Est autem quędā solicitudo vana atque superflua, que versat̄ circa hęc tēporalia, de qua Salomō

Psal.111
Marci.14
Rom.12
Sapien.6
1.Iohan.3
Iob.36
Ezech.35
Psalm.42
Psalm.118
Eccle.32
Psal.17
Eccle.6
1.Cor.13.
1.Iohan.4
Prouer.6
1.Petri.4
1.Ti.6
Prouer.14
1.Petri.2
Matth.22
Eccle.3

ait, Expectatio solicitorum perbit. Et apostol⁹. Nihil inquit, soliciti sitis. [Spiritu feruẽtes] calore diuini amoris, ne charitas refrigescat in nobis, & euomat nos Christus [Domino seruientes] seruitute latriæ, de qua scriptum est, Dominũ deũ tuũ timebis, & illi soli seruies. [Spe gaudẽtes] .i. de certa expectatione futurę beatitudinis spiritualiter iucundantes in deo, qui vos ad eternã beatitudinẽ inuitauit. Propter quod grates referendum est ei indefinẽter. Nil enim Christiano felicius, cui promittuntur regna cęlorum [in tribulatione] iuste, vel iniuste illata, a mundo vel dęmone, estote [patientes] repellendo a vobis passionem tristitię, quoniam scriptũ est, Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiã. Et alibi habetur, Illi qui tentationes non susceperunt in timore dei & patiẽtia, exterminati sunt. Denicp omnes qui volunt pie viuere in Christo, persecutionem patiẽtur. Et per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum cęlorum. Iccirco in tribulationibus, tanquã in optima via perueniendi ad deum, oportet nos cordialiter exultare. Ait enim psalmista, Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Et dominus cum ipso, inquit, sum in tribulatione. [Necessitatibus sanctorum] id est penurijs seruorum Ghristi, estote [communicantes] id est cõmunia facientes bona vestra supplendo eorum inopiã. Vnde ad Hebræos dicit apostolus, Beneficentiæ, & cõmunionis, nolite obliuisci. [Hospitalitatem sectantes] peregrinos & pauperes recipiendo gratis in propria domo. Iuxta illud, Egenos vagosp induc in domum tuam. Item & illud. Hospitales inuicem sine murmuratione. Hinc alibi dicit apostolus, Hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam, videlicet Abraham & Loth, angelis hospitio receptis. Iohannes quoq; in sua canonica de quodam peruerso cõquerit, Ipse non recipit fratres, & eos qui recipiunt prohibet. Ecce quãtum amanda, sectanda & cõtinuanda est Christianis virtus hospitalitatis, q̃ tot apostolorũ testimonijs cõprobat. Nã & xp̃s in die iudicij dicturꝰ est reprobis

Philip. 4
Isai. 61
Matth. 5
Act. 14
Psal. 33.
Psal. 90
Hebrę. 13
Esa. 58
1. Petri. 4
Geñ. 18
Geñ. 19

Hospes fui, & non collegistis me. Ideo ait beatus Iob, Iob.31
Foris non remansit peregrinus ostium meum viatori Matth.5
patuit. [Benedicite] id est bona dicite & oratē pro [persequentibus vos, benedicite] eis [& nolite maledicere] eis. Repetitio, confirmationis & magne sertositatis indicium est. Hoc est quod ait saluator, Orate pro persequentibus & calumniantibus vos, benedicite maledicētibus vobis. Hoc faciendo veraciter sequimur vestigia Christi. De quo Petrus affirmat. Cum maledicereturnon maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Lucæ.6
Hortor insuper vos. [Gaudere cum gaudentib9] id est congratulari his, qui de bonis operibus gaudent in domino. Non autem debem9 cum peruersis & vane iucūdis gaudere. De quibus scriptum est. Mundus gaudebit vos autem contristabimini [flere cū flentibus] condolendo afflictis, sicut Iob ait, Flebam quondam super eo: qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Verūtamen non debemus cum omnibus flentib9 æqualiter flere. Est enim fletus alius inordinatus, quo propter amissionem temporalium rerū quis superflue luget. Sic flentibus conflere debemus, compatiendo eorum errori, quatenus cessent sic flere. Alius est fletus ordinatus, propter peccata, seu glorię dilationem. Sic flēti conflere debemus, quatenus veniam consequaturseu gloriam. Non autem, vt fletus talis statim tollatur abeis, nisi forte per accidens obesset spiritui, inducēdo corporis debilitatem, aut aliud nocumentū. Immo simpliciter gaudendū est de bono fletu alterius [Idipsum inuicem sentientes]. i. conformantes vos mutuo in affectu & intellectu, vt sitis conformes in domino. [Non alta sapiētes] de vosmetipsis, id est non magna præsumentes de vobis. sicut ait psalmista. Domine nō est exaltatū cor meū, neq; ambulaui in magnis [sed humilibus] cogitationibus estote [consentiētes] vt parua & vilia æstimetis de vobis. [Nolite eē prudētes apud vosmetipos]. i. in oculis ꝓpriis reputādo vos sapiētes, aut cęteris magis sensatos. Immo si aliqd sapiētiæ vel scientiæ in vobis Iohan.16
Iob.30
Psal.130
FINIS EPIST. 1.Reg.13.

est, totum deo ascribite, & nolite in vobisipsis inaniter
Prouer.26 exultare, & simplices spernere. Vnde Salomon dicit,
Vidistis hominem sapientē sibi videri, magis illo spem
stultus habebit. Et iterū, Prudentię tuæ pone modū. Et
Prouer. 23 rursus alibi habetur, Væ qui sapientes estis in oculis ve
Esa.5 stris, & corā vobismetipsis prudentes [nulli malū ꝓ ma
Psal.7 lo reddētes.] Nam & psalmista fatetur, Si reddidi retri
buentibus mihi mala, decidā merito ab inimicis meis
inanis. Sed nec hoc sufficit, quoniā Christus ait, Benefa
1.Petri.3 cite his qui oderunt vos. Et Petrus. Nō reddentes ma-
lum pro malo, sed econtrario benedicentes. In hoc em̄
vocati estis. Hæc impleri non valent, nisi priuat⁹ amor
radicitus extinguatur, & amor diuinus mētem prorsus
possideat. [Prouidentes] idest circūspecte, seu prouide
disponentes ac operantes [bona non tantū coram deo]
Math.5 videlicet in secreto, vel quātum ad cordis intentionem
[sed etiam coram omnibus hominibus] ne quis scanda-
lizetur in vobis, salua tamen veritate vitæ, iustitię, & do
ctrinę. Vnde alibi dicit apostol⁹, Honeste ambuletis ad
eos qui foris sunt. Et saluator, Luceat lux vestra coram
hominibus. Et videte ne scandalizetis vnum ex pusillis
istis [Si fieri potest] quod dicam [quod ex vobis est]. i.
Mar.9 vestram possibilitatem facite ad hoc, vt sitis [cum om-
Io⁹.2. nibus hominibus pacem] veram ac spiritualem [haben-
tes] non carnalē & sęcularem. De qua ait saluator, Nō
veni pacē mittere. [Non vosmetipsos defendētes cha-
Matth.5 rissimi] repercutiendo percutientem, cum dicat salua-
Lucę.6 tor, Si quis percusserit te in vnam maxillam, prębe ei &
Ephe.4 alterā, scilicet quātum ad animi preparationem [sed da
te locū irę] id est vindictę seu iracūdię cedite, ne reper-
cutiendo, aliū magis ꝓuocetis, vel propriam passionē
exerceatis. [Scriptū est enim] Deut.32. [Mihi vindictā]
Psal.10 cōmittite [& ego retribuā dicit dominus] qui facio iudi
cium omnibus iniuriā patientibus. Nostra translatio est,
Mea est vltio, & ego retribuā eis, in tēpore [Sed si esu-
Natth.5 rierit inimic⁹ tuus] qui odit te [ciba illū] pane spirituali,
ac corporali si potes. [Si sitit, potum da illi] & pari ra-

tione, si veste eget, operi eum. [Hoc enim faciens, carbones ignis] .i. materiam dilectionis [congeres] .i. congregabis, & pones [sup caput] .i. in mẽte [ipsi9.] Hoc enim extinguere potest rancorem, & inflammare amorem. Hoc idem Salomon dicit Prouerbiorum vigesimo quinto. Ex quo patet error Iudeorum, dicentium, quod secundum legis intentionem inimici sunt odiendi non solum quantum ad culpam, sed etiam, quantũ ad naturam. Sic enim non esset eis benefaciendum, sed malũ faciendũ. Contra quod scriptum est Prouer. 14. Cũ ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas. Sanct9 etiã Iob ait: Si gauisus sũ ad ruinam eius, q̃ me oderat: & exultaui eo, quod inuenisset eum malum. Sed et samuel deplãxit Saulẽ hostẽ suum letalem vsq; ad diem mortis suæ. [Noli vinci] p̃ inpatientiam [a malo sed vince] per fortitudinem animi [in bono] .i. tua bonitate [malum] alterius, non apponendo malum malo: sed quo alter amplio malignatur, eo tu maius dignum te præbeas.

Cant. 8.
Mat. 5.
Iob. 31
1. Reg. 15.
Hie. 9.
Nume. 1.

¶ Expositio capit. XIII. scilicet. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.

¶ Articulus XVII

Rudiuit apostol9 omnes fideles in moribus generaliter capitulo p̃cedenti, iam specialiter istruit subditos dicens. [Omnis aĩa] .i. omis hõ existens sub alio. A parte enim significat totũ, sicut & i actib9 ait Lucas. eramus aũt vniuersę aĩę i naui, ducentę septuaginta sex [potestatibus sublimioribus] .i. in potestate cõstitutis, principibus sæcularibus, spũalibus prelatis. Non solum bonis & modestis, sed etiam discolis, [subdita sit] per obedientiam prõptam, ac humilem dummodo nihil precipiant contra deũ, & iustitiam. Vñ tyrannis obediendũ non erat in his, q̃b9 ipugnauerãt fidem, & ministri, qui eis placebant martyres perse quẽdo, grauiter peccauerunt, sicut & angeli inferiores cõsentiẽtes Lucifero. [Nõ est enim potestas nisi a deo] omnipotente, a quo processit, atq; dependet, omnis po

1. Pet. 3.
Act. 27
1. Pet. 3.
Pro. 17.
2. Mala. 7.
Esaiæ. 14.

testas, creata ac limitata. Quamuis enim potestatis abusio, seu nocendi voluntas, sit ab animo creata, ipsa tñ potestas a deo profluxit. Propter quod dixit Christus Pilato Io.19. Non haberes potestatem aduersum me vllã, nisi tibi datum esset desuper. Et Sap.6. inducit. Prebete aures, qui continetis multitudines: quoniam data
Sapien.11. est vobis potestas a deo, & virtus ab altissimo. [Quæ autẽ a deo sũt, ordinata sũt]. i. sapienter & rationabiliter
Sapien.8. instituta. Omnia nãq; in mensura, numero, & pondere constituit deus. Deniq;, sapientia attingit a fine vsq; ad
Kuc.21. finem fortiter, & disponit vniuersa suauiter. Ad sapientem eñ pertinet ordinare, [Itaq; qui resistit potestati] p rebellionẽ [dei ordinationi,]. i. rei a deo ordinatæ seu iuri diuino vel etiã deo [resistit] q̃tũ in se est. Vñ deꝰ dixit ad Samuelem. Non te abiecerunt, sed me. Et Chris Luc.10. Qui vos spernit, me spernit. Moyses quoq; ad filios Israel. Non contra nos, inquit, est murmur vrm,
Exod.16. sed contra deum. [Qui autẽ resistunt, ipsi sibi damnationem] æternam [acquirunt] peccando mortaliter. In
Tit.2. terdum etiã incurrunt damnũ temporale. Deinde ostẽ
1.Pe.2.&.3 dit cur superioribus obediendum sit. [Nã principes nõ sunt timori boni operis] id est, ad timorẽ, his, qui bene agunt [sed mali], id est, his, qui agunt peruerse. Officium enim & intentio principis est, subditos iuste disponere, bonos ad meliora prouehere, impios vero restringere & punire. Hoc tañ verũ est, de his qui potestate sibi concessa bene vtunt. Aliqui vero sunt principes mali, qui iustos opprimunt, & impios fouent. De quibus
Oseç.8 per pphetam dominus profitetur. Ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterũt, & nõ cognoui. Sed nec
Mat.10. hi inordinate timendi sunt, cum dicat saluator. Nolite
Esa.41. timere eos, qui corpus occidunt. [Vis autem non timere] nec causam timendi habere [potestatem?] id est, in potestate positum principem, seu prælatum [Fac bonum] id est, iusticiam [& habebis laudem ex illa] potestate, id est, a potestatem habente laudaberis, si bonus est. Si vero sit malus, habebis laudem ex eo occasio

naliter: quoniam erit tibi causa maioris coronæ, laudis, & gloriȩ [Dei enim minister est] p̄latus, seu princeps: etiamsi ignoret, Nam diuinȩ dispositioni aliquo modo subseruit [tibi in bonū]. i. ad tuam vtilitatē: quatenus retrahet te a malo, promoueatq; ad bonū [Si autē malefeceris, time] potestatem tuæ peruersitatis vltricem. [Non enim sine causa gladiū portat] Potestas sæcularis portat gladium materialem, ecclesiastica spiritualē. Vtraque vero habet iudiciariam potestatem, quæ per gladium designatur [Dei em̄ minister est] princeps. [Vindex in iram] id est, in punitionem, seu pœnā infligendam [ei qui malum agit.] Hæc est ratio, qua gladium portat, vt vindicet mala, quatenus culpa ordinetur per pœnam. [Ideoque necessitate] id est, obligatiōe iuris, & propter vim coactiuā superioris videlicet, quia tenemini & potestis ad hoc compelli [subditi estote] superiori [non solū propter iram]. i. timore pœnȩ [sed etiā propter conscientiam] mundam habendam, id est, amore iusticiæ ne habeatis remorsum conscientiȩ, si inuite obedieritis. Vnde alio loco dicit Apostolus. Nō ad oculū seruientes, sed sicut domino. [Ideo enim] scilicet ad profitendum vestram subiectionem [& tributa præstatis] quod est signū subiectionis. [Ministri em̄ dei sunt] principes, cū sint executores iusticiȩ diuinȩ. Propter quod dicitur Sapien. 6. Cū essetis ministri regni eius &c. [in hoc ipsum seruientes], id est propter tributorū receptionē ministrantes vobis, defendendo rēpublicā, & pugnādo ꝓ vobis [Reddite ergo] statim cum potestis [oīb⁹ debita. Cui] debetis [tributū] p̄state [tributū] & [Cui] debetis [vectigal] reddite [vectigal. Dr̄ aūt tributū, q̄d soluit tota patria ꝓ se dño suo. Vectigal autē q̄d soluit singularis persona, vt cū negociator soluit vecturas & pedagia rerū suarū. Vel vectigal vocat̄ stipēdiū, q̄d dat̄ dñis, qñ ꝑ pr̄ias vehūt̄ [Cui timorē] debetis. videl̄. dño terreno, vt cęlesti exhibete [timorē. Cui] debetis [honorē] īteriorē vl̄ exteriorē, videlicet deo, parētib⁹, & ꝟtuosis hoīb⁹, date [honorē] Ait em̄

Eccl. 10

1. Tim. 1.

2. Mach. 15.

1. Pet. 2

Hierē. 22.

3. Esdre. 8.

Marc. 11.

Tributum.

Vectigal.

Mala.1 dominus per prophetam: Filius honorat patrem, & ser
uus timet dñm suum. Si ergo pater ego sum, vbi est ho
EPIST' nor meus: & si dominus ego sum, vbi est timor meus?
[Nemini quicq̃ debeatis, nisi vt inuicem diligatis] qa
dilectio, quotiescunq; alteri impendatur, permanet iu
Io.14. giter in pręcepto. Per dilectionē vero intelliguntur alĩ
2.Pet.1. actus virtuosi, quos vnus teneturalteri [Qui enim dili-
git proximum, legem impleuit] Ratio quippe diligen
di proximū, est deus. Ergo qui proximum diligit, deū
diligit, Qui autem diligit deum, implet mandata deca-
logi scripta in prima tabula, quę ordinātur ad charitatē
diuinam. Et qui diligit proximū, implet mandata deca
logi scripta in tabula secūda, quę ordinantur ad charita
tem fraternam. Ergo qui diligit proximū, legem imple
uit: pręsertim quo ad pręcepta moralia. Quod declarat
Apls. [Nam nō adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimoniū dices, non concupisces] rem
proximi tui id est pręceptum de vitandis, adulterio, ho
micidio, furto, falso testimonio, cōcupiscentia rei alienę
[& si q̃d] id est aliquod [aliud est mandatū] inclusū vt
reducendum ad ista [in hoc verbo instauratur]. i. com-
prehenditur, atq; implet, videlicet, [Diliges proximū
tuū sicut teipsum.] Qui enim sic diligit proximū, sic fa
cit ei quomodo vult fieri sibimetipsi: cum diligere aliđ
nihil sit, nisi alicui bonū velle. Voluntas aūt procedit
in op9 si potest: si tamen fuerit vera, vt perfecta volun
tas. Ideo subditur. [Dilectio proximi malū nōoperat]
quia nec, hīs eā peccat mortaliter nec proximo nocet q̃
diu eā habuerit [Plenitudo ergo]. i. cōsūmatio p̄fecta
Eze.3 ipletio, ac finalis p̄fectio [legis] antiquę & nouę [est di-
1.Tim.1. lectio] Dei & proximi, qm̃ omniū virtutū regina, ori-
1.Tim.1 go, motrix ac finis est charitas qua de9 amat & p̄xim9
Finis. Oia ergo p̄cepta disponūt & referūt ad plenā obserua
1.Cor.13. tionē p̄cepti charitatis. Propter qđ alibi habet. Finis p̄
1.Timo1. cepti est charitas de corde puro, & cōsciētia bona, & fi
de nō ficta. Hoc aūt pēsādum, q̃ scz sint duo p̄cepta
charitatis, ī qb9 tota lex pēdet & ,pphetę, vnū tñ freq̃n

ter ponit ꝓ vtroq; quia nec deꝰ sine ꝓximo, nec ꝓximꝰ sine deo diligit. Hic em̄ saluator ait: Hoc est p̄ceptū meū sine vt diligatis iuicem, sicut &c. Et iterū dicit. Mādatū nouum do vobis, vt diligatis iuicē. Ideo q̄q; scriptū est: Hęc est annūciatio, q̄ audistis ab initio, vt diligatis alterutrū. ¶ Consequēter declarat Apl's, qd' actibus charitatis maxime ī sistendum sit tempe euangelicæ legis: q̄ est lex charitatis ac libertatis, quemadmodum vetus lex, erat lex timoris ac seruitutis: prout ꝓlixe manifestatū est supra. Ait ergo [Et hoc scientes tempꝰ]. i. cōditionem & opportunitatem cōsiderātes p̄sentis tp̄is, quod est tempus gr̄æ de quo scriptū est: Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis [qa hora est iam] scz tempore isto, immo omni momēto [nos de sumno surgere]. i. de torpere & negligentia ad opera charitatis procedere, atq; ad vigilanttiā mentis ascendere sicut alibi clamat Apostolus: Surge q dormis, & exurge a mortuis. Ociū aūt torpor, & negligētia, sōno cōpantur, qm̄ sicut somnꝰ vitā naturę abscōdit, sic ista vitam gr̄ę ꝑimūt. Ad qd̄ spiritualiter ꝑtinet illd̄ Ioā. 1. Quid tu sapore deprimeris? Surge & inuoca deū tuum. Deniq; non dormientibus, sed vigilantibꝰ ꝓuenit regnum dei. ¶ Consequēter ponit rationē, cur tp̄s est a somno surgere [Nunc, em̄] cū charitatē & gratiā dei habemꝰ [propior]. i. vicinior [est] nobis [nostra salus]. i. vita ęterna [q̄ cū credimꝰ]. i. q̄ tūc cū solā fidem habuimus. Qm̄ fides sine operibꝰ non vnit nos deo, nec ꝑducit ad vitā ęternā. Vel cū credimꝰ. i. q̄ ante Christi aduētū qa tūc oēs scti descenderunt ad limbū inferni. Nūc vero patefacta est nobis per Christū ianua fœlicitatis æternę, cui tanto ampliꝰ approximamꝰ, q̄to eā ardētiꝰ desideramꝰ. Ambulamꝰ em̄ ad eā cōtemplādo, amando, & bene agendo [Nox]. i. tempus infidelitatis & viciorū. Vel tēpus veteris testamenti, q̄d dicit nox propter obscuritatē legalium figurarum, & ꝓphetaliū visionū q̄ om̄ia ī noua lege reuelantur. Vnde dicitur ad Hebr. Vmbram habēs lex futurorū bonorū, nō ipsam imagi

Io.13. Ibidem. 1.Io.3. Episto. 2.Cor.6. Esa.49 Pro.12. Ezec.16. Apoc.10. Iaco.2. Iob.14. & 17. p̄s.15. ps.145. Iob.218 Heb.10.

nem rerum. Hæc igitur nox [præcessit] .i. præterijt & ad Gal.2. modo nō est [dies autem] .i. claritas euangelicę veritatis, splendor gratię, tēpus noui testamenti, seu beatitudo promissa [appropinquauit] quia iam præsens est in re, vel in spe. Gratia nanque & veritas per Iesum Christū Io.1. facta est. [Abijciamus ergo opera tenebrarum] .i. pctā quę ex tenebris ignorantię prodiunt, mentē deformāt, Io.3.c & ad tenebras inferi pertrahunt. Omnis enim qui agit male, odit lucem, & nō venit ad lucē, vt nō arguantur opera eius, [& induamur] spiritualiter [arma lucis] .i. 2.Cor.6. virtutes & dona spiritus sancti, quę animā roborāt & defendunt contra insidias dæmonum, & contra iacula 2.Cor.6. seu prelia viciorū. De quibus armis dicit: Accipite ar Eph.vlt. maturam dei, vt possitis resistere in die malo, induti lo ricam iusticiæ, sumentes scutum fidei, & galeam salutis Hęc ergo agamus [sicut die] id est quatenus tempore Tob.12. gratię, scilicet tempore isto [honeste ambulem9] .i. reue Sapien.3. renter coram deo, & exemplariter coram hominib9 cō Luc.12. uersemur, nemini dantes vllā offensionem, vt non vi 2.Cor.8. tuperetur ministerium nostrū. [Nō in cōmessationib9 Pro.25, & ebrietatibus] id est, frequētibus, gulosis, atq; superfluis &.30. manducationibus & potationibus: fugiendo videlicet vicia gulę, quę valde inhoneста sunt. Propter qđ ait sal Luc.21. uator: Videte ne grauentur corda vestra crapula, vel Esa.3. ebrietate. Et Esaias. Væ qui consurgitis mane ad e brietatem sectandam, & potandum vsq; ad vesperum [non in cubilibus] id est, voluptatibus carnis, quę exer centur in cubiculis. Vñ scriptum est: Væ qui dormitis in Amos.6. lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris, [& impu dicitijs] id est cęteris luxurię vicijs, quę sunt maxime i pudica, ac bestialia. luxta illud: Fornicatio & ebrietas Osee.4. auferunt cor. [nō in cōtentione] .i. lite [& æmulatiōe] .i. inuidia. Scriptū est em: Vbi zelus & cōtentio, ibi in Iaco.3. constantia, & omne opus prauū. Et alibi apostolus: Cū 1.Cor.3 sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis? [sed induimini dñm Iesum] .i. brachijs sanctæ dilectio nis cōplectimini eū in cordib9 vestris, dicētes cū spōsa

Tenui illū, nec dimittam. Vel, induimini dñm Ieſum. i. formā couerſationis eius ſeq̄mini, vt ipſe p charitatē cō moreť in vobis, ornet ac veſtiat vos. [Et curā carnis] p uiſionem victus & veſtitus, qb⁹ caro ſuſtentat [ne fece ritis in deſideriis], ſupfluis. i. ſecđm cōcupiſcentiā carnis, ſed q̄tum neceſſitas exigit, & ratio dictat. Quēad modū alibi legitur. Habētes victū & qb⁹ tegamur his cōtenti ſumus. Vñ Salomon. Mendicitatē et diuitias ne dederis mihi, tribue tantū victui meo neceſſaria. Quid em̄ p deſt moriturā hanc carnem cito futurā ꝟmiū eſ. cā, delicate nutrire, & nobilē imortalēq̄ animā ſumme trinitatis imagine inſignitā negligere? Cant.8 Pro.3. Eccle,29. 1.Mach.1. Ioan.6.

¶Expoſitio cap.14. ſ. infirmum aūt in fide aſſumite. ¶Art. XVIII.

MAniſeſtauit Apoſtolus in ſuperiori capitulo, q̄modo inferiores ad ſupiores ſe debeant habere, iā docet quō ſupiores ſe habeant ad inferiores. Agnoſcendū vero, q̄ in eccleſia Romanorū (cuiſcribit apoſtol⁹) erāt q̄dā ex Iudaiſmo cōuerſi, q erāt legis emulatores ęremolialia legis obſeruanda putātes, ꝓpter quod iter cibos diſcernebāt ſecđm legis p̄cepta. Iſti vocant infirmi. i. ipfecti in fide catholica. Quia ſecđm fidei veritatē, cæremonialia legis ceſſare cœperūt, poſt Chri paſſionē, vt dictumeſt. Alq̄ erant ex gētilitate cōuerſi, & iſti nō diſcernebāt ī cibis, humano vſui deditis, put ad Timot. dicit Apls. Nihil reiciendū, q̄d cū gratiarūactiōe ſumit. Ait ergo. [Infirmū autē]. i. imperfecte edoctū [in fide aſſumite]. i. charitatīe inſtruite, & nolite egrū abhorrere vos q̄ pfectiores eſtis ī fide, exēplo Chri, q ait, Venit filiꝰ hois q̄rere, & ſaluū facere q̄d perat. Talē ergo aſſumite [nō diſceptatiōibꝰ cogitatiōnū]. i. nō diſcutiēdo ſeu iudicādo ſecreta cordis eiꝰ, q̄ ſoli deo ſūt cognita [Aliꝰ eſt ille, ſ. q̄ nouit ceſſe legalia [credit]. i. fideľr noſcit [māducare ſe] licite [oia] cibaria, hūanę vitæ ſuſtentatiōi apta, ita, vt p̄ceptū legis de diſcretiōe ciborū eū nō obliget. [Qui aūt ī firmꝰ eſt] in fide, ita nō putās, ſed inter cibos diſcernes Exod.18. Leui.9. Mat.15. 1.Tim.4. Galatas.6. Lucę.19. Luc.6 Eſa.1.

[holera manducet] cuius esus semper licitus fuit, ad vitandum conscientię scrupulū. ¶ Notandum autem qđ legalia seu cæremonialia, quamuis statim post Christi passionem mortua erant, non tamen mortifera. Nam a tempore passionis vsq; ad euangelij publicationem, poterāt sine periculo obseruari, præcipue a Iudęis conuersis: dummodo non ponebatur spes salutis in eis, sed firmiter credebatur, quod sine obseruatione eorum sufficeret ad salutem fides & gratia Christi. Sic nempe in Actibus apostolorū legūtur apostoli ea seruasse. Iccirco Apl's dicit hunc infirmū in fide, nō satis instructum de cessatione legalium, suo iudicio relinquendum, donec melius informetur [Is qui manducat] indifferenter quemlibet cibum homini aptum [non māducantē] hoc modo, sed inter cibos discernentem [non spernat] tanquam iniquum, cum legalia nondum essent mortifera. [Et qui non manducat] id est, iste inter cibos discernens & ab aliqbus abstinēs, [manducantem] indifferenter [non iudicet] tanquam legis trāgressorē, quia lex cessauit quantum ad vim obligatiuam. [Deus enim illum] manducantem [assumpsit] ad fidē, sicut & non manducantem. De his itaq;, quę bono animo fieri possunt & malo, nō videm⁹: sed potius in melius interpretemur. ¶ Pręterea probat Apostolus quā irrationabile sit, alium iudicare inordinate [Tu qui es] .i. cuius vel quantæ authoritatis [q iudicas] iudicio reprobationis. Iudiciū enim approbationis non est ita illicitū [alienum seruū?] .i. proximū tuum, qui est seruus dei, & conseru⁹ tu⁹, su ꝑ quem iurisdictionē non habes [Suo domino stat aut cadit] .i. ad gloriā vel irreuerentiā dei bene agit aut male: & ad eū pertinet iudicare de hoc, non ad te [Stabit autem] .i. erect⁹ erit corde ad deū & bene aget. Hoc ē verbū bonę spei tanquā diceret: Hoc pie p̄sumi potest, quod stabit etiāsi iā iacere videatur. [Potens est enim deus statuere] .i. per gratiā a casu peccati erigere [illū]. Per hoc ergo qđ ait Apl's, stabit autem, duo docentur. Primū, vt dubia traham⁹ ī meli⁹. Scđm, vt nec impiū

Lu.15.
Act.15
1.Tim.4.
Mat.7.
Act.25
Exod.20.
Io.7.
1.Cor.4.
Esa,33.
Prou.24.
Lu.2.
Eccl.8.9.

simpliciter iudicemus, quia nescimus, qualis futurus sit De hac autem materia, scilicet quomodo iudicare sit licitū vel illicitū: plurima dicta sunt in expositiōe secūdi capituli. Quę illic diffuse induxi, ne cogerer eadē sępe repetere, sed semper ad illum locū, lectorē remitterem. ¶Adhuc ostendit apostolus vitandum esse iudiciū inordinatū. [Nam alius iudicat diem] certū pro exercenda abstinētia eligendū: diem inquā, interpositum [inter diem] alium quo, putat nō esse abstinendum, [alius iudicat omnem diem] in abstinētia expendēdū. Tanquā dicat, Vnus putat certis diebus abstinendū, vt pharisęus qui ieiunabat bis in sabbato, seu in hebdomada. Alius iudicat singulis diebus abstinendum, vt Iudith, quę ieiunabat cunctis diebus, prēter sabbata, neomenias, & festa Et sanctissima illa euāgelica Anna de tribu Aser, quæ non discedebat de templo, die ac nocte seruiēs domino in orationibus atq; ieiunijs. ¶Quoniā vero vtrūq; horum bono animo fieri pōt seu licite, ideo vnus aliū iudicare nō debet. Vnde subiūgitur. [Vnusquisq; in suo sensu] .i. in pprio intellectu, sentētia, seu cōsilio [abundet] in bonū. i. quilibet relinquatur suo iudicio in hoc, p mittaturque agere, quod secundū suā conscientiā iudicat melius esse, dūmodo tamen nō exeat limites rerum quę licent. [Qui sapit diem] id est certum diem, vel omnem diem discernit seu iudicat abstinentię deputandum [domino sapit] id est ad gloriam dei hoc agit, intendēs deo placere. [Et qui māducat] quēlibet cibū sine discretione legis, vel, qui non ieiunat quotidie [domino manducat] id est ad dei honorem hoc facit, cuius dona manducat [Gratias enim agit deo] omnium bonorum datori, pro beneficijs suis. [Et qui non manducat] id est quē cunq; cibum, sed iuxta legis tenorem inter cibos discernit, vel, omni die ieiunat [domino non manducat] id est ad gloriam domini abstinet [& gratias agit deo:] Et ita vterq; bene facit pro tempore: sicut ostensum est. Sic ergo agere debemus, omnia referendo ad deum, vt glorificetur ipse in omnib⁹. Cuius ratio subditur. [Nemo

Ecclī.3 Iudiciū.13 Luce.18 Iudith.8 Luce.2 Iudith.17

1.Iohan.5 1.Timo.1 Eccl.13

Nec.8 Col.3 Act.7. Iudith.8 Eccle.34 Leui.25 Esa.51. Esaie.24.

enim] nostrum [sibi viuit] finaliter. i. ad gloriam ꝓpriã quoniam vita naturę & vita gratię quã habemus, ad gloriam & laudem dei est ordinanda, tanꝙ ad vltimũ finẽ. [Et nemo nostrum sibi moritur] id est ad ꝓpriam laudem, sed ad gloriam dei, quatenus separatꝰ a corpore laudet atq; glorificet deũ i patria inde sinẽter. [Siue enim viuimus domino] id est ad gloriam domini [viuimus, siue morimur, domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, dñi sumus] id est nõ solũ iure creationis, & gubernationis, sed per charitatẽ, & cultũ deuotissimum, ad dominũ pertinemus. Beati qui ita cõiũcti deo sunt, vt tota vita morsq; ipsorum, deũ honoret. Ipse enim ait. Qui glorificauerit me, glorificabo eum. Omnia ergo opera nostra interiora & exteriora ad dei gloriam referamus, & ꝓpter deũ omnia finaliter operemur. [In hoc enim] id est ꝓpter hoc [Christus mortuus est & resurrexit, vt & viuorũ & mortuorum dominetur]. i. dominari cognoscatur. Nã ante passionem vtiq; viuorũ mortuorũq; dominus, eart secundũ naturam assumptam vt verbo vnitam, quæ a primo instãuvnionis snæ cum verbo, prelata est omni creaturæ, dominiũq; vniuersale sortita. Propter quod ait saluator Pater diligit filiũ, & omnia dedit in manu eius. Et alibi Dedisti ei potestatẽ omnis carnis. Verũtamẽ Christus dicitur passus, vt omniũ dominetur, propter duo. Primo, quoniã sua passione meruit iudiciariã potestatem, & generalem dominationẽ, nõ obstante quod ante habuerit ista. Non enim incõueniens est, idẽ alicui ꝓpter diuersas causas cõpetere. Secundo, quia post passionem cœpit vbiq; manifestari atq; agnosci dominũ Christi. Propter quod ait, Data est mihi oĩs potestas in cœlo & in terra. Potest etiã ita exponi, vt & viuorũ & mortuorũ dominetur. i. spiritualiter viuos ac mortuos, scilicet iustos & impios, in suo obsequio occupet. Vnde Iohã. xij. loquitur, Ego si exaltatꝰ fuero a terra, oĩa traham ad meipsũ. Cũ ergo xps cõstitutꝰ sit omniũ iudex [Tu aũt] iudicande [quid] id est qua temeritate, quo fructu [iudi

Psal.88
Esa.43
Matth.5
Exod.24
Prouer.3
1.Reg.2
Ruth.2
Psal.148
Iohan.13
Math.vlti.
Matth.7

eas]sententia diffinitiua [fratrem tuum: Aut tu quare spernis fratrem tuum?]tanquam peccatorem aut vilem
Vnde scriptum est Esaiæ.33: Væ qui spernis, nonne & Mala.2
ipse sperneris? Cum fatigatus desieris contemnere, contemneris, Et alius propheta: Nunquid non pater vnus omnium nostrum, nunquid non deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisque nostrum fratrem suū Male ergo agis o homo, iudicando, spernendoque, proximum. [Omnes enim stabimus ante tribunal Christi] id est, coram Christo, sedente in sede iudiciaria in die iudicij: tanquam iudicandi ab eo. Tribunal autem est sedes iudicis. Quod vero iam dicitur, quod omnes stabimus ante tribunal Christi tanquam iudicandi, intelligēdum est vel de iudicio comdemnationis, vel remunerationis. Scriptura autem frequenter per iudicium, intelligit damnationis iudicium, sicut ibi: Omnis qui credit in eum non iudicatur Et infra. Si nosipsos iudicaremus, non vtique iudicaremur. [Scriptum est enim] Esa.45. [viuo ego, dicit dominus].i. per me ipsum, qui maiorē per quem iurem, non habeo [quoniā mihi flectetur omne genu]cœlestium, terrestrium, & infernorum. i. omnia mihi subiacentur, præsertim in die iudicij [& omnis lingua confitebitur domino]i. omnis conscientia confitebitur mihi tunc opera sua. Vel, omnis lingua. i. ōne genus hominum, cuiusque loquelę, confitebitur domino, cōfessione laudis diuinæ, vel propriæ culpæ. Nra trāslatio talis est. In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbum, & non reuertetur, quia mihi curuabit omne genu, & iurabit omnis lingua. Quod licet ad literam dictum videatur de conuersione, adoratione, & genu flexione omnium gentium in primo CHRISTI aduentu, & tempore prædicationis euangelicę, Apostolus tamen spiritu sancto copiosissime adimpletus, præsenti loco insinuat, hoc posse intelligi de subiectione & adductione omnium hominum, in secundo CHRISTI aduentu. [Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationem reddet DEO].i. reddere com

Iohan.5
Matth.10
Mar.8
Esaiæ.45
Psal.71
Act.ij.
Phi.ij.
Luc.xij.

Matth.5.& 12.&.16. pelletur, seu exigetur. Multi tamen non poterunt ratione reddere deo de actibus suis, quia omnino irrationabiliter vixerunt. Alij etiam nō exigentur reddere rationem: vel qa nullam culpā habebūt, & in hac vita satis fecerūt: vel quia infideles fuerūt & iā iudicati sūt, qi die iudicij nō iudicabunt iudicio discutionis. [Non ergo amplius inuicē iudicem9] iudicio vsurpato vel temerario [Sed hoc iudicate magis] id est bonum & obseruandū esse discernite [ne ponatis offendiculum] .i. occasionem pctī, [fratri] .i. pximo, viro vel fœminę [vel scandalū], i. occasionē trilticię. Communiter aūt vnū pro alio sumit. ¶ Aduertendū vero, quod duplex est scandalum, puta actiuum & passiuum; Scandalum actiuum est dictum vel factum min9 rectum, præbens alteri occasionem ruinę, & de hoc scandalo non dubium quin sit semp vitandum. Scandalum vero passiuum, ē malum seu casus, quem alter incurrit ex dicto vel facto alterius. De hoc scandalo quæstio est, an sit semper vitādum. Pro q̄ sciendū, q̄ scandalum passiuū est duplex. Vnū q̄d nascit ex malitia scandalizati, q ex sua peruersitate nō vult dicta aut facta alteri9, quis bona, bene iter ptari: quod appellat scandalum pharisæorum. Alterū quod nascit ex infirmitate vel ignorantia scandalizati, q̄d dicitur scandalum pusillorum. ¶ Præterea quędā sunt bona spiritualia quædam temporalia, & vtraq; sūt duplicia. Nam spriritualium bonorū quædā sūt de necessitate salutis, vt obseruatio preceptorū in omnib9, & cōsiliorum in religiosis. Hæc ergo bona nullo modo omittenda sūt, ppter quodcunq; scandalum euitandum Plus em tenetur hō ꝓuidere proprię saluti, quā alienę. Quædam vero nō sunt de necessitate salutis, & hęc ad tempus occultāda vel deferēda sunt ppter scandalum pusillorū vitandū, videlicet donec ratio eis reddat, & melius informetur. Si vero ratione reddita non acquiescunt, nec cessāt scandalizari, non erit scādalum tale amplius ex ignorantia vł infirmitate, sed ex eorū malicia. Propter q̄d bona ista omittenda nō sunt, propter scan-

Ioan.3. 1.Cor.4. Col.2. Mat.18

De scandalo actiuo & pō

ps.49. Eccl.27. 1.Cor.8. Matth.18

Eccl.3. Matth.15.

Matth.18. Mar.9.

Matth.19. Luc.19

Matth.17.

dalum tale vitandum. Sicut nec Christus vitare curauit scandalum phariseorum. Similiter bonorum temporalium quædam aliquibus committuntur conseruãda, vt bona ecclesię prælatis, bona reipublicę rectoribus, & de posita certis personis. Et quia ad horum cõseruationem hõ tenetur, ideo propter nullius scãdalum sunt deserenda. Vnde beatus Thomas cantuariensis repetiuit bona ecclesię cum ingenti scandalo regis. Alia bona temporalia, sunt nostra, & ista ommittenda sunt, vel dãdo ea alĩs vel non repetẽdo si alius ea habet, ꝓpter vitandũ scandalũ pusillorũ. Vel scandalũ tale scandalũ est bono modo. Non aũt ꝓpter scãdalũ ex malicia nascens dimittenda sunt bona propria temporalia. Daret enim peruersis libertas, & magna occasio retinendi, aut rapiendi bona aliorum, quod maxime esse obesset eorũ saluti. [Scio] per rationem [& confido in dño Iesu] ꝑ gr̃am eius quia nihil commune i. null⁹ cibus humanę vitæ aptus, immũd⁹ est per ipsũ. i. per creationẽ ipsi⁹. Omnia enim per ipsũ facta sunt valde bona. Vel minus dicit, & maius significat, vt sit sens⁹: Nihil cõmune ꝑ ipsũ. i. omnia munda facta sunt per eius aduẽtum. Oẽs videlicet cibi apti, in lege prohibiti. Christus enim absolut a legali prohibitione ciborũ, iuxta illud: Quæ deus purificauit, tu cõmune ne dixeris. [Nisi ei qui existimat quid commune esse]. i. aliquẽ cibũ esse immũdũ ꝓpter legis ꝑceptũ [illi] sic existimanti [cõmune]. i. imundum est aliquid alimentorũ secundum suam opinionẽ & cõ sciẽtiam. Sic fabricare barbam illicitum est ei, qui hoc putat illicitũ, q̃ diu sic putat: quia contra conscia faceret si fricaret. [Si em̃ propter cibum]. i. ob hoc quod quẽlibet cibum indiscrete manducas, vel ab aliquibus abstines, [frater] id proximus [tuus contristatur] putans te impie agere, & nesciens q̃d debeat securius facere, cum tamen licite possis alterum horũ eligere, sicque fratris tui contristationem vitare, [iam non secundum charitatem ambulas] id est non charitatiue te habes, quia nõ vitas offensam fratris, sed eius saluti ꝓponis cibum

1. Mach. 4
Act. 2.

Ad Titũ. 1.
Genes. 1.

Ecc. 12.
Iudicũ. 13
Cor. 8.
Pro. 15.
Ecc. 8.
Gen. 26.

bum tuum. [Noli cibo tuo] id est, vsu vel abstinentia ci
bi [illum perdere] id est, ad mortale peccatum inducere
[pro quo Christus mortuus est] ne videaris precium
morti s & sanguinis Christi parui pendere. [Non ergo
blasphemetur] id est, contra dei honorem vituperet [bo
num nostrum] i fama nostra. Scriptum est enim prou.
Eccl.41. vicesimo secundo. Melius est nomen bonum, quam di
uitię multæ. Et alibi: Curā habe de bono nomine Hoc
enim magis proderit tibi, quam mille thesauri. Porro,
vt ait Ambrosius, qui habet opera bona, si reprehenda
turi n re minima, bonum suum obfuscat, & incipit bo
num eius blasphemari. Propter virtuoso vita nda sunt
minima. Ideo autem non debes cibo tuo proximum
perdere [Non est enim regnum dei] ei. regnatio & iha
Mat. 6. bitatio dei in anima tua [esca & potus] .i. victus exterior
Luc.12. Esca nanque non commendat nos deo. Nec cibus dam
1.Cor.8 natur, sed concupiscentia immoderata. Ideo sub dit [sed
iustitia] reddens deo, quę dei sunt: proximo, quę proxi
mi sunt: & sibñ ipsi quę expediunt [& pax] i. vera tranql
litas mentis [& gaudium] quod habetur [in spiritu san
cto] .i. per gratiam spiritus sancti ex contemplatione,
& dilectione diuinorum. Ista sunt regnū dei, quia p ista
regnat deus in nobis. Quemadmodum ait scriptura: Re
gnum dei intra vos est. Vel. Non est enim regnum dei
causaliter, esca & pot9, id est, per ista non acquiritur re
gnum cœlorum, sed iustitia & pax, & gaudium in spiri
tu sancto, sunt regnum dei. Quia per talia regnum cœ
Gal.5 lorum obtinetur. [Qui enim in hoc] regno dei. i. iustitia
Pro.21 pace, & gaudio spiritali [seruit Christo] non scādalizās
Psal.149. aliquem propter cibū, seu cibi delectationem, vel aliam
irrationabilē causā placet deo quia beneplacitū est domi
no in populo suo. [Et probatus] id est, approbatus [est
hominibus] quia exemplaris est ipsis, & laudatur ab eis
[Itaque quæ pacis sunt] id est, ea quæ pacem pariunt,
fouent, conseruant [sectemur] & operemur Beati e
nim pacifici, quoniam filñ dei vocabuntur. In pace nan
que vocauit nos dominus, & non est deus dissensiōis,

ſed pacis. Vnde per prophetam dominus loquitur: Veritatem tantum & pacem diligite[& quæ ædificationis ſunt]id eſt,ad bonum prouocant,videlicet morũ probitatem[inuicem cuſtodiamus]quatenus vnus,non tantum aliũ non ſcandalizet,ſed ſpiritualiter eũ ędificet. zach.8

Ideo[Noli]o homo[propter eſcam]id eſt,amore cibi [deſtruere opus dei],id eſt,fratrem tuum ſpiritualiter occidere,ſeu fidem & gratiam eius extinguere.[Omnia quidem]cibaria[munda ſunt]& licita,in quantum ſunt creatura boni dei[Sed malum]id eſt,nociuum [eſt homini]quęcunq; cibaria ſumere[qui per offendiculũ manducat],id eſt,manducãdo fratrem ſuum ſcandalizat,& deum offendit. Sicut malum erat primo parenti de fructu ligni vitę comedere. Ne autem quis putet ſimpliciter,vtile eſſe melius quolibet cibo & potu vti eo quod omnia munda ſint,adiecit:[Bonum eſt]mandu care carnem,& non bibere vinum]Per hoc enim concupiſcentia minoratur,corpꝰ caſtigatur,& gratia obtinetur[neq;]mãducare & bibere id[in quo frater tuꝰ offenditur].i.impedimentum ſeu obicem proficiendi i via dei incurrit[aut ſcandalizat].i.cadit peccando, quod maius & grauius,q̃ offendere. Põt enim qs pede in aliqd impingere. nec cadere[aut infirmat]in fide,hæſitans q̃d ſit tenendum,quod valde pœnale,periculoſũ q; eſt. ¶ Conſequenter hortat Apꝰs ad hoc.[Tu fidem quã habes penes temetipſũ].intra te firmiter credis om nes cibos per Chꝛm purificatos ſeu licitos factos[habe coram deo].i.ſufficiat tibi hanc fidẽ habere in cordis ſecreto deo ſpectante,nec fratri tuo aliter eſtimanti eã oſtendas,nec ſcandalizetur.[Beatus]eſt iã iſpe bene agẽdo[qui non iudicat].i.damnabilẽ facit[ſemetipſũ],aliũ ſcandalizando[in eo quod probat],id eſt,faciendo q̃d licitum eſſe cognoſcit in ſe quãuis ſit illicitum propter ſcandalum euitandum. Vel ſic: Beatus q̃ non iudicat.i. nõ redarguit ſemetipſũ in eo q̃d probat,id eſt, approbat,hoc eſt,q̃ nihil agit contra conſcientiam ſuam[Qui autẽ diſcernit] id eſt,iudicat quoſdam cibos vitandos Luc.1 Prou.10 1.Cor.8 Mat.18 Eccl.1, Act.10 Iob.27 Pro.17

1.Cor.19. [si manducauerit] tales cibos [damaatus est] caussaliter; i.peccando mortaliter, dānari promeruit [qa] manducat [non ex fide]. i. contra id quod secundum fidem & conscientiam suam sentit agendum. [Om̄e autem quod non est ex fide]. i quod fit contra fidem, & propter finē contrarium fini, quem edocet fides, [peccatum est] quia inordinatum, & contra legem diuinā. ¶ Circa hæc duo quæruntur. Primo, vtrum ratio seu conscientia errans obliget? Secundo, an quelibet actio infidelium sit pctm̄ Et respondēdum ad primū, quod operatio recipit speciem a termino ad quē, rationem autem boni vel mali moralis sumit ab intentione agentis, seu formali ratione obiecti. Cum ergo ratio dicit aliquid bonū vel malum, quamuis ita nō sit: tamen si voluntas fertur in id, quod ratio ei proponit sub ratione mali licet sit bonum

1.Reg.35 certum est, quod fertur in illd̄ sub ratione mali, & ideo formaliter peccat. Quemadmodū putans falsū asserere mentitur si verum dicat: eo quod falsum dicere æstimet Simile est, si quis bonum agat putans illud esse malum peccat enim. Ideo ratio seu errans conscientia obligat.

1.Reg.35 Non ē tamē homo perplexus. i. necessitate peccandi a-
1.Tim.5. strictus: qm̄ potest errorē rationis abiicere. Ad sec ūdū dicendū, quod infidelitas, sicut & cętera peccata mortalia, aufert vitā gratię, non autem tollit bonum naturæ.

Eccl.15 Quāuis ergo infidelis nō agat aliquid meritorie, pōt tñ
Esaię.1 facere opus bonum in genere moris seu bonum morale ad quod se extendit naturalis potentia. Et in tali actu nō peccat directe, & per se, vt si honoret parentes, vestiat nudū, cibet esuriētem. Quicquid vero refert ad finē suę pfidię, in eo peccat, quāuis sit bonū. Nam finis peruersus est. Quod ergo nunc ait Aplūs, omne quod nō est ex fide, peccatū est: & quod glosa adiecit, oīs infidelium vita peccatum est, accipiendum est secundum sensum prętactum. Et quia qui fidem non habet, protinus in diuersa peccata collabitur.

Mar.16. Heb.11

¶ Expositio cap.15 s. Debemus autem nos firmiores &c.

Articulus XIX.

Debemusautem nos firmiores]id est in virtutibus fortiores[imbecillitates]id est,defectꝰ & imperfectiones[infirmorum sustinere].i.æquanimiter ferre & sustentare atq; erigere, vt sanentur. Sicut & alibi dicitur: Libenter suffertis insipientes,cum sitis ipsi sapientes. Et iterū: Alter alterius portate. Nam in corpe naturali,mẽbra fortiora (vt nerui et ossa) sustinent teneriora. ¶Sed quia ex hoc,quod aliqs sustinet imperfectionem alterius,tanquam infirmioris, protinus insurgere solet inanis gloria, qua quis de sua perfectione stultissime gloriatur, & alteri se præponit: ideo optime iunxit apostolus:[& non nobis placere].i. non habere conplacentiam in nobis ad nosipsos reflexā nec gloriari in nobis,nec proprium placitum sequi,sed potius displicere nobis in nobis:cum nihil ex nobisipsis habeamus, nisi quod merito inducere debet nobis displicentiam nostri .Vnde de reprobis scriptum est.2.Petri.2. Audaces sibi placentes.Si pensamus proprias imperfectiones & vicia,non placebimus nosmetipsis .Et quo nobisipsis magis placemus,eo ãplius displicemus deo.[Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in bonum].i.ad bonumfinem, sen tendendo in opus bonum [ad ædificationem] ipsius vt ex nobis sumat profectū [Etenim Christus] secundum quod homo[nõ sibi]i se [placuit].i.in se ipso gloriatus nõ est, quasi a seipso aliquid habens,nec proprium placitum,sed dei voluntatem quesiuit. Ideo enim in euangelio loquitur: Descendi nõ vt faciã voluntatem meã,sed eius qui misit me. Et: Non potest filius a se facere quicquam. Et: Ego non quæro gloriam meam, sed quę placita sunt patri ,facio sp. Et: Nõ qđ ego volo,sed qđ tu. Et si Christus q̃ nõ solum caruit omni culpa, sed insuper vt homo plenius fuit oĩ virtute & gratia,sibĩpsi nõ platuit, cur nos miseri defectibus pleni, nobismetipsis placem⁹?[sed sicut scriptum ẽ]in psal. qui ad literam de Christi passiõe cõscriptus est.[Improperia],id est. detractiones, oppro-

2.Cor.11.
Sustinendo a coopertos
Ioan.13.
Gal,6.
Philip.2.
Eccl.8.
.Cor.4
Propria ipsorum ostenta vitia.
I.Reg.2.
Eccl.30.&
30.
Ioan.8
Ioan.5.
Ioan.8.
1.Pet.2.
Ioan.1.
Ps.68

bria, iniurię [improperantium tibi] o pater æternę i me Nam Iudæi improperando mihi. improperauerunt & tibi. Qui enim non honorificat filium, non honorificat patrem, qui misit illum, Improperabant autem Iudęi patri & vnigenito filio eius, ac sancto spiritui, ascribentes miracula Christi dæmonibus, eiusque vitam impiam esse dicentes. Dixerunt enim Ioannis. 5. Nonne bene dicimus nos quia samaritanus es tu, & dęmonium habes? Et alibi, In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dęmonia. Hęc itaque im ꝓperia [ceciderunt sup me] .i. in mea humanitate habuerunt effectum, & me ęominem occiderunt. Tibi enim nocere non potuerunt Et hoc ideo passus sum quoniam tuam in omnibus feci voluntatem, increpando vicia Iudeorum. [Quecunq; enim scripta sunt] Quasi dicat apostolus. Merito allegaui scripturam istam de Christo. Quecunq; eni scripta sunt in libris diuinis: pręsertim de Christo, & eius mysterijs, [ad nostram doctrinā], id est, informationē [scripta sunt.] Nam CHRISTI actio nostra est instructio, [vt per patientiam] in aduersis: quam verbis & exemplis docet scriptura, dicendo? In patientia vestra possidebitis animas vestras. Et Iacobi. 5. Exemplū accipite longanimitatis & patientię, prophetas Ecce beatificamus eos, q sustinuerunt, [& consolationē scripturarum] consolātiōnum animas studiosas ac pias quoniam multa iucunda & delectabilia continent. Vnde primo Machabeorum duodecimo. Ionathas & alij dicebant. Habemus solatio sanctos libros, [spem habeamus] id est certam fiduciam obtinendi gratiam in p̄senti, & gloriam in futuro. Omnis nanq; scriptura, diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendum, aderudiendum in iusticia, vt ꝑfectus sit homo dei, ad omne opus bonum. 2. Timo. 3. Porro vt hanc gratiam consequamur orat apostolus. [Deus autem patientię] dator, cōseruator, & remunerator, de quo ait psalmista Nonne deo subiecta anima mea. Ab ipso enim patientia mea. Et. Quoniam tu es patientia mea domine, [&

Ioannis. 5
Lucę. 11
Ioan. 14.
Matthei. 6.
Episto.
Eccl. 44
2. Timo 13

solatiõ] id est consolationis infusor, qui consolaẽ nos in omni tribulatione nostra de quo Tobias dicebat. Post tẽ pestatem, tranquillum facis, & post fletum exultationẽ infundis. [Det vobis idipsum sapere in alterutrum] .i. idem sentire adinuicem [secundum Iesum Christum,] id est, secundum voluntatem & doctrinam saluatoris. non secundum sensum vestrum, vt sitis conformes & eadem sentientes, iuxta illud, Viriliter agite, confortamini, idem sapite. Sic enim multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Hanc identitatem non facit, nisi magna gratia dei, quæ humanarum opinionũ, falsitatum, imaginationum, & inflationum, diuersitatẽ, nebulamq; expellit, & corda diuersa in vno veritatis ac sanctitatis splendore recolligit. Vnde ait beatissimus Dionysius, quod sicut lumen naturæ, ratione suæ defectuositatis, est causa diuersitatis in assertionibus hominũ sic lumen gratiæ a diuersitate in vnitatem reducit, & omnes idem asserere facit [vt vnanimes] id est, affectu & sensu conformes [vno ore] id est simili vocis laudatiõe [honorificetis deum, & patrẽ domini nostri Iesu Christi] .deum patrem, qui est deus Christi secundum naturam assumptam: & pater ipsius, secundum naturam diuinam. De quo ait Ioannis vltimo. Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum vestrum. [Propter quod] videlicet vt deum vnanimiter honorificetis [suscipite inuicem] id est, vnus suscipiat alium in omni charitate & pietate mutuo consulendo, condolendo, succurrendo, & cætera opera misericordiæ corporalia ac spiritualia impendendo. Vñ prima ad Thessalonicenses quinto, Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiẽtes estote ad omnes [sicut & Christus suscepit vos] sub alis suæ protectionis, sanauitque nos. Ait enim Ioannes 6. Eum qui venit ad me, non eiciam foras. Et in Esaias 53. legitur. Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. Denique suscepit Israel puerũ suum, recordatus misericordiæ suæ. Et Dauid in psal. Misit, in

Tob.3

1.Cor.1
Act.4
Phil.3

Dionysius

1.Cor.1

Matth.8

Luce.

quit, de cœlo, & accepit me, & assumpsit me aq̃s multis [in honorem dei]. Hoc ad vtrũq; refertur, quia & nos debem⁹ suscipere inuicem, & Christus suscepit nos ad honorem & gloriam dei. Quod autem Christus susceperit nos, ostendit Apostolus, primo de populo Iudæorum [Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis]. i. deo patri seruisse, secundum formã seruilem, in prędicatione, qua prędicauit Iudęis. Immo & Christus se seruũ præbuit Iudæorũ, iuxta illud. Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Et alibi. Filius enim hominis non venit ministrari, sed ministrare. Dr̃ ergo Christus minister circumcisionis. i. prædicator atq; Apostolus Iudęorum, ad quos specialiter missum se perhibet, Non sum missus, nisi ad oues quę perierunt domus Israel. Et hoc [propter veritatẽ dei]. i. quia de⁹ ita prædixit, & vt deus verus esse cognosceretur [ad cõfirmandas]. i. approbãdas, & adimplendas [promissiones patrũ]. i. promissiones diuinas, patriarchis, prophetisq; factas de Christo. Vel, sic Dico Christũ Iesum ministrum fuisse circumcisionis. i. circumcisioni subiectũ, ipsam in se recipiendo, ꝓpter veritatem dei, qui misit filium suũ factũ sub lege, ad cõfirmandas ꝓmissiones patrũ. i. ad ostendendũ, quod deus daturus sit p̃rib⁹ bona ꝓmissa, quę promisit Iudæis, circumcisionẽ recipiẽtibus. Abrahæ eĩ promisit, In semine tuo benedicent̃ omnes gẽtes. Et ita susceptio Iudæorũ quodãmodo pertinet ad iusticiam, propter præcedentem promissionẽ. Susceptio vero gentium ad misericordiam maxime spectat. Propter quod subditur. [Gentes autẽ] .i. gentiles conuersos: dico [super misericordia]. i. de pietate & gratia sibi ĩpensa [honorare deũ]. i. gratias agere deo, eiq; seruire. [Sicut scriptum] psalmo. 17. [Propter hoc cõfitebor tibi in gentibus.] Verbũ est filij ad patrem dicentis. Propter hoc, quod in psalmo illo huic versiculo p̃mittitur. Deus, qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, &c. confitebor tibi deo patri, in gentibus, id est, gentes faciã tibi confiteri confessione laudis

ps 23. Hiere. 3. Luc. 22 Mat. 20. Mat. 15. Gen. 3. Luc. 1 ps. 118. ps. 17 ps. 116. Act. 13.

túæ & culpæ ſuæ. cum per apoſtolos conuertero eos ad fidem [& nomini tuo cantabo] per ora gentium cõuerſarum, & etiam per meipſum, ſecundum quod homo ſum. Ex hoc ſequi videtur, quod pſalmus ille ad literã de Chriſto loquatur. Apoſtolus enim per verba pſalmi huius probat gẽtes ſuſceptas a Chriſto. Probatio vero nõ valet, niſi per ſenſum literalem, vt Auguſtinus teſtatur. Lira tamen exponit pſalmũ illũ & verba hic alegata ad literam de Dauid. Et vtiq; niſi pſalmus eſſet excellẽter notabilis tanquam myſterijs Chriſti redundans, nõ toties inueniretur in ſacra ſcriptura expreſſus. Non enim vt cæteri pſalmi communiter habetur in libro pſalmorum, ſed etiam ſecũdo regum. Ideo expoſui pſalmũ illum de Chriſto loco ſuo. [Et iterum dicit] de gentiũ ſuſceptiõe ſeu conuerſione in Eſaia, vel ſecundum Bedã, in Cantico Deuteronomĩ, tamen ſecundum aliam tranſlationem [Lætamini gentes]. i. gentes cõuerſi [cũ plebe eius] id eſt Iudæis qui erant populus peculiaris. Noſtra tranſlatio talis eſt. Laudate gentes populum eius. [Et iterum] dicit dominus per ꝓphetã in pſalmo [Laudate omnes gentes] ad fidem vocatę [dominum & magnificate]. i. magnifice honorate, & verbis ac factis magnũ eẽ oñdite eũ oẽs populi]. i. duodeci tribꝰ Iſrael [Et rurſus Eſaias ait. Erit radix ieſſe, & qui exurget regere gẽtes, in ipſum gentes ſperabunt.] Noſtra tranſlatio habet ſic, Radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorũ, ſuper quũ gẽtes deprecabunturi. Eſt itaque ſenſus. Erit radix ieſſe. i. Chriſtus de ſemine Ieſſe (ſeu Iſai) patris Dauid deſcendens. Quamuis autem Chriſtus de Ieſſe ſit natꝰ, & per hoc poſterior eo, ſecundum naturam humanam, eſt tamen radix illius, quia ſecundum diuinitatem eſt origo & fundamentum ipſius Ieſſe, & qui (ſcilicet Chriſtus) exurget procedendo in actum. Vel, exurget, a mortuis regere gentes, id eſt, eccleſiam ex gentibus congregatam quam regit per ſeipſum, per angelorum cuſtodiam & per prælatos: in eum gentes ſperabunt, tanquam in ſaluatorem. [Deus autem ſpei]. i. in quo ſperamus, &

pſ.66
pſ.93
2. Reg.6.
Eſa.35.
Ioan.10.
Eſa.9.
pſ.116
Eccleſi.43.
Malach.11.
Eſa.11.
Pſalm.2.
Matthei.1.
Eſai.11.

Gala.3 a quo ſpes vera inſunditur [repleat vos] in hac via ſcho
1. Tim.3. atiue [omni gaudio] ſpirituali [& pace]. i. interna tranq̃
litate, paſſionibus exſtirpatis [in credendo] per fidem for
matam. Iſta enim ex fide formata proceduntur. Orat ergo
Sapien.1. Apoſtolus, vt diuina fideliter contemplando, impleã
Eccl.2 mur omni gaudio ſpirituali ac pace: conſideran do vide
licet bonitatem & beatitudinem dei, beneficia quoq; ip
ſius nobis exhibita & ꝓmiſſa [vt abundetis in ſpe] id eſt
in actu ſpei, certus atq; auidius expectando felicitatem
futuram, ex prælibatione eius in hac vita. Ex perceptiõe
Finis. nempe præſentium munerum certa fit expectatio futu
Ps.103. rorum [& virtute]. i. gratia [ſpiritus ſancti]. Vel in vir
Eſa.59 tute. i. efficatia bonę operationis ſpiritus ſancti. i. quę da
Ps.33 tur a ſpiritu ſancto. Certus ſum autem fratres mei & e
Mat.8 go ipſe de vobis] vel per reuelationẽ diuinam, vel per
operationem veſtram quam percepi. Quemadmodũ
ſcriptum eſt: Ex fructibus eorum cognoſcetis eos [quo
niam ipſi pleni eſtis] ſecundum conditionem ſtatus ve
ſtri, & exigentiam huius vię: vel quantum requiritur ad
ſalutẽ [dilectione] dei & ꝓximi. Non tamen ſimpliciter
plenus eſt aliquis viator dilectione diuina, cum nullus
viator poſſit perfecte implere præceptum charitatis di
Iob.36. uinę. Et durante vita ꝑſenti, quilibet poteſt in charitate ꝓ
2. Tim.3 ficere. Et eſtis [repleti omni ſcientia] ad ſalutẽ neceſſaria
Eccl.17 non autem abſolute omnia ſcientia [vt poſſitis alterutrũ
monere]. i. vos mutuo exhortari. Hoc dicit Apoſtolus
ne videat eis ſcribere, quaſi ignaris & iperfectis, & vt
hac laude prouocet eos ad meliora. Veruntñ quoniam
a principio huiꝰ epiſtę declarauit diſcordiam, infirmita
tem & imperfectionem Romanorũ, mirum videt, quo
modo iam dicat eos dilectione & oi ſcientia plenos. Et
reſpondendũ, quod iſta non ſunt ad eoſdem referẽda.
Nã quidã eorum valde perfecti erant, de quibus ſã lo
Mat.13 quit, alij imperfecti fuerunt, quos ſuperius increpauit,
&.22. & concordauit ¶ Cõſequenter excuſat ſe de ꝓpoſitione
[Audacius autem ſcripſi vobis fres] i. quis o Romani
ita perfecti ſitis vt dixi, tamen audacter ex magna fidu

cia ſcripſi vobis præſentem epiſtolam [ex parte] .i. ali quibus veſtrum, præcipue ſcilicet imperfectioribus, q magis informatione hac indigent, Vel ex parte, id eſt non plene ſed partim, ac breuiter [tanquam im memoriam] .i. an actualem eorum, quę habitualiter ſcitis [nos reducẽs] & excitans, Scientibus legem loquor, & dixe ſuperius, Scribo tamen vobis, vt actualiter memores ſi tis eorum, quæ ſcribo. Vnde Salomon. Da ſapienti, inquit, occaſionem, & addetur ei ſapientia. Doce iuſtum & feſtinabit accipere. ¶ Cur auten ſcripſerit ſubdit. [Propter gratiã que data ẽ mihi a deo] .i. propter apoſtolatum, vel ſapientam mihi diuinitus prę ſtitã, ad hoc [vt ſim miniſter Ieſu Chriſti in gentibus] .i. Chriſto de ſeruiam, gentes inſtruendo, ſicut ipſe mihi præcipit, ſic q gratiam mihi collatam vobis communicem [ſanctifi cans] .i. ſanctum oſtendens per diuina miracula [euangelium dei] id eſt euangelicam doctrinã, quam prædico [vt fiat oblatio] id eſt ſeruitus [gentium] vel oblatio, qua gentes ſeipſas domino offerunt. Vel oblatio, qua ego eas offero. [Accepta] Deo per deuotionem eorum [& ſanctificata] id eſt purgata a vicꝭ, [in ſpiritu ſcõ] id eſt, virtute & gratia ſpiritus ſancti. [Habeo ego gloriam.] id eſt, cum data ſit mihi gratia tanta ideo habeo gloriam, id eſt, gloriationem internam non vanam, ſed veram [in CHRISTO Ieſu,] id eſt ſecundum voluntatem ipſius [ad Deum] id eſt, ad ſanctæ trinitatis honorem. Ex conſideratione enim beneficiorum ſibi collatorum lætabatur Apoſtolus in deo, quod & nos imitari debemus. Vel habeo gloriam, id eſt, meritũ gloria dignum, ſeu apoſtolicam authoritatẽ. [Non em̃ audeo aliquid eorum loqui quę per me non efficit Chꝛs] nihil præſumo dicere, niſi quod a Chriſto ꝓcepi. Nihil doceo alios qđ ipſe non facio, nec maiora affirmo de me in ꝟbo vel facto, quã Chꝛs operetur per me, vt quæ ego efficio virtute Chriſti [in obedientiam gentiũ] .i. ad hoc vt gentes euang· dei obediãt. Itaq; nõ audeo aliq̃d loq; qđ Chꝛs nõ facit per me [ꝟbo ꝑdicatio

1. Cor. 6
Ephe. 6
Hebræo. 5.
Philip. 4.
Hebræ. 10.
Mar. 4.
Matth. 25
1. Cor. 7.
Act. 10.
Ioannis. 15
Act. 4

Ioan.8 nis [& factis] bonę conuersationis [in virtute signorũ] Deut.6. .i. minorum miraculorum [& prodigiorum] .i. miracu Leui.20. lorũ maiorum sanctorum nõ arte magica, sed in ꝟtute Mat.15. spũssancti.] Hoc dicit apostolus cõtra pseudapostolos, Sapien.18 & vt cęteris aplis q cum Chro corporaliter sunt cõuer Esaię.60 sati, ꝓbet se parẽ nõ ob ꝓpriã laudẽ, sed vt omnes suã Iac.1. doctrinam verã agnoscat, diligentiusq; intendant, ac ĩ pleant. In tantum ergo opatus est Christus per me, [ita Luc.24 vt ab Hierusalem] vndẽ cœpit p̃dicatio apostolorum [per circuitum]. i. diuersis locis & vtibus [vsq; ad Il lyricum] mare in fine Græcię sium [repleuerim]. i. plẽ ne dissemina uerim [euangelium Christi] .i. euangelio Chri tot gentes impleuerim, cõuertendo eas ad euãge Act.4 licam fidem. In quo admiranda potestas spũssancti ap Sapi.6 paret: qui per vnum virũ, sine humano p̃sidio, tantos Mar.13. populos, ad tam supernaturalem arduam, & incompre Sapiẽ.12. hensibilem legẽ conuertit. Agnoscatur ergo opera diui nitas, habeaturq; semper fides certissima, tanquam a deo firmata ac infinita. [Sic autem] in illis locis [euãge lii hoc p̃dicauinõ vbi nominat9 est Christus]. i. nõ illis gentibus, quibus ab alĩs prędicatus fuerat Chrs [ne su per alienum fundamentum] doctrinam ab alĩs traditã [ędificarem]. i. verbum spiritualis ędificationis adhce rem. Et in hoc prædicatio apostoli cõprobatur fuisse laboriosior & efficatior, quia materia non fuit dispositа [sed sicut scriptum est] Esaię 52. [Q̃m quibus non est an nunciatum de eo]. i. gentes, quibus non erat fact9 ser Epe.1 mo de Christo per prophetas, sicut Iudęis [videbebũt] Christũ & opera eius, oculo fidei, per prædicationem apostolicam [& qui non audierunt] p̃dicationem euan gelĩ prius ab alĩs apostolis [intelligent] euangelica do cumenta per prędicationẽ Pauli [Propter quod]. i. p pter occupationẽ meam in prędicando his gentibus [& ipediebar plurimũ]. i. vehemẽter & diu [venire ad vos Romanos [& prohibitus sũ]. i. impeditus, vel a spiritu sancto vetitus] vsq; adhuc. Nunc vero vlterius locum] .i. necessariam causa manẽdi, seu locum conuenientem

[nō habens in his regionibus] Grecię, vbi præcipue p̄, dicaui. Iam enim cōpetenter instructi & reformati fuerunt: erant q̄ per ciuitates & loca ordinati episcopi, p̄sbyteri at q̄ diaconi, qui suffecerant supplere vicē apo- Act.20
stoli [cupiditatem autem]. i. desiderīū magnū [habens veniendi ad vos ex multis iam precedentibus annis]
Quoniam enim Roma erat caput mundi, sciebat Apo 1.Mach.8.
stolus, quod conuersio Romanorum exemplaris & vtilis esset toti mundo: ideo pene a principio suę cōuersionis optauit predicare Romanis. Nā & ideo appellauit Cęsarem, quatenus occasionē haberet veniendi Romā [cum in Hispaniam proficisci cœpero] vt in ea euangelizē. (Optabat nanq̄ Apostol⁹, etiā in occidente p̄dicare Chr̄m, sicut in orientalibus partibus fecerat) spero q̄ preteriens]. i. p̄ loca vestra velociter transiens, versus Hispaniam [videam vos]. i. aliquanto tēpore apud vos ero. Nō enim proposuit diu manere in vrbe, eo quod Petrum sufficere sciret ad conuersionē Romę, qui tunc cum suis discipulis Romę sedit, & per loca Italię discipulos suos misit [& a vobis] Romanis [deducar illuc]. i. ad Hispaniā, quę tūc erat Romanis subiecta [si vobis]. i. vestra p̄ntia [primum ex parte] temporis, id est, modico tempe [fruitus]. delectabiliter vsus, [fuero] habēdo aliquem fructum in vobis, & de vestrō p̄fectu lætando. Frequenter sumit Apostolus, frui, communiter. Proprie autem, frui, est summo bono inhęrere seu vltio fini. [Nūc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis]. i. elemosynas gentiū deferrę ecclesiæ Hierosolymitanorū, quibus p̄fuit Iacobus. Qui vt omnibus credentibus esset forma Christianę perfectionis, vendiderūt oīa sua, & in paupertate voluntaria Chro seruierūt Luc.10.
Pro quorū sustentatione apostoli erant soliciti. Petrus 2 Cor.6.
quoq̄ & Ioannes cōmiserunt Paulo & Barnabę, vt gē I.Cor.11.
tes cōuersas inducerent ad mittendum elemosynas Hierosolymitis, quod & diligenter fecerūt. [Probauerunt em]. i. opere ostenderūt, & sponte acquieuerūt [Mace- 2.Cor.16.
donia & Achaia,] id est, fideles harum terrarum, quæ I.Cor vlti.

sunt partes Grecię. Metropolis autem Macedoniæ, est Philippis, vnde dicuntur Philippēses & Thessalonica Metropolis vero Achaię est Corinthus [collectionem] .i. elemosynarum collationem ac dationem [aliquam facere in pauperes sanctorum] .i. ad sustentationem sanctorum pauperum [qui sunt in Hierusalem] & erant ex Iudaismo conuersi [Placuit enim eis] collationem hanc facere [& debitores sunt eorū] .i. sanctorum in Hierusalē [Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles] .i. quorum gētes conuersę spiritualia bona, videlicet fidem, institutionem & sacramenta Christi a Iudęis conuersis receperunt, mediate vel immediate [debent] .i tenetur debito necessitatis vel delito honestatis, immo vtroque modo [& in carnalibus ministrare eis] .i. necessaria vitę corporalis eis præbere [Hoc ergo cum consummauero] .i. elemosynas istas detulero in Hierusalē ad prædictos sanctos [& assignauero eis fructum hūc] .i. collationem gentium, eis missam. [Proficiscar per vos in Hispaniam] .¶ Quęrit an Paulus prædicauit in Hispania. Dicit quidam ꝙ nō, sed ꝓposuit, nō autē executus est, supueniente impedimento. Vnde quod nunc dicit proficiscar in Hispaniā, intelligendum est conditionaliter, scilicet, si deus ꝓmiserit, vel ita concesserit. Allegant autem pro se decretum quęstione. 11. Quis nesciat. Vbi dicitur, quod de apostolis solus Petrus prędicauit in his prouinciis, scilicet: Italia, Gallia, Hispania, Africa, & Sicilia. Isidorus vero in libro de ortu & obitu sanctorum dicit oppositū, asserens Paulū in Hispania ꝓdicasse. Hierony. quoq; in libro de viris illustribꝰ dicit: Paulus in prīa satisfactione a Nerone dimissus in ꝑtibus occcidentis prędicauit. ¶ Ad decretū autē diuersi mode respondetur. Lira vero respondet, qđ decreti in tēt io est, quod nemo prędicauit in prędictis prouinciis nisi Petrus vel de ordinatione ac missione ipsius. Sed huic non consonat, qđ Paulus sępe testatur, sibi immine re prędicationis officium in omnibus gentibꝰ, q̄tum fieri potuit, ratione sui apostolatus: immo authoritate sib

Eccl[us] 12

Roma.

1. Cor 16.

dorus

Hierony.

cõmissa. Vnde non indiguit ex ordinatione Petri in Hispania prędicare, præsertim cum proposuerit hoc facere antequam venisset Romam ad Petrum. Constat etiam sanctum apostolum Iacobum in Hispania prædicasse. Nec potest negari, quin Paulus Romę (quę est caput Italiæ) p̃dicauit. & per cõsequens in Italia. Scriptũ est enim Actuũ vltimo. Mansit autem biennio toto in suo conducto, prędicans regnum dei, & docens quę sũt de domino Iesu Christo, cum omni fiducia sine prohibitione. Melius ergo dici posse opinor, ꝙ decretum ideo asserit solum Petrum ex apostolis in his prędicasse pro uincijs, quoniam alij apostoli, scilicet Paulus & Iacobꝰ non diu prędicauerunt in terris prefatis. [Scio autem] id est, certe confido, vel per reuelationem agnosco [quòd veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi,] id est, magna plenitudine gr̃ę [veniam] ita, quod meꝰ aduentus sit vobis multum proficuus, mihi̊ ipsi non parum meritorius. [Obsecro igitur vos fratres] id est per rem sacram vos rogo, immo per sanctum sanctorum, videlicet per dominum nostrum Iesum Christum, [& per charitatem spiritus sancti] quam nobis infudit spiritus sanctus [vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me] fusis [ad deum.] id est, orando Deum pro me, mihi subueniatis [vt liberet ab infidelibus], id obstinatis Iudęis [qui sunt in Iudæa] ne rapiant quod affero sanctis [& obsequij mei oblatio,] id est, representatio elemosynarum, quas porto secundum ministerium mihi iniunctum [accepta] id est, placens & grata [fiat in Hierusalem] sanctis illis degentibus, quatenus affectum meum erga ipsos intelligant, [vt veniam ad vos in gaudio] spirituali, id est, spiritualiter gaudens, negocijs meis salubriter expeditis [per voluntatem DEI,] id est, diuina voluntate annuente ac operante [vt refrigerer vobiscum,] id est, in simul refrigerium spiritualis consolationis habeamus, vos ad concordiam reuocatis, & vnoquoque nostrum de profectu alterius gloriante. [Deus autem pacis] dator & amator

Act.13
Actuũ.4
Col.3
ps.83
1.Pet.1.
Io.10.
Eph.4.
Eph.4.
1.Thess.5
Colos.4

[sit cum omnibus vobis Amen] per gratiosam inhabitationem. Quauis enim vbiq; sit, tamen (vt Salomon ait) Prouer. 13. Longe est dominus ab impijs.

¶ Declaratio cap. Decimisexti & vltimi, scilicet. Commendo autem vobis.

¶ Articulus XX

HVcusque Apl's instruxit Romanos moraliter verbis prędicationis, iam agit idem exẽplo operis, proponens eis ꝑsonas imitatione dignissimas. [Commendo autem] commendabilẽ dico, laudo, committo autem [vobis Phœben sororem nostrã spiritualem fide, & religione [quę est in ministerio ecclesiæ quę est Chencris]. i. ministrat ecclesiæ, existenti in loco, qui dr̃ Chencris. Chencris autẽ est portus maris Corinthi, Phœbe vero mulier nobilissima erat, atq; ditissima: & de suis facultatibus ecclesiã illã nutriuit [vt eã suscipiatis in domino]. i. secundum voluntatem dei, & sicut deus requirit, videlicet, charitatiue, reuerẽter & pie [digne sanctis]. i. prout decet recipi sanctos & assistatis ei in q̃cũq; negocio vestri indiguerit.] Venit hęc mulier Romam propter certa negocia sua, & forte in cura Cæsaris habuit aliqua expedire, sicque indiguit auxilio Romanorũ. Meruit etiã ipsa, vt sibi subueniret̃ hoc modo [Etem̃ ipsa q̃q; astitit]. i. subuenit [multis] fidelibus [& mihijpsi] in ecclesia aũt Romanorũ erãt q̃dã de familia Imꝑatoris, iuxta illud: Salutãt vos q̃ sunt ex Cæsaris domo, & isti pręcipue poterant auxiliari fidelibus [Salutate Priscã & aq̃lã] virũ Priscę, de quibus ĩ Actibus habetur: vbi etiam Prisca hęc appellat̃ Priscilla, & erãt ãbo valde eruditi in via dñi, Nã & Apollinem plenius instruxerunt, venerũtq; Romã vt cõfirmarent Romanos. Quod secundũ glosã intelligendũ est de oĩbus quos hic salutat Apl's. scilicet, quod venerunt Romam ad confirmandum Romanos in fide & gratia, [adiutores meos in Christo Iesu] .i. in prædicatione euaugelij Christi [qui pro anima mea], i. defensiõe vitę meę [ceruices suas supposuerunt]. i. seipsos mortis periculo, ex

Mat. 12.

Eph. 1. 5.

Phili. vlt.

Act. 1.

Act. 8.

Ioan. 15

posuerunt. Debemus enim pro fratribus animas pone- 1.Io.3
re [Quibus non solus ego gratias ago] pro beneficijs mi
hi impensis, qui in Corintho in domo eorū mansi, &
operabar cum eis manibus propꝛijs, [sed & cunctę ec- Actuū.20.
clesię gentium] gratias agunt, quoniam mihi gentiū a- Eph.4.
postolo taliter altiterunt. Salutate quoq; [& domesticā 1.Tim.2.
eorum ecclesiam] .i. eorum familiam vel congregatio-
nem fidelium, in domo eorum existentē [Salutate Ephe
netum dilectum mihi] .i. familiarem [qui est primitiuus
Asię in Christo] .i. ex Asia primo conuersus, ac regene Heb.12.
ratus in Christo: & sic erat alijs exemplar credulitatis, Sap.3.
seu fidei. [Salutate Mariā quę multum laborauit in vo
bis] .i. pro vobis cōcordadis. Nunciauit enim Apostolo
discordiam Romanorum [Salutate Andronicum & Iu
liam, cognatos & concaptiuos meos] i. de tribu mea ex
istentes, & interdum capti fuerunt pro fide, & multa p
pessi, vt ego [qui sunt nobiles] nobilitate sanctissimę cō Origenes.
uersationis [in apostolis] Secundum Origenem, hi duo
viri erant de numero septuaginta discipulorum, q̄rum Act.13
aliqui, (vt Sileas) nominantur apostoli. Sic & isti dicun
tur nobiles in apostolis .i. inter apostolos, quia apostoli
dicti sunt ratione di scipulatus, & validæ prędicatiōis
[qui & ante me fuerunt in Christo] per fidem. [Salutate
ampliatum dilectissimum mihi in domino. Salutate eos
qui sunt ex Narcisci domo] .i. ad eius familiā pertinent
Narcisci iste, vt dicitur presbyter fuit, & circumeundo
confirmabat fideles. [Salutate Rufum electum] ad sacer
dotium [& matrem eius] carnalem [& meam] spiritua-
lem. Propter præcipuā huius fœminę sanctitatem, no-
minat eam matrem. Cętera patent. [Salutate inuicem in
osculo sanct o] spirituali, charitatuo: quod sit verę con-
cordię, & internę dilectionis, indicium, non in osculo
carnali, ipudico, adulatorio, simulatorio aut ꝓditorio
Absolon osculabatur populum adulatorie, Ioab Ama-
sam simulatorie, Iudas Christum proditorie. Erat qp-
pe in primitiua ecclesia cōsuetudo recipiēdi ac salutādi
fideles cum osculo oris. Tunc em̄ arsit spiritualis dile-

ctio, nec erat periculum de carnalitatis mixtura, vt mo do. [Rogo autem vos fratres, vt obseruetis], id est, no-
Phil. 3. tetis & discernatis ab alijs [eos qui dissensiones], id est, discordias contrarias opiniones circa fidei verita-tem [& offendicula], id est, scandala [præter], id est, contra [doctrinam] euangelicam [quam vos didici-stis,] a CRISTI discipulis [faciunt] inducendo vos ad mutuam offensionem ac dissensionem, [& declina-te ab eis] non solum mente, sed etiam corporali recessu
ps. 17. si fieri potest, ne peruertamini cum peruersis. [Huius modi enim] peruersi [CHRISTO domino] nostro [non seruiunt] qui talia vicia suis seruis prohibuit [sed
Nee. 9. suo ventri] quem quærunt implere: cum sint gulosi.
1. Thess. 2. [Et per dulces sermones], id est, verba composita atque placentia [& benedictiones], id est, falsas laudatio-
Eccl. 11. nes [seducunt corda innocentium], id est, inexperto-rum & incircumspectorum, qui in se boni sunt sine do-lo & felle, putantque alios tales esse, quales ipsi sunt, i-deo cito credunt & falluntur. Vnde Prouerbiorum de cimoquarto scriptum est. Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos. Debetis autem o Roma ni ab his declinare. [Vestra enim obedientia] qua ve-ræ fidei, & apostolicæ traditioni, paretis [in omnem locum], id est, per omnes ecclesias, [diuulgata est.] Quoniam enim Romani monarchiam tenebant, quoti-
1. Mach. 8 die erat confluxus extraneorum ad Romam, qui rede untes ad sua diuulgabant facta Romanorum, & ita fi-deles venientes Romam, cum vidissent gratiam Ro-manorum, reuertentes nunciauerunt cęteris Christianis fidem & opera eorum, sicq; alij animabantur, & con-fortabantur in fide. Propterea error Romanorum ma-gis omnibus nocuisset, quam aliorum. [Gaudeo igitur in vobis] in consideratione gratiæ vobis concessæ, & congratulor vobis [sed volo vos sapientes esse in bo-no] id est, in cognitione & operatione eorum, quæ bo-na sunt, vt discernatis preciosum a vili, virtutem a vi-

De simplicitate Duplici bene cant. Job p°

cio, verum a falso, [& simplices], id est, ignaros & in- Leuit.10.
expertos [in malo] vt nec operando experiamini, nec Heb.5.
approbando sciatis, nec studiose discatis quæ mala sunt
[Deus autem pacis conteret]; id est, deijciet [Satanam]
id est, diabolum, de quo legitur Iob primo: Dixit domi Cant.5
nus ad Satan. Et zachariæ tertio. Increpet dominus in te
Satan, [sub pedibus], id est, affectibus [vestris velociter] ps.35.
de quibus pedib⁹ in canticis scribit: Laui pedes meos, quo
modo inquinabo eos? Et in psalmo: Nō veniat mihi pes
superbiæ. Hoc est, dominus dabit vobis virtutem re-
sistendi diabolo, eumque vincendi. Propter quod ait sal
uator Lucæ decimo. Ecce dedi vobis potestatem calcan ps.90.
di supra omnem virtutem inimici, & nihil vobis noce-
bit. Itemque in psalmo: Super aspidem & basiliscum
ambulabis & conculcabis leonem & drachonem. [Gra
tia domini nostri IESV CHRISTI vobiscum.
Salutat vos TIMOTHEVS adiutor meus] in cul Eccl.4
tura vineæ CHRISTI, EPHESIORVM
episcopus. Cum quo (secundū HIERONYMVM)
misit Apostolus istam epistolam. Alij dicunt q̄ prædi
cta Phœbes detulit eam. Et puto q̄ vtrisque commisit
hanc baiulationem, vt si quid vni in via occurret impe-
dimenti, alter negocium expediret; [& Lucius.] Qui-
dam dicit, & Lucas, exponitque de Luca euangelista,
sed nec textus correctus, nec glosa sic habet, [& IA-
SON & Sosipater] qui sunt [cognati mei] secundum
carnem. [Saluto vos ego tertius], id est, taliter nomina-
tus [qui scripsi epistolam] hanc [in domino], id est, ad
dei honorem, tanquam notarius apostoli, de cuius licen
tia ego nominatus vos saluto, & nomen meum hic ex-
primo, ad perpetuam rei memoriam [Salutat vos Ca-
ius hospes meus] iam in ciuitate Corinthi vnde mitto
præsentem epistolam. Iste Caius erat Corinthiorum
episcopus ad quem scribit IOANNES Apostolus
tertiam suam canonicam, laudans eum de virtute ho-
spitalitatis, vnde & PAVLVS in domo eius mane
re solebat [& vniuersa ecclesia] Cuius [Salutat

nos Eraſtus, archarius ciuitatis] Athenienſium, ſecundum gloſam. Dicitur autem Archarius ab archos qđ eſt princeps, vel ab arca, quoniam præerat arcę cuſtodiens eã, in qua ponebant vectigalia & tributa [& Quartus frater] Quartus proprium nomen eſt, ſicut & Tertius, erat cp frater religione non natione. [Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis, Amen.] Exardenti amore reſumit Apoſtolus quod prędixit de p̃ſentia gratię Chriſti [Ei autem] videlicet deo trinitati [qui potens eſt vos confirmare] in omni bono [iuxta euangelium meum] id eſt, ſecundum prædicatiõnẽ meã [& prædicationẽ Ieſu Chriſti] a cuius prædicatione euangelium meum non diſſonat. Prædicationẽ inquam Chriſti factam [ſecundũ reuelationem myſterij] id eſt,
Gala.1 in manifeſtatione diuini ſecreti de incarnatione Chriſti & redemptione generis humani. Vel ſecundum quod reuelatum eſt mihi de iſto myſterio. Myſterij dico [temporibus æternis tacitis], id eſt, ab æterno in deo abſconditi. Tempora autem æterna Ap̃s dicit durationem p̃cedentem hunc mundum, q̃ aliđ nihil eſt niſi æternitas, q̃ exprimit Ap̃s per æterna tempora, quia non poteſt apprehendi a nobis, niſi per comparationem ad temp9 infinitum. Vnde & ad Titũ prima dicit: Ante tempora ſæcularia [quod myſterium nunc] tempore nouæ legis in Chriſti aduentu [patefactum eſt] mundo [per ſcripturas prophetarum] ab ipo Chro declaratas. Qui (vt Lu. vlt. legit) aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas Et Ioannis. 16. promiſit Apoſtolis: Cum venerit ille ſpiritus veritatis, docebit vos omnẽ veritatem. Tunc nanque apparuerunt fõtes aquarum, & reuelata ſunt fundamenta orbis terrarum. Quod totum factum eſt [ſecun-
Pſal.17 dum præceptum æterni dei.] Chriſti enim ſecundum formam ſerui erat miniſtrer trinitatis in hac reuelatiõe. Propter q̃d ait Ioannis. 14. Sicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. Et facta eſt reuelatio iſta [ad obeditionẽ fidei in cunctis gentibus] id, eſt vt omnes obediant
Eph.3. 2.Theſſ.1. fidei, credendo & operando. Myſterij dico [cogniti]

plenarie atq; perfecte [soli sapienti deo] .i. deo trinitati, q̄ solus est sapiens per essentiā, cuius tāta est sapientia vt cōparatione ipsius omnis sapientia creata pro nihil reputetur, sicut in cōparatione diuinę puritatis cœli dicūtur īmundi, & cōparatione aliorum solus dicitur esse. Patefacti autē [per Iesum Christum] (vt dictū est) [cui sit honor] .i. debita exhibitio reuerentię [& gloria] .i. clara cum laude notitia, vel vera lætitia, ita vt honor sit ei a nobis, gloria autem in se. Ipse enim est cum patre & spiritu sancto super omnia deus sublimis & benedictus [Amen.]

p̄s. 146
Eccl. 1
Iob. 15
Io. 8.
Exod. 3
1. Pet. 4.
1. Tim. 1

Neem. 8.
Esaię. 65. Amen
Hiere. 11.

IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS.

primam prefatio Dionysij.

VERBA sapientum sunt quasi stimuli, & quasi claui in altū defixi. Eccle. vlti. Quemadmodū iuxta documenta magni, atq; diuini Dionysij in cœlesti Hierarchia, superiorum angelorū est inferiores purgare, illuminare, & pficere: inferiorū vero angelorū est, a superioribus purgari, illuminari, ac pfici (Purgantur autem non vtique a culpa, cū non sit in eis aliq̄ macula, sed a dissimilitudine seu luminis minoratiōe) sic in ecclesiastica Hierarchia, doctorū & plato rū officiū est, inferiores purgare, illuminare, perficere, inferiorū vero est, a superioribꝰ purgari, illuminari, & pfici. Purgātur vero hoies nō solū a dissimilitudie, sed etiam a pctis, illuminantur autem, vt veritatem cognoscant, perficiuntur quoque, dum in dei amore proficiūt Cum ergo sapientes vicioſos, & negligentes efficaciter

Dionysiꝰ.
Matth. 22.
Matth. 18.
Marc. 16.
Leuit. 14.
Matth. 8.
Hebreo .1.
Ioannis .1
Philip. 2.
1. Petri. 5.
2. Tim. 4.

arguunt verba eorũ sunt quasi stimuli, quoniam corda dura pungunt, penetrant, & impellunt. Propter q̃d per Hieremiam dominus loquitur. Nunquid non verba mea sunt quasi malleus conterens petram? Sermo quippe diuinus eradicat, abscindit, & ejcit, de cordibus nostris spinas & tribulos viciorum, ac passionum, sicq; circũscindit & polit animã nostram vt capax sit illustrationis internę, & perfectionis diuinæ. Et quantum ad hoc verba sapientũ sunt claui quasi in altũ defixi. Itaq; ẏba sapientissimi nostri doctoris, magistriq; gentium diuinissimi, & gloriosissimi Pauli, in ea q̃ ia exponenda restat epistola, sunt quasi stimuli. Quia Corinthios de multis excessibus fortiter increpat, bonos vere commendat & scdm diuersã dispositionẽ eorũ q̃bus scribit diuersimode logtur: nunc exhortando. nũc blandiẽdo, nũc col laudando, nũc arguẽdo. Porro Corinthꝰ est metropolis Achaię, q̃ est ps Greciæ, vñ Corin. dicunt Achaici. Hi ab Apłis instructi, & cõuersi fuerũt, sz post eiꝰ recessũ varijs modis subuersi sũt a philosophis & ludęis. Quo cognito, Apłs existẽs i Epheso, scribit eis pñtẽ epistolã mittẽs eã p Timotheũ. In q̃ reuocat eos ad Euãgelicæ fidei ẏritatẽ, & Chriane iusticię puritatem.

Heb.4 Sap.30.

I.Cor.4. & .11.

¶ Expositio primi cap. Epłæ ad Corinthios primę Articulus.I.

Matth.11. 1.Reg.13. Roma.1. Gala,1. Actuum.9 Matth.19. Luce9. Oseæ.8

MOre solito, iuxta cõsuetudinẽ scribẽdi epistolas seu lras missiuas, Apłs i hunꝰ epłę exordio nomẽ suũ p̃mittit, & alterius secũ scribẽtis, sicq; p̃cedit ad salutationẽ, narrationẽ, & cõclusionẽ vt fieri solet. Et ait. [Paulꝰ vocatus]. i. ex diuina prędestinatiõe assumptꝰ & factꝰ vel a deo electus ſapłus Iesu Chri p volũtatẽ dei]. i. a volũtate diuina, tanq; a causa pricipaliter, ac libera. Hoc dicit Apłs, vt oñdat eos deo resistere, q̃ suo apostolatui cõtradicũt, & etiã, vt demõstret q̃dip̃e nõ iniecit sciꝑm, nec sibi assũpsit honorẽ, vt illi de qꝰ dñs ait, Ego nõ mittebã eos & ipsi cur rebant Et rusũ Principes extiterunt, & non cognoui.

¶ Quæri potest cur Paulus hunc illimus, inista epła,

cum nomẽ ſuũ commemoraſſet, ſtatim adiecerit noĩa ex imiæ dignitatis, non ſolitæ humilitatis, dicens, Apl's nõ ſeruꝰ Ieſu Chri, & hoc p̃ volũtatẽ dei, quaſi impiũ ſit aliter opinari. Et reſpõdendũ, quod ỽtus diſcretionis id exigit i p̃lato, vt ita ſe habeat ỽbis & factis circa ſubiectos, ſicut eorũ ſaluti expediẽs eſt. Oportet aũt p̃latũ a ſubditis timeri, amari, ac honorari. Cum ergo ſubiecti ita ſe habent circa p̃latũ, nõ eſt p̃lato neceſſe, vt verbis ſeu factis authoritatem ſuã oſtendat. Cũ vero cõtemnit oſtendere debet collatæ poteſtatis authoritatẽ, quatenꝰ ſubditis timorẽ, reuerentiam q̃ nominis ſui incutiat. A poſtolus aũt Corinthꝫs viluit, quia (vt aſſerit gloſa) cõ tẽpto Paulo apl'o, de ſapiẽtibus huius ſæculi ſe iactabãt q̃rũ vana eloquẽtia, ſapiẽtia q̃ terrena delectabant. Incirco apl's, vt eorũ p̃ſũptionẽ argueret, eos q̃ q̃ ad ſuæ p̃ſonæ reuerẽtiã inclinaret, cũ dixiſſet Paulꝰ, mox addidit apl's &c. quod totum factum eſt non ad propriã laudem, ſed ꝓpter illorũ ſalutẽ [& Soſtenes frater.] Hunc Soſtenẽ aſſociat ſibi Paulꝰ qa p̃ Corinthiorũ correctione multũ ſolicitus fuit, & eos (vt dicit) apud apoſtolũ accuſauit. Vñ nũc dicit: Soſtenes frater, ad inſinuandũ q̃ accuſatio illa p̃ dñm ex fraterna charitate, nõ aliunde. Ita q̃ ego Paulꝰ, & Soſtenes frater ſpũalis, ſcribimus: ſolus tñ Paulus dictauit. Soſtenes vero cõſentiẽdo cõ ſcripſit [eccleſiæ dei] .i. congregationi fidelium [q̃ eſt Corinthi] .i. in ciuitate Corinthia, vtpote [ſanctificatis] .i. a vicꝫs emundatis, in ſacramento baptiſmi, ac p̃niæ p̃ in Chro Ieſu] .i. in ỽtute & gratia ſaluatoris [vocatis ſanctis] .i. a deo ad ſanctitatẽ adductis atq̃ electis [cũ oĩbus q̃ inuocant] .i. ex intimo cordis affectu implorãt [nomẽ dñi nr̃i Ieſu Chri in oĩ loco ipor̃ũ] .i. vbicũq̃ in p̃uincia Corithiorũ [& noſtro] .i. loco nobis primũ cõceſſo. Hic em̃ locꝰ Paulo cõmiſſꝰ eſt, vt habitatores eiꝰ cõuerteret. Et cum deus vbiq̃ ſit, non ſolũ in tẽplo materiali, ſed vbiq̃ inuocãdus eſt: q̃tenus veri adoratores adorent eũ in ſpũ et veritate. Quia nec cõtemplatio neq̃ oratio exigit locum, aut loci determinationem ex

Rom.12
Rom.15
Marc.10.
1.Timo.6
Baruch.3
Eſa.43.
Gene.43.
Io.5
Pro.9.
Hebr.vlti.
Infr.6.
Io.1
Io.2
ps.101.
ps.138.
Io.4
Mala.1.

Mala.1. ps.10 ps.16. Iudith.6. Esa.32. ps.147 Iaco.1. ps.109. Esa.53. 10.5. 1.Io.5. Inf.ca.12. Ioannis1.5. Epist. 1.Thess.2: &.5. ps.117.

necessitate, sed ex quadā decentia, vnde sicut cōtemplationi beatorum deputatur cœlum Empyreum ex congruētia, sic eccl'ia materiaiis deputat orationi fideliū, ex cōgruentia quadā. Sed sicut angelus vbicūq; fuerit extra cœlum Empyreum incessabiliter deum contemplat ita fidelis vbicūq; fuerit, nomen Christi inuocare debet Et sumitur hic nomen pro re nominata ¶ Consequenter salutatio ponitur. [Gratia] gratū faciēs (de qua in expositione primi Capituli epistolę ad Romanos dictum est plenius) detur & semper insit [vobis] Corinthijs [& pax]. i. quies mentis a viciorū inordinato ipulsu [a deo patre nostro] per gratiam adoptiōis, qui est pater Chri per realem relationem ac relatiuam proprietatem, & pater Christi p ęternā ac naturalē gnationē [& a domino Iesu Christo] filio patris, qui secundum diuinam naturam est vna & eadem causa efficiens gratię & pacis cū patre. Quęcunq; n. facit pater hęc & filius similiter facit. Secūdum vero naturam assumptam, est causa gr̄æ & cęterorum donorū gratuitorū instrumentalis, ac meritoria. Patre autem & filio nominatis datur, intelligi spūs sanct9, qui est amor, nexus & germen amborū. Totius superfeliciſſimę Trinitatis indiuisa est operatio foris transiens: sicut & trium personarum est vna natura & vna potestas. ¶ Quoniam vero inter Corinthios erāt aliqui boni laude digni, Apostolus primo agit de bonis & p beneficijs dei eis collatis gratias agit, & ait: [Gratias ago] verbis, factis, atq; affectibus [deo meo] qui licet sit omnium deus, tanto tamē specialius ac singularius est deus vniuscuiusq; ipsum colentis, quanto ab eo deuotius colitur ardentiusq; amat. Vnde & princeps theologorū Dion. in libris suis, vix dicere audēs deus me9, sic dicit: Deus, & si fas est dicere, deus meus. Propterea non quorumlibet, sed perfectorū feruenter amantiū est dicere, Deus meus. Eortiter tñ proficiētes, ex quadam humili confidentia dicere possunt, Deus me9: alij passim nō dicāt, Deus me9 nisi in p̄sona Chri hominis, vel eccleſię seu perfectorum. Itaq; gr̄as ago

Deus meus ad quē spectat omne.

deo meo, a cuius amore nulla creatura me potest auelle re [semper], i. oī hora conuenienti ac debita, iuxta quem modum iubemur semper orare [pro vobis] quorū imperfectum supplere desidero, eo quod diligam vos tanq̄ meipsum [in gratia dei, quę data est vobis], i. pro omnibus donis supernaturalibus, vobis diuinitus condonatis [in Christo Iesu], i. p̄ Christum mediatorē, seu meritо eius, per quē oīa dona diuia nobis præstantur [quia in oībus] spiritualibus diuitijs [diuites facti estis in illo], i. per Christum abundatis in omni gratia dei, secundum conditionem & statum huiꝰ fragilis vitę videlicet, quia in his quę ad salutē requiruntur, abundatis. Secundū quē sensum ait p̄salmista, Nihil deest timentibus eum. Vel ideo dicuntur in omnibus diuites facti, quoniam spiritualia bona quę nondum fortiti sunt in re, iam habent in spe. ¶ Has autem diuitias explicat Apostolus in specia li [in omni verbo] euangelicæ prædicationis. Hoc dicit Apostolus, vel q̄a donum linguarū receperūt, ita vt oībus linguis loq̄rētur. In primitiua enim ecclesia, per imp̄onem manuum apostolorū, dabatur baptizatis donū linguarum. Vel in omni verbo, i. in omni modo docendi [& in oī sciētia] vera ad salutem necessaria, videlicet in intellectu scripturarū sanctarum, [sicut testimonium Chri confirmatū est in vobis], i. eo mō diuites facti estis in his sicut, i. prout testimoniū Chri confirmatū est ī vobis, i. promissio, seu contestatio, qua Christus testatꝰ est, se dicturum suos fideles, in vobis impleta est. Ipse. n. p̄ dixit. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquę viuę. Hoc autem dicit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum. Et alibi. Quicquid petieritis patrē in noīe meo, hoc faciam, [ita, vt nihil vobis desit in vlla gratia] necessaria ad salutem. Vel, quia oīa dona ad gratiam gratū facientem pertinentia, habetis, & in alijs gratijs, s. gratis datis, notabiliter abundatis. Virtutes em & dona spiritussancti ita connexa sunt, vt habens vnū, cętera quoq̄ aliq̄liter habeat. Nō tamē ita p̄fecti fuerūt quin potuerūt p̄ficere, perfectiores q̄ fieri. Iuxta illud

Ro.1.
Eph.5.
3.Io.1.
Ioan.1.
1.Tim.2
Iudith.11.
1.Cor.8.
Ps.33.
2.Cor.6.
Act.2.
Sap.10.
Iaco.1.
Act.10.
Io.3.

Contenuad tenir er Comme spus

Ioan.13. Omnem qui fert fructum, purgabit eum pater, vt fru-
Esa.3 ctum plus afferat. Itaq; nihil gratię deest vobis [expe-
ctantibus reuelationem].i. manifestiã apparationẽ [do-
Esa.40 mini nostri Iesu Christi] in die iudicij, quãdo iuxta Esa
Apoc.1 iam ꝓphetam videbit ois caro salutare dei nostri. De
qua reuelatione scriptũ est: Ecce venit cũ nubib⁹, & vi-
Ioan.3. debit eũ ois oculus, & q eũ pupugerũt. Vel reuelationẽ
Esa.4. Christi.i. clarã visionẽ eius in patria, quę visio est tota
Mat.10. merces. De qua ait in euange. Qui diligit me diligetur
1.Tim.3. a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei me
ipsum. [qui & confirmabit vos] vt pie confido. Verbũ
1.Io.3. est bonæ spei, non absolute assertionis: nisi forte ex reue
latione diuina. [vsq; in finem] vitæ ꝑsentis, incluſiue.
Ps.104 [sine crimine].i. mortali peccato, ita quod gratiam ꝑse
uerantiæ cõferet vobis, ne peccetis mortaliter, sed ĩ gra
tia decedatis: ad hoc, vt sine peccato appareatis [in die
Ioan.14. aduentus domini nostri Iesu Christi].i. in die iudicij.
Apoc.3 Vel aduentus Christi intelligitur spiritualis eius aduẽ-
tus, quo quotidie venit per gratiam ad electos, put i-
Mat.24 pse Christus profitetur: Ad eũ veniemus & mansionẽ
Apoc.3 apud eũ faciemus. Et alibi, Ego sto ad ostium & pul-
so. Vel visitatio ei⁹. q̃ visitat vnũquemq; ĩ morte. Vñ
Iaco.vltim ait. Vigilate q̃a nescitis q̃ hora dñs vester venturus est.
De hoc aduentu cõminatur negligẽti: Si non vigilaue-
ris, veniã ad te tanq̃ fur: & nescies, q̃ hora veniã. Sed
& Iacobus dicit. Patiẽtes estote vsq; aduentũ dñi.i. vs-
q; ad mortẽ. Vñ subiungit: Ecce iudex ante ianuãas si-
stit. Quãdocunq; aũt cõfirmamur a deo, Chr̃s spiritua
liter venit ad nos. [Fidelis de⁹] non a fide, sed a fidelita
te, quã cõseruat ad suos: cũ quibus fideliter agit, scdm
Deut.2 q̃d charitas dictat. Vel, Fidelis de⁹.i. verax in promis-
Iosue.1. sis. Iuxta illud in ps̃a. Fidelis dñs in oĩb⁹ ꝟbis suis [per
Ps.144 quẽ].i. a quo [vocati estis] p ĩspirationẽ internã; ac pdi
1.Io.1 catione apostolicam [in societatẽ].i. ad cõmunionẽ et
Rom.8 participationẽ gr̃æ, et glorię [filij ei⁹ dñi nr̃i Iesu xp̃i]
Ps.83. De plenitudine siquidẽ ei⁹ accepimus oẽs. Prædestina
Ro.8 uit cm̃ nos cõformes fieri imaginis filij sui, vt dictũ est

Ecce q̃ta gratia & beneuolentia dei sancti, & benedicti, qui nõ solũ vocauit nos ad consortiũ apostolorũ & angelorũ, sed vnigeniti filij sui. Quotq̃t em̃ receperũt eũ dedit eis potestatẽ filios dei fieri. Ideo scriptũ est. Maxia & p̃ciosa nobis ꝓmissa donauit, vt ꝑ hęc efficiamini diuię cõsortes naturę. Et alibi. Societas nr̃a sit cũ pr̃e & filio eius Iesu chr̃o. Ineffabilis prorsꝰ nobilitas societatẽ habere cũ deo. Et sũma miseria, propter tꝑales delitias, ac transitoria bona vilissima atq; caduca, societatẽ hanc deiformẽ amittere. Nõ ergo negligamus gratiam dei, q̃ data est nobis: sed carnem domemus, affectũ purgemus, cœlestibus infatigabiliter intendamꝰ. ¶ Hucusq; laudauit Apostolus perfectos iam alios hortatur ad perfectionem illorum. [Obsecro autem].i. per rẽ sacrã, imo per sanctum sanctorũ rogo [vos fratres] videlicet [per nomẽ domini nr̃i Iesu Christi, vt idipsum].i. vnũ & idem, scd̃m dei voluntatẽ [dicatis omnes] sicut faciũt q̃s iã laudaui [& nõ sint in vobis schismata].i. diuisiões atq; discordię. Scriptũ est em̃: Diuiusũ est cor eorũ, nũc interibũt. Sed videt̃ cõtrariũ his, qd̃ dn̄s ait per aliũ ꝓphetã: Scindite corda vestra, & nõ vestimenta vestra. Et rn̄dendũ, qd̃ loquitur de spirituali cordis circũcisione, & operatione, qua cor antea durũ aperitur verbo dei, & recipit illd̃ [sitis autem ꝑfecti].i. ꝑfecte seu oĩno cõcordes [in eod ẽ sensu].i. in cognitione practica vt idẽ agatis [& ĩ ea dẽ sciẽtia].i. in cognitione speculatiua, vt idẽ credatis, ac sapiatis. Duę enim sunt ꝑtes legis diuinę, videlicet testimonia & p̃cepta. Testimonia ꝑtinẽt ad credẽda, p̃cepta vero ad operãda. Vult ergo Apl̃s vt ĩ horũ vtroq; cõformes sint. ¶ Hęc hortor & obsecro [significatũ est.n. mihi de vobis] o [fratres mei ab his q̃ sunt Cloes].i. q̃ habitãt in loco q̃ dr̃ Cloes. Vel in domo religiosę fœię Cloes vocatę. Quorũ vnus fuerat Sostenes, iã p̃dictꝰ. Scd̃m q̃sdã Cloes est nomẽ loci ꝓpe Corinthũ, scd̃m alios vero est nomẽ mulieris deuotę, in cuiꝰ domo mlti fideles manebãt. Isti doluerũt de cõtentiõe ac schismate Corinth. dixerũtq; Paulo, q̃d subdit̃

Io.1.
Io.1.
1. Io.1.
Pro.18
Eccl.33
Iũan.17.
Oze,10.
Ioelis.2.
Ezech.6.
Col.3.

Pro.20 quia cõtẽtiones inter vos sunt] sicut subiungitur [Hoc
2.Tim.2 autem dico,] id est, refero [quod vnusquisq; vestrũ di-
cit.] percepi enim verba vestra in propria forma, & i-
deo omnium vestrum verba iam narro. Alius, em e vo
bis dicit [Ego quidẽ sum Pauli] .i.ad Paulũ pertineo,
tanq; filiꝰ & discipulus eiꝰ: quia ab eo baptizatus, seu do
Act.17. ctus sũ. Alius dicit [Ego autẽ sũ Apollo] .i. discipulus
eiꝰ. Iste est Apollo vir eloquẽs & potens in scripturis,
1o.1. sicut i actibꝰ legit. qui, vt dr, erat Corinthiorum epũs.
Esaię.4. Alius dicit [ego vero Cephę] .i. ego ad Petrum perti-
neo. Alius dicit [ego aut Chri] sum tanq; eius seruus, at
que discipulus. Qui ita dixerunt nõ errauerunt, vt alij.
Contentio autem Corinthiorum fuit ex hoc, quod pu ta
bant sacramentum baptismatis aliquid virtutis habere
ex meritis ministri, & ita baptizatꝰ ab vno prętulit se ba
ptizato ab alio: prout vnus ministrorum excellentior ex
titit alio. Quilibet etiãnoiauit se ab illo a quo fuerat bapti
zatus, sicque vnus dicebat, ego sũ Pauli, Hi errauerunt
quia baptismꝰ nõ habet efficaciã nisi merito Chri, tanq;
a causa meritoria, qui tactu suę mundissimę carnis vim
Mat.3 regeneratiuã contulit aquis. Vnde de latere Christi mo
Mrrc.1. rientis dicuntur omnia sacramenta fluxisse, qm virtute
Lucę.3 passionis dominicę operantur. Chrs vero vt deus, seu
Matth.vlt. tota beatissima Trinitas, est causa effectiua & principa-
2.Petro.1. lis virtutis baptismi, quoniam solus deus intus baptizat
pctã lauando, seu abluendo, & gratiã infundendo, sine
Io.1. cuius infusione nemo iustificat, neq; pctm dimittit. Vñ
de Christo habet. Super quem videris spiritum descen
Matthe.3. dentem, & manentẽ super eũ, ipse est qui baptizat spũ
sancto, Et alibi ait idem Ioannes baptista Ipe baptiza-
bit vos spũ sancto, & igni. Vnde vt legit, ad vitandum
dictum Corinthiorum errorem, ecclesia Græcorũ mu
tauit formam baptismi, dicendo baptizo seruus Chri-
sti Iesu. ¶ Ad ostendendum ergo errorem Corinthio-
Ephe.4. rum, quærit Apostolus [Diuisus est Christus?] .i. nun-
Matth.23. quid Christus in corpore suo mystico huiusmodi di-
Esaię.45. uisionem admittit, & approbat, vt vnus dicatur Pauli,

alius Cæphę: nō & potius omnes sint Christi, & ab ip̄o Christiani vocentur? quasi dicat, nō Christus enim ait: Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi vt sint vnum, sicut & nos. Vel sic] Diuisus est Chr̄s?] id est, nunquid Christus diuersimode se habet ad suos ministros baptistas, aliter operando in baptismo vnius quam alterius [Nunquid Paulus cruxifixus pro vobis: aut in nomine Pauli baptizati estis?] .i. cum nec Paulus nec aliquis alius, præter Christū ꝓ vestra salute sit passus, nec in nomine Pauli nec alterius, sed in noīe Christi baptizati sitis, cōstat quod non plus valet baptism⁹ ministratus ab vno ministro Chr̄i, quam alio. Quoniā virtus baptismi, est ab ipso qui ꝓ mundi salute occisus est, & in cuius nomine administratur: hic vero Christ⁹ est. Quamuis aūt Christus dixerit: Euntes docete om̄es gentes, baptizantes eas, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. apostoli tamem in primitiua ecclesia, ex familiari consilio seu instinctu spiritus sancti, videlicet vt nomē Christi magis celebre fieret, quod a Iudęis iugiter blasphemabatur, baptizauerūt in nomine Christi. Vnde Petrus disseruit: Baptizetur, inquiens, vnusquisq; vestrum in nomine Iesu Chr̄i. Hoc tamen fecerunt scd̄m quod in nomine Christi, tota supersancta trinitas intelligit̄, videlicet pater vnguens, & spiritus sanctus qui est vnctio [Gratias ago deo meo, ꝙ neminē vestrū baptizaui, nisi Crispū & Gaiū]. Iste videtur eē Crispus archisynagogus, qui vt i Act. legit̄, credidit domino. Gaius q̄q; iste est forsitan de quo ad Ro. dixit apostolus, salutat vos Gaius hospes meus: vt ibi dictū est, Ioānes, tertiam suā misit epistolā, eratq; Corinthiorū episcopus. Itaq; gratias ago, quod neminē vestrum baptizaui p̄ter hos paucos, qui etiam non sunt de vestra contētione cū sint viri ꝑfecti. Non quia baptizare sit act⁹ malus, sed [ne quis dicat, qd̄ in nomine meo baptizati sitis], i. ne actus bonus a me factus, esset vobis occasio mali, Ex q̄ elucescit, quod interdū ab aliquibus bonis oꝑibus ex charitate cessandum sit, vt aliorū culpa seu

Ioan.18
Io.17
Rom.6.
Ioannis.11.
2.Cor.5.
Apoca.13.
Mar.vlti.
Mar.16.
Act.18.
Rom.vlti.
Matth.5.

scandalum deuitetur. [Baptizaui autem & Stephanæ domum], id est, illius deuotę matronę familiam forte si mul cum ea, quæ etiam non contendit vobiscū. [Cęterum nescio si quem alium vestrum baptizaui] & quia Apostolus bonę memorię erat, probabile est, quod non baptizauit nisi prędictos tam paucos. Cuius ratio subditur. [Non enim misit me Christus baptizare]. i. principaliter ad baptizandum, cum hoc ab inferioribus & parum doctis fieri possit tam pfecte, sicut a pfectioribꝰ [sed euāgelizare]. i. euangeliū pdicare, quod nō potuit pfecte fieri, nisi a valde perfectis, atq; doctissimis. Nō est sic intelligēdū quod nunc dixit Apls, non misit me Christus baptizare, q̄ si ipse, & alij apostoli nequaq̄ miss si sint baptizare: cū dicat eis saluator, docete omnes gētes, baptizātes eas: sed hoc ideo dicit, quia apli nō sunt principaliter missi ad baptisandū, videlicet ne baptizādo retardarentur a prędicatione. Ideoque quemadmodum Chrs per seipsum docuit, & per discipulos baptizauit, vt patet Ioannis. 4. sic apostoli verbo pdicatiōis instabant, & per discipulos frequentius baptizabant interdū vero necessitate aut magna ratione exigente, baptisationis. Itaq; misit me Christus euangelizare [non in sapientia verbi], id est, nō in sapientia naturali, seu philosophica vbis ornata, atq; verbosa, quę comparatiōe diuinę sapientiæ potiꝰ est sapiētia nosalis, quā realis [vt non euacuetur], id est, incredibilis aut inutilis reputet, [crux Christi] id est fides passionis dominicæ. Naturali em rationi visum est impossibile, incredibile, atq; inutile, vt deus pateretur. ¶ Ideo Apostolꝰ fidem crucis Christi non prædicauit in sapientia verbi. Vel sic vt non euacuetur crux Christi, i d est ne fides Christi videatur humanę rationi inniti, & per consequens facile reprobari. Denicq; Christiana doctrina non indiget cultu, & pompa verborum: ne videat ex humanæ subtilitatis calliditate procedere, non ex veritate. Ibi enim compositio sermonis exquiritur, vbi ipsa se veritas non commendat. [Verbum enim], id est, fides & p

Act.9.
Mat.5.&10
Mat.18
Io.4
Lucę.4
Ecl.6.
Rom.16
Baruch.3
Ecel.3.
Mat.10
Esa.33.
Inf.cap.2.
Gala.5.

dicatio [crucis] CHRISTI, [pereuntibus quidem] id est mundi huius sapientibus, & reprobis [stultitia est.] id est, stulta & irrisenda videtur. Sicut de Græcis refert Dionysius, quod audita prædicatione fidei Christianę, lato ore riserunt, [his autem qui salui fiunt, id est nobis] puta electis [virtus dei est] id est, potes esse actus diuinę potentię, per quem obtinemus gratiam & gloriam, victoriam quoque contra insidias hostis. Iuxta illud. Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Quis enim est qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Iesus est filius dei? ¶ Quod autem verbū crucis pereuntibus. s. prudentibus huius sæculi stultitia fit, probat Apostolus. [Scriptum est enim] Esaię vicesimo nono [Perdam] id est damnabo ego dominus deus [sapientiam sapientium] .i. sapientiam eorum, qui seipsos sapientes reputant in diuinis, videlicet in naturali notitia diuinorum, sicut philosophi [& prudentiam prudētium] id est falsam prudentiam impiorum, qui in rebus humanis astuti & callidi sunt, vt faciant mala [reproba bo] id est a prędicatoribus sanctis excludam, & eam iudicio condemnabo, quia non fuit subiecta simplicitati fidei sanctę. Hinc enim lucæ decimo ait saluator. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Nostra translatio habet sic, Peribit sapientia a sapientibus, & intellectus prudentium abscondetur. [Vbi sapiens?] huius mundi quantum ad diuina naturaliter nota. [Vbi scriba?] id est, doctor moralis in lege peritus. [Vbi conquisitor huius sæculi?] id est, inuestigator rerū mundanarum, ac naturalium artium? Tanquam dicat. Ecce q̄ subito omnes isti pierunt, eo q̄ verā ac Christianam sapientiam non receperunt. Hęc verba Ex Esaia sumpta sunt, Vbi est literatus? vbi verba legis ponderās vbi doctor paruulorum? [Nonne stultam fecit] .i. vanā & falsam ostendit. [deus sapientiam huius mundi?] asserendo quod illa neget, videlicet articulos fidei, & agēdo, qđ illa impossibile reputat. vtpote opera supernatu

Roma.1. Dionysius Hiere.31. 1.Io.5. Esaię.5 Mat.11.

rália ad fidei confirmationem, cum tamen naturalis sapientia dicat, ea non posse fieri, quę naturalem entium cursum excedunt [Nam quia in dei sapientia] .i. scđm deum, seu diuino iudicio [non cognouit mũdus] .i. homo quilibet mundum inhabitans [per sapientiã] naturalem [dęum placui deo per stultitiam prędicationis] .i. p
2. Thess. 2. prędicationem euangelicã, quam mundus fatuam reputauit [saluos facere credentes] .i. electos conuertẽdo eos ad fidem & gratiam, per apostolorum prædicationem
Rom. 1. Mundus autem vtiq; aliquo modo cognouit deum p sapientiam naturalem. Dictum est em supra. Inuisibilia dei, per ea q̃ facta sunt, a creatura mundi conspiciuntur sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas. Nec dubiũ quin philosophi multa vera atq; subtilia, de diuinis cõ scripserint, sed quoniam ista cognitio dei erat sine fide & opere meritorio, informis fuit, & deo inacceptа. Id-
Io. 14. circo non cognouit mundus deum per sapientiam hu-
1. Io. 4 manam, in sapientia dei. i. secundum deum. seu acceptionẽ diuinã. Propter q̃d ait Ioan. qui dicit se nosse deũ,
Luc. 11. & mãdata eius nõ custodit, mendax est. Et saluator ad impios. Nescio, inquit, vos cognitionẽ, qua dicitis mihi dñe domine, non approbo. Potest quoq; per sapienti-
Io. 17. am dei intelligi ętерna sapientia incarnata, in qua mũd9
Io. 1 deũ non cognouit, quia nec eã cognouit. Propter qđ
Hiere. 4. filiꝰ ait. Pater iuste mũdus te non cognouit. Lux qppe in tenebris lucet, & tenebrę eam nõ cõprehenderũt. Ita q̃ nõ cognouit mũdus per sapientiã deũ cognitõe formata ac salutari. Cuius signũ vel ratio est, [Qm̃ & Iudei signa petunt] .i. ea quę ipsis dicunt per signũ aliqđ diuinę virtutis q̃rũt cõfirmari, vt sciãt illđ esse a deo, p
Mar. 8 & 10 experiẽtiã alicuius miraculi, qđ sępe illicitũ est, & adhẽ-
Leu. 26. tationẽ dei ptinet. Vnicuiq; eĩ sufficere debet assertio
Ge. 17. dei Qm̃ aũt iudęi prio legẽ receperũt in mõte. Sinai. cũ ingẽti gl'ia miraculorũ diuinorũ, assueti erant petere signũ, cum aliquid magni dicebatur. Vnde & Christo dicebãt. Quod signum ostendis? Sic Abraham, Gedeõ, Ezechias, & alĩ multi iudęorum signa petierunt, sicut

& zacharias pater Ioan. [& Græci] præsertim philoso-
phi, & multi gentilium [sapientia] naturalē [querunt]. i.
per rationes naturales & demonstratiuas volunt sibi p
bari, quod dicitur. Assueti sunt enim argumentationib⁹
humanis insistere. Nullus ergo istorum, per sapientiam
suam dē nouit salubriter, quantum ad ea quæ concer-
nunt salutem. [Nos autem] apostoli [predicamus Chri
stum crucifixum Iudeis quidem scandalum]. i. cōfusio
nem, & ignominię causam. Hoc enim ad maximam Iu
deorum confusionem pertinet, quod aperte docem⁹ eo
os Christum in lege promissum, dei vnigenitum filium
occidisse, quod est eis æternę ignominię causa. Vel dici Geñ.49
tur Christus Iudeis scandalum, quoniam fuit in eis, & Esa.55
adhuc est, occasio ruendi in culpā & pœnam. Nam, vt Luc.9
euangelistę testantur, sępe scandalizabantur in eo. Pro- Mat.24
pter quod dixit: Beatus est, qui non fuerit scandalizatus Matt.11
in me [gentibus aūt] i. infidelibus [stultitiam] nam stultū Psal.91
putabant, quod euangelizabatur de Christo, videlicet Prouerb.1
quod deus ęternus factus esset homo temporalis, quod Esa.9
impassibilis esset mortuus, imensus inter vtero clausus, Isa.ca.2
immutabilis de nouo incarnat⁹, quod virgo peperisset.
Hęc oīa fabulosa putabant, quoniā nō potuerunt vide-
re, nec credere voluerunt, in vna persona duas p fectas
esse naturas, diuinā atq; humanam, saluis vtriusq; na- Luc.1
turalibus proprietatibus [Ipsis autem vocatis]. i. ad fidē Ioan.1
gratiamq; electis [Iudeis atq; Græcis]. i. gentilibus ex
quibus tanquam duobus parietibus, in Christo lapide Mat.21
angulari cōcurrētibus, cōstructa est sancta ecclesia. His Ephe 2
ergo prædicamus [Christum dei virtutem, & dei sapiē Ioan.1
tiam]. i. & hoc eis affirmamus, quod Christus sit virtus Sap.9
ac sapientia patris. Ipse enim est virtus, & manus & bra Eccl 24
chium patris, per quem facta sunt omnia. De quo Esa. Esa.12
Parauit dominus brachium sanctum suum, in oculisom
nium gentium. Pręterea secundum vtramq; naturam,
dicitur Christus virtus, & sapientia patris. Secundū di
uinam enim naturam, est virtus patris, quia per ipsum
omnia facta sunt. Iuxta illud: Verbo domini cœli firma

Psal.32 ti sunt. Et quia potentia patris perfecte atque plenissime relucet in filio, in hoc nanque ꝙ pater genuit filium sibi
Ioan.10 consubstantialem, coæternum & coæqualem, apparet
1. Ioan.5 infinita potentia patris. Dicitur quoque sapientia pa-
Eccl.1 tris. cum sit verbum mentis paternæ, quoniam enim ab
Psal.146 intellectu patris procedit, ea quæ ad intellectum perti-
Hiere.51 nent, appropriata vel propria sunt filio: ideo dicitur ve-
Psal.107 ritas & sapientia patris. Et etiam, quia sapientia patris in ipso plene relucet. Est enim filius perfecta expressio
Sap.7 &.9 sapientiæ patris, conceptus & dictio intellectus pateri. Secundum humanam quoꝙ naturam vocatur virtus & sapientia patris, propter maximam participatio-dem atꝙ præcipuam relucentiam diuinę virtutis ac sapientię in ipso dei & hominum mediatore. Nam ipse secundum humanam naturam passus est, & toti mundo
Dañ.9 æternam vitam promeruit, & dæmonem strauit, infernum confregit cœlos aperuit. Sapiẽtia vero dei in Christi incarnatione, passione, & mũdi saluatione ineffabiliter manifestatur: vt. s. per dei incarnationẽ homo deificaretur, per illius humiliationem homo exaltaretur. per
Sap.2 illius occisionẽ homo viuificaretur, per illius indebitas pœnas homo a debetis pœnis solueretur, per illius charitatem homo repararetur, qui per diaboli inuidiam perditus fuit. Nec potuit peccati enormitas, diuinę charitatis ardor, diuinę iustitię magnitudo, æterne beatitudinis
Nota dignitas, infernalis pœnę acerbitas, humanę naturę nobilitas, diuinę pietatis immensitas, subtilius, euidentius,
Nota aut speciosius declarari, nisi vt ipsemet deus, dei vnigenitus filius hominem per suam incarnationem ac mortem redimeret. Longum esset hæc prosequi, ideo legentis contemplationi istorum pleniorem considerationem committo. Vt enim Beatus Thomas in summa contra gentiles testatur, quanto homo deuotus ac pius incarnationem dei humilius & affectuosius pẽsat, tanto plures sibi rationes occurrunt huius super isanctissimæ incarnatiõis, q̃ sapientibus & prudentibus in proprijs, oculis absconduntur. Postremo sciendũ, quod Chri-

stus secundū neutram naturam, dicitur virtus & sapientia patris formaliter, quasi pater non esset potens & sapiens, nisi per filiū. Imo pater in seipo potens & sapiēs est, vel potius virtus & sapientia, sicut & spūs sanctus. Quomodo enim generaret filium potentē ac sapientē, si ipse in seipso potens nō esset, ac sapiens. Quælibet ergo diuina persona cum sit absolute perfecta, est virtus infinita, & sapientia vere immensa, & omnes simul sunt vna virtus & vna sapientia, absolute accepta. ¶ Quod autē in Christo reluceat virtus & sapientia dei, declarat Apostolus. [Quia quod stultum est dei] .i. quod sapientibus seculi videtur insipienter dici de deo, videlicet incarnari, mori & sepeliri [sapientius est hominib⁹] id est, magis sapientiale, seu sapientialius factum est, q̄ homo excogitare valeat, vel intelligere [& quod infirmum est dei] id est, ad infirmitatem & imperfectionem dei spectare videtur, puta laborare, fatigari, occidi [fortius est hominibus] id est, efficatius ad saluandum, q̄ capere possit homo, omnēq; humanam fortitudinem superat, quia cœlestia vincunt terrena. Efficacia nanq; & meritum passionis, laboris, totiusque conuersationis Christi, ratione vnitæ deitatis, quodammodo infinita consistunt. Hæc autem sic se habere patet in prædicatoribus euangelicæ legis, & in conuersis per eos ad fidē. Ideo subditur [Videte] id est, diligenter perpendite [vocationem vestram] actiuam & passiuam [fratres] id est a quibus vocati estis ad fidem, & quales vos qui conuersi estis, sitis [quia non multi sapientes secundum carnem] id est, secundum humanam sapientiam [non multi potentes] subiectorum multitudine, seu lata dominatione [non multi nobiles] carnis origine, quantum ad proximos parentes, sunt [inter vos]. Hoc intelligi potest, tam de prædicatoribus, quam de Corinthijs cōuersis. Apostoli enim & alij primi discipuli, pro maiori parte illiterati, simplices, pauperesque fuerunt. Tales enī elegit de⁹ in p̄dicatores & apostos, ne, p̄mulgatio fidei ascriberet humanę astutię atq; potētię. Et ne attri-

Esa.66 Psal.144 Ioan.10 Eccl.3 Mat.11 Luc.1 Sap.11 Sapien.7 Ro.8 1.Pet.2 Baruch.3 Ioan.7 Act.22 Rom. vlti.

o ij

bueretur oīno ſimplicitati & ignorantiæ, voluit deus quoſdā paucos habere prædicatores literatos, potentes ac nobiles, quales fuerunt, Paulus iſte: Nathanael, Manahem, Barnabas &c. Et ſimiliter illi, qui primo cōuerſi fuerunt, pro magna parte ſimplices, ignobiles, & impotentes fuerunt, [ſed quę ſtulta ſunt mūdi] .i. illiteratos quos mundus ſtultos putauit [elegit deus] .ſ. apoſtolos, & alios plures [vt confundat ſapientes] ſęculi huiꝰ .i. eos vere inſipientes oſtēdat, ablcōdendo eis diuina myſteria. Per apoſtolos quoq; victa, in nihilū q; redacta eſt, horum vana ſapientia, ſicut & p̄ dixit: Ego dabo vobis os & ſapientiam, cui nō poterunt reſiſtere & cōtradicere oēs aduerſarij veſtri. [Et infirma mundi] .i. hoīes impotentes [elegit deus vt cōfundat fortia] .i. potentes, dū iſti impotentes per humilitatē ſaluantur, potentes vero cum ſua pręſumptiōe dānantur. [Et ignobilia mūdi & contēptibilia] .i. hoīes ignobiles, a mundo contemptos [elegit deus] ab æterno .i. tales prędeſtinauit ad vitam [& ea quę nō ſunt] .i. qui nihil reputabantur [vt ea quæ ſunt deſtrueret] .i. illos qui magni habentur in mūdo, & aliquid eſſe ſe putant, humiliaret, p̄ferendo eis abiectos & inopes [vt nō glorietur omnis caro in cōſpectu eiꝰ] id eſt, ne aliquis homo glorietur inaniter in cōſpectu dei uno, aliquid boni aſcribendo ſibimetipſi, quaſi ſua ſapientia, potentia ſeu nobilitate ſaluatus ſit [ex ipſo aūt] .i. a dono & gratia dei [vos eſtis] per fidē & opa bona [in Chriſto Ieſu] capite noſtro [qui factus eſt nobis ſapientia deo] .i. datus eſt miſſus eſt nobis a patre, vt nos illuminaret. Ipſe em̄ eſt lux illuminans omnē hoīem, de quo ſcriptum eſt: Tempus requirendi dominū cum venerit qui docebit nos iuſtitiam. Et alibi: Exultate in domino, quia dedit vobis doctorem iuſticię. Ad Chriſtū quoq; pater ait per Eſaiam: Dedi te in lucem gentium. Factus eſt nobis quoq; Chriſtus [iuſtitia] .i. cauſa iuſticiæ, ſatisfaciendo pro nobis per viam iuſtitię, & ſuo merito nos iuſtificans. Propter quod dictū eſt ſupra: Sicut per vnius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita

Mat.5 Luc.7 Sap.2 Mat.11 Luc.10 Luc.21 1.Reg.2 Mat.5 2.Mach.1. Mat.11 Luc.10 Prouer.2 Ioan.15 Ephe.2 Deut.4 Ioan.1 Oseæ.10 Ioelis.2 Eſa.49 Rom.3 Pſal.30 &.70 Roma.5

per vnius obedientiam iusti constituent multi [& sanctificatio] quoniam in baptismo mundauit nos ab omni inquinamento, deinde in pœnitentiæ sacramento [& redêptio] quia patiendo p nobis, redemit nos. Totum igitur bonũ est, dependet, ac fluit a Christo [vt (quemadmodum scriptũ est) Hiere. 9. Qui gloriatur in dño glorietur] non in seipso, nec in aliquo bono sibi concesso, ibi sistendo, nec in rebus caducis vane exultet: sed solum in domino, laudando, regratiando, contemplando, diligêdo, & bene viuendo. Sic enĩ legit: Non glorietur sapiês in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudie sua & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorieť qui gloriatur scire & nosse me. Sic gloriabať ỹgo Christifera: exultauit, inquiens. spiritus meus in deo salutari meo. Et Abacuc vltĩ. Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in deo, salutari meo.

Heb. vlt. m

Psal. 30

Hiere. 9

Hiere. 6

¶Exposi. Cap. II. Et ego cum venissem ad vos. ¶Art. II.

Escripto conuenienti modo p̃dicationis euangelicę, nunc declarat Apostolus, se vsũ fuisse hoc modo & ait: [Ego cum venissem ad vos] o Corinthĩ [fratres] mei, ad p̃dicandũ vobis euangeliũ Christi [veni] i. vos accessi atq; affatus sum [non in sublimitate sermonis]. i. non verbis altis, difficilibus & ornatis [aut sapientię]. i. nõ in altitudine naturalis philosophię [annuncians vobis testimoniũ Chri]. i. ea quę de Christo credenda sunt. De quibus habetur in psal. Testimonia tua credibilia facta sunt. [Non enĩ iudicaui]. i. non æstimaui nec manifestaui [me scire] q̃tum ad vsum scię exteriorem [aliquid inter vos] minus capaces [nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum]. i. nisi ea q̃ ad humilitatem, imitationẽ, & passionem pertinet Christi. Quia sublimia de diuinitate ipius, & profunda eius mysteria vobis nõ p̃dicaui. Per hoc reprehenduntur p̃sũptuosi & scioli, q vbiq; optãt suã sciam demõstrari & stili decorẽ ac sententiarũ profunditatem p̃ponũt, vt docti putent. [Et ego in infirmitate]. i. in ifirmitatis si-

Sap. 7. 16

Pet. 4.

Psal. 92

Iudith. 9

Cotra p̃mi
Sapiẽs
fortis
diues
volũt

militudine, qua factus sũ infirmis infirmus ꝓportionã
do fortitudinem perfectionis meę capacitati eorũ, & cõ
formãdo me vobis quãtum fieri potuit [& timore] cor
dis, non ꝓpter mala mihi imminentia (non enim timui
Mat.10 eos qui corpus occidunt, nec timui deũ offendere mor-
Psal.36 taliter, sciens me cõfirmatũ in bono) sed propter pericu
Eccl.33 la imminentia vobis nondum perfectis Timui eni ne a
diabolo, mundo & concupiscẽtijs falleremini [& tremo
re multo] corporis, procedente ex timore mẽtis. In tm
Sap.3 enim timui corde vt passio timoris redũdaret ĩ mẽbris,
& faceret ea tremere [fui apud vos & sermo meus] fa-
ctus q̃busdã seorsũ [& p̃dicatio mea] omnib⁹ vobis pa
lã ꝓposita [nõ] fuit [ĩ ꝑsuasibilibus hũanę sapientię ver
bis]. i. nõ in argumẽtatione dialectica ꝟborũ decore or
3.Reg.9 nata, seu ꝑsuasiõe humana, q̃si ꝑ talia principaliter vel
lẽ vos ad credendũ inducere, seu fidẽ ꝓbare [sed] fuit
Eph.4 [in oñsione spũs]. i. in manifestatione operũ spũs sancti
[&] declaratiõe [ꝟtutis] miraculorũ. Hoc dicit, vel q̃a
credẽtes ꝑ prędicationẽ ipsi⁹ receperũt spm̃ sanctũ ĩ si
Act.10 gno sensibili, sicut in primitiua ecclesia sępe fiebat Vel
q̃a spũs sctũs ꝑ gratiã specialẽ, atq̃ miracula, oñdit p̃-
dicationẽ Pauli esse salubrem, & fidẽ catholicã robora-
uit. Ideo subditur [vt fides vestra non sit in sapiẽtia ho-
minũ]. i. non ĩnitatur humanę rationi, nec putet ab hoĩ-
bus excogitata, & ficta. Erant ergo q̃ fidẽ naturalib⁹ ra-
tionib⁹ demõstrari posse affirmant [sed in ꝟtute dei]. i.
diuina potestate stabiliat̃ ꝑ certa miracula: sicq̃ æternæ
veritati innitat̃, vt fundamento [Sapientiã aũt]. cogniti
onẽ sublimem rerũ diuinarũ, ꝓfũda mysteria fidei, &
ea q̃ Chr̃i diuinitatem concernũt: q̃ sapientiã ĩter vos lo
Mat.5 q̃ non possum⁹ ꝓpter ĩꝑfectionem & incapacitatẽ ve-
2.Tim.3 strã [loq̃mur inter ꝑfectos]. i. ĩter sapientes, ꝑ modũ col
Heb.5 lationis. Vel ĩter ꝑfectos seu capaces auditores, ꝑ mo-
Esa.16 dũ ĩstructiõis. Perfectorũ nãq̃ est solid⁹ cibus. [Sapiẽ
Ioan.14 tiã ꝟo non hui⁹ sęculi]. i. nõ sc̃larẽ sapientiã hũana ratio
Iaco.3 ne suffultã [n eq̃ principiũ huius seculi]. i. nec sapientiã
fallacẽ, a dæmonibus acquisitã vel a philosophis, seu ter

renis principibus, traditā [loq̄mur q̄] princeps [destruū
tur] .i. cum sua sapientia pereunt & damnantur [sed loq̄ Baruch 3.
mur] .i. prædicamus [dei sapientiam] .i. Chr̄m,] q̄ est ꝟ Eccle. 1
tus & sapientia patris [in mysterio] .i. in sacro secreto, Roma. 1
seu sacramento incarnationis, docēdo hanc sapientiam Ioan. 1
ineffabiliter incarnatam, iuxta illud: Verbum caro factū Iob. 8.
est. Vel in mysterio .i. explanando mysteria eius, quibus Eccl. 3
in veteri testamento præsignata est. Vel loquimur eam
in mysterio i. sub quodā occulto velamine, nunc enim
videmus per speculum in enigmate [quę absconditaest] Esaię. 64
.i. ignota filijs huius sæculi. Vel hoc ideo dicitur, quia
perfecte cōprehendi non potest [quam prędestinauit] i. Prou. 3
ordinauit ac pręparauit [deus] pater [ante sæcula] .i. ab
æterno [in gloriam nostram] .i. ad hoc vt per eam conse
quamur vitā gloriosam, beatitudinemq; ęternā. Ideo eī
decreuit eā incarnari, vt glorificemur ꝑ ipsam. Vñ pro.
8. ait hęc sapiētia: Ab ęterno ordinata sum, & ex antiq̄s,
añ q̄ terra fieret Disposuit eā pater, vt ipsa sit obiectū Ioan. 10
beatitudinis nr̄ę, & ita ꝑparauit eā nobis: q̄bus & seiꝑm Esaię. 9
ꝑparauit, vt eū feliciter possideamus, [q̄] sapientiā ęter Ioan. 17
nā & īcarnatā [nemo] .i. null⁹ [prcipū hui⁹ sæculi] .i. dę Iob. 12
monū, vl̄ legis peritorū seu philosophorū [cognouit] Eph. 4
cognitiōe certa ac stabili. Quomō āt prīcipes & dęmo Ioan. 7
nes cognouerūt Chr̄m in mundo cōuersantem, & quō Matth. 4
nō, in expositiōe epl̄ę ad Ro art. 14. diligēter tractatum
est: iccirco nūc trāseo. Sed videt̄, q̄ istud nō possit ex-
poni de principibus seu legis peritis Iudęorum, de illis Ioan. 12
q̄ppe scriptū est: Ex principib⁹ multi crediderūt in eū.
Et rñdendū q̄ licet multi eorū crediderint, tñ compa
ratiōe incredulorū paucissimi erāt. Pōt etiā dici, q̄ nō
ꝑmanserūt stabiles in credēdo, maxime tꝑe passionis
[si enim cognouissent] prīcipes isti Christum cognitiōe
certa [nunq̄ dñm glorię] idest, Christum, deum verum Act. 3
& dominū maiestatis [cruxifixissent] Si enim dæmones Lucę. 23
cognouissent, certe nequaquam suggessissent ad mor- Heb. 12
tem illius, a quo moriente nouerunt se vincendos ac spo Matth. 4
liandos. Sil̄iter si principes Iudęorū cognouissent, non Ioan. 10

procurassent a Pilato mortem Christi. Per hoc autē ꝙ Christus vocatur hic dominus gloriæ, manifeste probatur, ꝙ sit verus deus, quoniam nulla creatura pura habet dominium gloriæ, sed solam ꝑticipationē subiectā.

Esaię.42
Heb.3

¶ Quod vero ista sapiētia nobis ab ęterno parata, sit abscondita & principibus huius mūdi ignota probat Apostol⁹ authoritate scripturæ. [Sed sicut scriptum est] per prophetā [Quod oculus] corporalis, imo & spiritualis [non vidit]. i. pefecte non cognouit [nec auris]. s. corporalis seu spiritualis [audiuit] ab homine puro [nec in cor hominis ascendit]. ita corde humano cogitari seu concipi nequit, imo ne ab affectu hominis capi potest [quæ p̄parauit deus his qui diligunt illū]. i. præmium illd̄ ęternū amatoribus dei paratum videlicet sapientiam increatam, diuinitatis fruitionem, & cętera bona electis pręstāda: quę vtiq; omnem notitiam, & affectum hominis inęstimabiliter superant, nec aliquo modo sciuntur nisi ꝑ reuelationem diuinam. Ideo subditur. [Nobis autem] videlicet apostolis & prophetis [reuelauit deus per spiritum suum]. i. per spiritum sanctum, qui corda nostra omni sapiētia copiose perfudit. Possit enim aliquis dicere Pau, Si bona ista sunt inuisibilia, inaudibilia, & excogitabilia, quomodo tu nosti ea? & respondet Apostol⁹, ꝙ non per seipsum, neq; perfecte per speciem noscit iā ea, sed per illuminationē spiritus san. in fide, seu per speculum in ęnigmate. Sciendum quoq;, ꝙ Apl's hoc loco magis allegat sensum, quā verba Esaię. Sic. n scriptum est capitulo memorato: Oculus non vidit de⁹ absq; te, quę p̄parasti expectantibus te, nec potest dici ꝙ Apostol⁹ alleget scripturā hanc secundum translationem septuaginta interpretū. Illa nanq; non habet scripturam hanc, sicut Hiero. sępe testat̄. ¶ Qd̄ autē spiritus sanct⁹ potuit nobis ista reuelare patet per hoc [spiritus em̄ oīa scrutatur]. i. spūs sctūs vniuersa cognoscit nō solū creata, sed ētiā ꝓfunda]. i. diuina secreta seu incomp̄hensibilia [dei] quę soli deo sunt cognita, vcz diuinā essētiā diuinā sapiētiā, & qcq̄d in deo est. ¶ Et hoc ꝓbat apl's ꝑ

Esa.64
Iob.28
Ioan.5
Iaco.1
Iob.36
1.Pet.1.
Apo.2
Mat.16
Ioau 14
Iob.31
1.Cor.13
Esa.64

simile. [Quis.n.scit hominum quæ sunt hominis nisi spi Hie.7
ritus hominis qui in ipso est].sicut nemo scit affect⁹ & Prou.25
cogitationes atq; secreta alteri⁹ nisi aīa eius,nō alter nec
aīa alterius [ita & quę dei sunt].i.diuina secreta & quæ
in deo sunt [nemo] i. nullus [nouit nisi spūs dei].i. spūs
sctūs,& cui ipse reuelat Per hoc nō excipit filius a co Sap.7
gnitione diuinorū,sed nec spūs sctūs ab ista cognitiōe Mat.11
excipit cū filius ait. Nemo nouit filiū,nisi pr̄.neq; pr̄e;
quis nouit,nisi filius,& cui voluerit filius reuelare. Tan
ta quippe est diuinarū ꝑsonarū cōnexio,vt vna exp̄ssa
alia det intelligi,nisi in his q̄ relatiue dicunt Ex his ver
bis apl'i ꝓbatur,q; spiritus sctūs sit verus deus duplici
ter. Primo,qm̄ ꝑfecte cognoscit diuina seu deum, qd̄
vtiq; nulli creato intellectui cōuenit,imo in infinitū de
ficit a plena cōprehensiōe dei Secundo q̄a Apl's ponit
simile de spū hoīs,qui iō noscit quę hoīs sūt,qm̄ intim⁹
& cōsubstātialis est homini. Ergo & spūs dei cognoscēs
quę dei sunt,intimus,& cōsubstātialis est deo,quod cre
aturæ nō cōuenit [Nos aūt nō spm̄ hui⁹ mūdi] .i.non Esa.19
aīm sęcularem,nō affectū inflātem non spiritū phytoni Ioan.14.
cum cōiecturaliter diuinitatē [accepimus sed spiritumq Eph.2
ex deo est].i.spiritum sanctū ex pr̄e & filio,tanq̄ ex v 1.Ioan.2
no fonte procedentem [vt sciam⁹ q̄ a deo donata sunt Io.4
nobis].i.beneficia diuina cognoscam⁹,& grati simus, Rom.5
gloriemurq; in dn̄o,nō ī nobis, Vtile ergo est,vt homo Eph.4
diligenter cōsideret gr̄am & mīam dei sibi concessam, Hie.9
imo vniuersa beneficia dei,naturalia & supernaturalia, Psal.102
cōmunia & specialia exhibita & ꝓmissa,q̄tenus ex hoc Deut.11
in dei amore accēdatur,deo prōptius famuletur,gratias
q; agēdo misereat nō solū cōseruari in bono,sed q̄tidie Ecc.1
donis amplioribus adimpleri. Habēti em̄ dabit,ei ꝟoq Mat.25
nō habet (.i.ingrato) & q̄d videt habere auferet ab eo.
Vn̄ virgo deifera, hūc spm̄ hn̄s agnouit q̄ a deo dona
ta fuerant sibi cū dixit Beatā me dicēt oēs generationes. Luc 1
Quia fecit mihi magna q potēs est &c. Et Psal. Benedic Psal.103
anima mea domino & noli obliuisci omnes retribu.&c.
Itēq;. Quid retribuā domino ꝓ omni.&c. [q̄ bn̄ficia no

Act.2 bis a deo collata [loquimur] .i. alijs enunciamus [non in
1.Tim.1 doctis humanæ sapientię verbis] i. non stilo rethorico at
Io.16 q̃ pompatico [sed in doctrina spirit⁹] .i. secundum do-
Roma.12 ctrinam nobis a spiritu sancto infusam, loquendo humi
li simplicisq̃ sermõe, & vera sciẽtia [spiritualibus] audi
toribus [spiritualia] documenta [comparãtes] i. ꝓportio
Ioan.5 nabiliter dantes seu proponentes, videlicet secũdum̃ ca
Heb.5 pacitatem ipsorum. Inter tales enĩ sapientiam loquimur
Iudæ quam inter imperfectos non loquimur, qm̃ capere ne-
Ioan.3 queunt. Vnde subiungit̃ [Animalis autem homo] .i. car
Eccle.3 nalis & viciosus, cuius affectus & intellectus in sensibili
bus detinentur [non percipit ea quę sunt spiritus dei] .i.
Proue.18 spũalia bona. Sermo enĩ iusticię, mysticus intellect⁹, cę-
Eccle.22 tera quoq̃ diuina ei non sapiunt, nec delectatur in eis, ꝓ
Prou.27 pter sui interioris gustus infectionem. Sicut febricitans
1.Reg.19 nõ gustat mellis dulcedinem, propter exterioris sui gu-
Esaię.5 stus corruptionem. Imo etiam q̃uis sit homo ĩ gratia, ta-
Apoc.8 men si nondum profecit in bonis, sed adhuc ꝑtim incli-
Amos.6 natur ad ista terrena, non sapit quę dei sunt. Nam & Pe
Matth.16 tro dixit saluator: Vade retro me satana. non sapis quæ
Mar.3 dei sunt, sed quæ hominum. [Stultitia enĩ est illi] .i. prę-
Eccl.10 dicta spiritualia & diuina videntur homini animali stul
Eccl.1 ta & vana, quemadmodum in Ecclesiastico dicitur Ex-
Psal.81 ecratio peccatori sapientia [& non potest intelligere] ꝑ
Matth.1 internũ saporem ista diuina, q̃diu permanet talis [quia
spiritualiter examinatur] i. per spiritualem inquisitionẽ
Psal.11 seu considerationẽ cognoscit̃ esse aĩalis, ideo scitur nõ
posse intelligere illa. Vel spũaliter examinatur. i. ideo nõ
Matth.16 intelligit hęc, quia spũalia nõ nisi spiritualiter discutiunt̃
[Spiritualis autẽ homo] in quo est spiritus dei [iudicat]
.i. bene discernit [oĩa] ad salutem pertinentia, vel de sin
gulis talibus verum iudicium ꝓferendo, inter bonum
& malum, verũ & falsũ, veraciter distinguendo. Habet
enĩ sanũ intellectũ, & purũ affectũ, ideo ei⁹ iudicium,
nec errore decipit̃, nec passiõe corrũpit̃ [& ip̃e a nemĩe
iudicat̃] .i. ali⁹ null⁹ carnalis põt eũ rep̃hẽdere, vel de
ipso recte iudicare. Nõ eĩ ĩtelligit opa ei⁹. Nihilomin⁹

Nõ gaſt plasmy ſ. ſnd magis actiui
Iud. 2 Act. 6
Grregorius
Exo. xvij
Deut. 1
ij. Tim. ij
Auguſti.
2. Tim. 2
Gen. xiij
Pſal. cxvij
Mat. 3
Num. 27
Gen. xtij
Iaco. 5
Heb. 10

tionem doloſam [patiminiſ] Simile eſt quod ait ſaluator Matth. 5. Si quis voluerit iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium Rurſuſque ait: Qui abſtulerit tua, noli repetere. Hoc dominus conſulit ad vitandum inquietudinem mentis. [Sed vos iniuriam facitis] alijs [& fraudatis] .i. dolum eis infertis [& hoc fratribus] .i. fidelibus quibus hoc minus facere congruit, & in hoc peſſime facitis. Etenim [An neſcitis] quod vtiq; ſcire vos arbitror [quia iniqui] in iniuſti [regnum dei non poſſidebunt?] .i. terram viuentium, ſeu vitam æternam non hereditabunt. Iuſti enim fulgebunt vt ſol in regno patris eorum. Et Apo. 21. dicitur de iniuſtis Non intrabit in illam aliquid coinquinatum. [nolite errare] recipiendo falſum pro vero, vel malum pro bono [Neq; fornicarij, neq; idolis ſeruientes, neq; adulteri, neque molles] in ſeipſos inſanientes, prouocando, vel exercendo libidinem [neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici] .i. detractores] neq; rapaces regnum dei poſſidebunt. ¶ Et hæc aliquando fuiſtis] .i. his vicijs ſubiacuiſtis, ante veſtri conuerſionē ad fidem Chriſti [ſed abluti eſtis] a maculis peccatorum in baptiſmo [ſed ſanctificati eſtis] ſplēdorem gratiæ, atque virtutum pulchritudinem recipiēdo [ſed iuſtificati eſtis] bene operando [in nomine] ideſt virtute & inuocatione, vel ad honorem nominis [domini noſtri Ieſu Chriſti & in ſpiritu dei noſtri] id eſt, operatione ſpiritus ſancti. ¶ Quoniā vero præinducta verba de non repetendo ſua, obſcura ſunt, exponit modo Apoſtolus quomodo intelligi debeant. [Omnia mihi licent] id eſt, permittitur mihi omnia mea iuſte repetere tanquam licitum [ſed non omnia expediunt] id eſt, non ſemper expedit omnia repetere in foro iudiciali. Primo propter conſeruationem honoris, iuxta illud Prouerbiorum. 20. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe a contentionibus. Secundo quoniam eſt maioris boni impeditiuum Tertio propter nimiam ſolicitudinem, atque anguſtiam animæ. Quarto propter periculū iurgiorum ſecundum

Luc. 6
Eſa. 38
Eccl. 9
Prouer. 12
Gal. vlt.
Hiere. 9
Pſal. 6
Mat. 7
Mat. 3
Eſa. 5
Sap. 2
Hebrę. vl.
Geñ. 13
zacha. 5
Gala 5
Eſa. 35
Ephe. 5
Apo. 1.
1. Pet. 3
Hebr. vlti.
Rom. 3
Actu. 4
Ezech. 38
Tim. 1
Inſ. 8. cap.
Eccl. 37

licere et expedire

illud Ecclesiast.8. Ne contendas cũ homine locuplete, ne forte constituat tibi litem. [Omnia mihi licent] secundum sensum prętactũ, cum nõ sit lege naturali, vel scripta prohibitũ [sed ego sub nullius redigar potestate] .i. libertatem animæ meę nolo amittere, subdẽdo me terrenarũ rerum amori, ac iudicis potestati, quod facerem si iudicio litigarem, frãtrẽq; meum offendere mallem, quam perdere rem temporalem. ¶ Quod autem mea repetere liceat, patet. Nam [Esca] debetur [ventri] pro corporalis vitæ sustentatione [& venter] indiget [escis] Ideo licet temporalia bona repetere, vt habeamus victum & quibus tegamur. Non tamen debemus importune & nimis anxie pro istis contendere, quoniam temporaliter transiunt, & venter & esca: propter quod sequitur. [Deus autem & hunc] ventrem [& hanc] escam [destruet] quia vtrunque naturaliter corruptibile est. Et quamuis venter maneat substantialiter post resurrectionem communem, non tamen secundum statum & pristinum actum. Ideo pro necessitatibus ventris minor esse debet solicitudo. Præterea redit Apostol⁹ ad id vnde cœperat loqui, videlicet ad reprobanda luxuriæ vicia [Corpus autẽ] vniuscuiusq; fidelis [nõ fornicationi sed domino] deo subiiciatur, & obsequatur [& dominus corpori] principetur, & præmium tribuat. [Deus vero] pater, seu trinitas [& dominũ] Iesum [suscitauit] tertia die a mortuis [& nos suscitabit] in die iudicii [per virtutem suam] omnipotentem, cui non est impossibile omne verbum. ¶ Ratio autem cur corpus non fornicationi sed domino reddendum est, redditur. [Nescitis, quia corpora vestra membra sunt CHRISTI?] Ipse enim est caput nostrũ, cui i baptismo incorporamur, & ipsa ecclesia est mysticum corpus Christi. Ideo quilibet vere Christianus est mysticum membrum eius [Tollens ergo] .i. assumens, seu diuino cultui auferens [membra CHRISTI] id est, corpus meum, & alterius, quem ad voluptatem meo exemplo induco [faciam] de eis [membra meretricis?] concumbendo cum

Inf.10.ca.
Geñ.1
1.Tim.6
Matt.6
2.Mach.6
Sap.7
Gala.6
Infr.ca.15
Matth.12
Philip.3
Actu.2
Gala.1
Psal.40
psal.3
2.Cor. vlt.
Roma.8
Luc.1
Sap.1
Inf.12
Epheſio.1
Ephe.5
Rom.12
Ephe.4.
Roma.6
Mal.2

Mar.10 ea, sicq; vna caro fiendo cũ carne illius. [Absit] vt rem adeo impiam agam. [An nescitis, quoniam qui adhæret meretrici] carnali amore, & copula corporali [vnũ
Mat.19 corpus] cum ea [efficitur?] per seminis cõmunionẽ, seu affectuũ transformationẽ. [Erant enim (inquit)] dñs
Geñ.ij Gene. [duo] .i. vir & mulier [in carne vna] .i. pro eadẽ carne reputabuntur propter mutuam vnionẽ, quãuis numeraliter atq; realiter differant. Hoc ad literã de legitime cõiunctis prędictũ est, Apost. tamen allegat hic
Infr.7.cà. de illicitis copulis fornicantium: quoniã ratio idẽtitatis partium eadẽ est. Nam cõcubitus licitus & fornicatio conueniunt in esse naturæ, non aũt in esse morali. [Qui aũt adhęret dño] adhesiõe amorosa, & obediẽtiali [vnꝰ
Roma.8 spũs est] .i. diuino spiritui per charitatẽ vnitur, in deum transformatur, eiq; indissolubiliter colligatur. Vnde aie
Ioan.17 bat saluator Ioan.xvij. loquens ad patrẽ: Notũ feci eis
Ioan.xiiij nomẽ tuũ, vt dilectio tua in eis sit, & ego in eis. Amor nanq; est virtus vnitiua diuersos cõiungens, quãuis es-
Tob.4 sentialiter differãt. [Fugite fornicationẽ] id est, omnem
zacha.ij illicitum concubitũ. Quędam peccata in se quandã pœnam & amaritudinẽ habent, vt ira, inuidia, & ista melius superantur luctando, & resistendo. Nam quãto diligentius & particularius considerantur, tanto plus displicent, sicq; facilius repelluntur. Alia autem peccata quandam delectationẽ includunt, vt gula, luxuria, quæ melius vincuntur fugiendo quã colluctando. Quo em̃
Geñ.39 particularius diligentiusq; pensantur, & reuoluũtur, eo
1.Pet.1 appetitus magis prouocatur. Vitanda ergo sunt fomenta occasiones & causę luxurię. ¶ Ratio quoq; fugiendi fornicationẽ subiungitur. [Omne enĩ peccatũ] præter fornicationem [quodcũq; fecerit homo] cogitando, lo-
zachar.4 quendo, vel operando [extra corpus est] id est, non ita nocet corpori, ipsum debilitando, contaminando, ac di-
Psal.31 uersis periculis exponendo, vt fornicatio. [Qui autem
1.Thess.4 fornicatur in corpus suum peccat] ipsum (vt dictum
Psal.72 est) lædendo, polluendo & destruendo. Præsertim si
Act.5 multũ exerceat actum huiusmodi. [An nescitis quoniã

membra vestra] non solum corpora propter aliqua mẽbra, sed omnia membra vestra, id est, corpꝰ totum [templum est spiritus sancti], id est, consecratũ inhabitationi spiritus sancti in baptismo, vbi expulso diabolo, abrenũciatis pompis eius, & deo dicati estis [q̃ in vobis est] p gratiam, primo atque directe in anima, secundario autem ī corpore [quem] spiritum sanctum [habetis adeo] patre q̃ misit & dedit fidelibus spiritum sanctum. Imo & a filio, Sed & spiritus sanctus dat seipsũ. Propter qđ ait Christus Ioan. 16. Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre [& non estis vestri], id est, pro prij iuris ac potestatis. Sed totum quod habetis & estis tenemini deo, vt ad eius honorem & gloriam omnia ordinentur. Nam & de omnibus rationẽ reddemus, tanq̃ de bonis mutuatis. Deo quippe debemus nosipsos, non solum ratione creationis ac gubernationis, sed etiam ratione saluatiõis. Ideo sequitur: [Empti estis], id est, a potestate, & iure diaboli liberati: qui venundati fuistis in iniquitatibus vestris [precio magno] videlicet morte & sanguine Christi. De quo scriptũ est Apoc. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Hinc itaque dicit Anselmus: Certe domine quia me fecisti, debeo me totum: quia redemisti me, debeo me totũ. Imo tanto debeo amori tuo plus quã meipsum, quanto tu maior es me pro quod dedisti teipsum, & cui ꝓmittis teipsũ, [Glorificate ergo] .i. bonis operibus honorate, & glorioſum ostendite [& portate deum in corpore vestro] .i. eius voluntati corpora vra subñcite, quecunq̃ aduersa equanimiter tolerando. Ita q̃ deũ in corpore proprio portare, est iugũ domini sup se ferre. Sicut Mat. xi. monet saluator. Tollite iugũ meũ super vos. Et alibi: Tollat crucem suam quotidie. Ideo denicq̃ inobedienti populo dominus loquiturper Hieremi. ij. A seculo confregisti iugum meum, rupisti vincula mea & dixisti: Non seruiam.

Pſal. 83 Ioe. ij Sup. cap. 3 Matth. iij, Mar. 1 Luc. 3 Ioan. xx Rom. 14 Mat. xij Rom. 14 Rom. 7 Infra. ca. 7 1. pet. 1 Anſelmus Pſal. xxvij Eccle. 41 Pſal. 27 Gene. 1.

¶ Declaratio Cap. VII. De quibus autem scripsistis mihi.

Articulus. VII.

DE qbus aūt scripsistis mihi] Agit Apostol⁹ hoc loco de matrimonio. Pseudo enim apostoli vt puriores cæteris viderentur, magisq; eis crederetur, prædicauerūt nuptias esse vitandas. Quo audito scripserūt Corinthij Apostolo, qd tenendū esset de hoc Quibus respondet, [De quibus autem scripsistis mihi] videlicet de nuptijs obseruandis vel fugiendis. Re-
Exo.19 spondeo, [Bonum] simpliciter. i. pfectum [est homini]
1.Reg 21 nondum coniugato [mulierem non tangere]. i. penitus
Pro.6 continere, & in castimonia domino ministrare. In carne
Eccl.7 enim sine carne viuere, non humana, sed angelica vita
2.Tiū.2 est. De talibus ait saluator, Sūt eunuchi qui se castrauerūt
Mat.19 propter regnum cœlorū. De quibus dominus ait per
Esa.56 Esa. Dabo eis nomen melius a filijs & filiabus. [Propter fornicationem autē] vitandā [vnusquisq;] vir vxoratus
Pro.5 [vxorem suā]. i. vnam ac propriā, non plures, nec con-
Gen.1 cubinam [habeat]. i. timeat, non reijciens eam, quasi nu-
Eph.5 ptiæ deo displiceant [& vnaqueq;] mulier maritata [suum virum] proprium [habeat]. i. retineat. Vel si intelligatur de nondum coniunctis, sensus est, vt qui aliter cōtinere nō possunt, nubant. Multæ autē sunt causę institutionis matrimonij. s. multiplicatio hominum, inimicorū reconciliatio, integratio pacis, euitatio fornicationis, instructio & educatio prolis. [Vxori vir debitū reddat, si-
Ro.14 militer autē vxor viro] exponendo se mutuę volūtati quantum ad commixtionem carnalē. ¶ Cui⁹ ratio subditur [Mulier potestatem] plenam & liberā [sui corpis nō habet, sed vir] qa nō pōt viro debitū denegare, pōt
Infr.ca.44. q; vir illd exigere [Similiter aūt & vir sui corpis ptātē nō habet, sed mulier] In lege em debiti hui⁹ pares sūt
Col.3 q̄uis in alijs mulieres subditæ eē debeāt suis maritis.
1.Pet.3 [Nolite fraudare]. i. corporis vsū substrahere [inuicē, ni-
Eccl.25 si forte ex cōsensu] cōmuni, & hoc [ad tps] certū. Tēp⁹
Eccl.3 em āplexādi, & tēp⁹ longe fieri ab āplexib⁹ [vt vacetis]
Ioel.2 .i. deuote insistatis [orationi] quæ est ascensus mentis in
Damasce. deū. Propter quod indiget spirituali eleuatione. quæ p
Psal.140 actum carnalem maxime impeditur, etiā post actū talē

sensus manent ad tempus minus idonei ad spiritualia opera. [Et iterum] tempore orationis completo [reuertamini in idipsum]. i. ad pristinam debiti huius persolutionem [ne tentet vos satanas]. i ne diuturnior elongatio a concubitu, fiat vobis occasio tentationis a dæmone, & incidatis adulterij crimen [propter incontinentiam vestram]. i. eo quod proni sitis ad vicia carnis. [Hoc autē] videlicet vt reuertamini in idipsum propter incontinentiam vestram, ne in grauiora mala cadatis [dico secundum indulgentiam], id est, secundum permissionem seu concessionem. Matrimonium enim ordinatur etiam in remedium culpæ. Hęc videtur intentio Augustini, hoc loco [non secundum imperium]. i. non imperando hæc dico, non enim necessarium est ad salutem ita reuerti. Imo melius esset ex consensu abstinere. Incontinentiæ autē malū est vt vir vxorem cognoscat vltra necessitatem procreandi liberos, reddēdiq; debitum, nisi faciat hoc ne cōiunx i adulterium ruat seu peccet: quia hoc fit ad satisfaciendum concupiscentiæ, quod est veniale, qñ concupiscentia sistit intra limites matrimoniales, videlicet ꝙ aliam nollet cognoscere. Si vero limites istos excedat, erit peccatum mortale: quando videlicet tanto impetu fertur, quod etiam quamuis non esset sua, cognosceret eam. Deniq; tria sunt bona matrimonij, quib⁹ excusatur. Videlicet fides quam mutuo coniuges seruant proles religiose educanda, & sacramentum, ne coniugium separetur. Cum igit̄ actus matrimonialis sit causa ꝓlis generandę, diuinoq; cultui mancipandę, est actus religionis nec aliquam habet culpam, sed est meritori⁹, si fiat ex charitate, similiter si fiat causa reddendi debitū, tūc em̄ est actus iusticię. [Volo autē oēs homines esse sicut meipsum]. i. q̄tum in me est, mallem omnes simpliciter cōtinere: omnes inq̄ determinate, nō singulos. Vel oēs, si conuenienter fieri posset, sicut & ego cōtinuo, q etiā virgo sū. [Sed vnusq̄sq;] electorū fideliū [ꝓprium donū] i. gratiā sibi singulariter datā [habet ex deo] Vñde q̄libet sctō cātat̄, Nō est iuentus similis illi [ali⁹ qdē

1 Thess. 3
1. Pet. vlti.
1. Ti. 5
Augustin⁹
Eze. 34
Luc. 18
Ezech. 13
Ro 6.
Col. 3.
Eccle. 9.
Eccle. 23
Deut. 5.
Hiere. 5.
In eod. 1
Eccl. 44

sic, alius vero sic] .i. vnus habet gratiam secundū hunc
Mat.xxv gradum perfectionis, alius secundum aliū gradum. Iccir
Eccl.37 co non possunt omnes ad æqualem perfectionem indu
ci, sed vni consulendum est vt in castitate permaneat, a-
Sap.3 liꝰ vt fidem coniugalem obseruet, quorum vtrunq; dei
Mat.xix est donū. Hinc etiam cum Christus de virginitate disse
reret, dixit: Nō omnes capiunt verbum hoc. Et Qui po
test capere capiat [Dico autem non nuptis] .i. virginib⁹
& non dum ligatis [& viduis, bonum est illis] .i. vtile &
magis meritorium [si sic permaneant sicut & ego] .i. o-
mnino contineant. [Quod si se nō cōtinent] .i. concupi
scentiam non refrenant [nubant] matrimonium contra-
Ad ti.ñ hendo. [Melius est enim nubere q̄ vri] .i. igne libidinis
Iob.31 æstuare, angi, & vinci. Et est cōparatio impropria, ve-
lut si dicatur: Melius est angel⁹ q̄ diabolus. Nubere em
in se bonum est, & sine culpa. Vri vero simpliciter ma-
Mat.xv lum. ¶ Consequenter agit de inseparabilitate matrimo-
nij. [His autem qui matrimonio iuncti sunt] .i. legitime
coniugatis, quando vterq; fidelis est [non ego precipio]
quasi actor preceptiꝰ [sed dominus] per seipm [vxorē
a viro non discedere] habitatione & thoro, causa forni-
cationis excepta, quæ non exprimitur tanq̄ notissima,
quam solam Christus excepit. Quicunq;, vxorem dimi
serit & aliam duxerit, excepta causa fornicationis, mœ-
chatur. Cęteras quippe vniuersas molestias iubet Chri
stus pro fide coniugij & castitate fortiter sustineri, scđm
Augusti Augustinum. Ait enim saluator: Quod deus coniunxit
Mat.19 homo non separet [Quod si discesserit] mulier a viro
causa fornicatiōis, ab ea inexcusabiliter cōmisse, p̄cipit
dominus [manere innuptam] .i. alteri non posse matri-
Mat.v monialiter copulari. Iuxta illud: Qui dimissā duxerit,
mœchat [aut a viro suo recōciliari] q̄d fieri pōt. Nā si-
cut vir potest in adulteria deprehensā. apđse sub spe corre
ctionis tenere: sic potest repulsā ad thorū amicitiāq; re-
cipere. Quāuis autē matrimoniū soluat p fornicationē
quantū ad thorū, nō tñ q̄tū ad vinculū. Matrimoniū em
sic diffinitur: Matrimoniū est personarum legitimarum

coniunctio, indiuisam vitæ consuetudinem retinens. Porro personæ plene legitimæ sunt, quas non impedit votum continentiæ, ordo, cognatio, dispar cultus, conditio, vel frigiditas. Personę vero omnino illegitimæ sunt, quas impedit votum, ordo, cognatio, dispar cultus. Personę vero nec plene legitimę, nec plene illegitimæ sunt per conditionem & frigiditatem. Si ergo personę sunt plene legitimę, separari non possunt post copulam carnalem, nisi de communi consensu: causa fornicationis excepta. Nam & lepra quamuis diuidat coniugatos quantū ad cohabitationem, non tamen simpliciter q̄tum ad thorum. [Et vir vxorem non dimittat] nisi ob fornicationem. Nec semper ob fornicationem potest eam dimittere, vt si ipsemet eam prostituit vel cum alia fornicatus fuerit, vel debitum reddere noluit, vel eam post adulterium manifeste deprehensam tenuerit, vel si mulier est violenter oppręssa ab alio sub specie proprij viri decepta, aut proprium virum ꝓbabiliter mortuum ęstimans, alteri est coniuncta. Supplędum est hic de viro, quod de muliere prędictum est. s. si discesserit, non ducatalam, vel reconcilietur vxori. ¶ Consequenter agitur de matrimonio eorum quorū est dispar cultus, vbi videlicet est infidelis. [Nam ceteris] quorum nō est vterq; fidelis [ego dico] nō imperando sed consulendo [non dñs] dicit hoc proprię seu immediate, aut imperatiue. [Si quis frater], id ē, christianus [vxorem habet infidelem], ita, quod eo ad fidē conuerso, illa in fidelitate permānsit. (In exordio namque ecclesiæ multoties alter coniugum couertebatur ad fidem, alio non credente) [& hęc] vxor infidelis [consentit habitare cum illo] sine iniuria seu blasphemia fidei [non dimittat illam] hoc consulo [Et si qua mulier] ad fidem conuersa [habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa] pacifice [non dimittat virum]. Huius consilij ratio subditur. Intelligenda tamē sunt hæc (vt aliqui tenent) de his qui in infidelitate cōtraxerunt, non de his qui in dispari cultu contrahunt,

Impedit matrimonium q̄ primum

Cum persona

Et q̄ plenum

Et q̄ mulier plenum

Lucę. 11

In quibus casibus vir poterit dimittere

Psalm. 17
Prouerbi. 9
Eccl. 40

S. Tho. de Aquino

Supr.6 quia tunc non est matrimonium, sed separandi sunt.
Prou.vlti. Quemadmodum & Esdras fecit [Sanctificatus est cũ
Eccl.16 id est, ad fidem conuersus [vir infidelis per mulierem
.Thess.4 fidelem] id est, ex admonitione & institutione, seu op-
1.Tim.2 tima conuersatione vxoris fidelis. [Et sanctificata eli mu
r lier infidelis] id est, conuersa [per virum fidelem.] Hoc
Ozeę.11 in primitiua ecclesia sæpius accidit, vt vnus coniugum
Eccl.4 conuerteretalium. Vnde ob hanc vtilitatem consulit A-
1.Pet.3 postolus, vt cohabitẽt, eo quod cohabitatio sit salutis oc
2.Tim.4 casio. Hinc etiam princeps apostolorum in sua canoni-
Iaco.5 ca: Mulieres, inquit, subditæ sint viris suis, vt & si qui
non credunt verbo, per mulierum conuersationem, sine
verbo lucrifiant, considerantes in timore sanctam con-
uersationem earum [Alioquin] id est, nisi secundum con
filium meum feceritis, pariter habitando [filij vestri] &
etiam filiæ, quæ nomine filiorum dantur intelligi [im-
mundi essent] id est, infidelitate manerent. Si enim fide
lis recedit, puer sequitur eum parentem qui manet in do
mo, & maiorem populi partem: & ita in primitiua ec-
clesia, dum pauci erant fideles infidelibus dominis sub
diti, puer sequebatur ritum parentis infidelis manentis
in domo. Immo si sequutus fuisset fidelem parentem ab
euntem, parens infidelis faciliter recuperasset eum auxi
lio infidelium principum. [Nunc autem sancti sunt.]
id est, filij vestri conuertuntur ad CHRISTVM,
vobis simul manentibus. Poterat enim alter coniugum
instruere filium. Præterea aduertendum, quod quia cau
sa cohabitationis coniugũ disparis cultus, erat spes con-
uersionis errantis, ideirco in primitiua ecclesia quando
passim conuertebantur Iudæi, atq; gentiles, licuit Chri-
stianis manere cum vxore seu viro infideli siue gentili,
siue Iudæa vel Iudæo. Procedente autem tempore ob-
duratis Iudęis, non licuit fidelibus cohabitare cõiugi in
fideli Iudæo. Nũc vero gentilibus quoq; obstinatis, nõ
licet alicui iufideli coniugi cohabitare. Et inhoc sensu lo
quuntur sacri canones, cohabitationem coniugum dis-
paris cultus prohibentes. Apls vero loquitur ꝓ tempo

re primitiuæ ecclesiæ. [Quod si infidelis] vir aut vxor [discedit] a fideli ex odio fidei [discedat] nil mali contigit Christiano, sed liberatus est, potestque eum alio contrahere. [Non enim est seruituti subiectus frater aut soror in eiusmodi,] id est, vir aut mulier fidelis non obligatur sequi infidelem discedentem, vel eum repetere: aut a matrimonio fidelis abstinere. [In pace autem vocauit nos DEVS] , id est, ad hoc nos in domo sua, quæ est ecclesia, posuit vt pacifice conuiuamus. Ideo non oportet cum infideli discedenti litigare. Ioan.3. Inf.a.11 Psal.75

¶ Deinceps persuadet Apostolus, vel quod non oporteat discedentem sequi, vel quod expediat habitare cum infideli pacifice se habenti. [Vnde enim scis] o [mulier] fidelis [si virum] infidelem [saluum facies?] conuertendo eum ad fidem [Aut vnde scis] o [vir] quicũq; fidelis [si mulierem] infidelem [saluam facies?] perducendo eam ad CHRISTVM. [Nisi vnicuique sicut Deus diuisit] id est, hoc certo sciri non potest, nisi per gratiam specialis reuelationis, quam Deus vnicuique cui vult diuidit, dans vni gratiam ampliorem, alteri vero minorem. Vel sic: Nisi vnicuique sicut Deus diuisit, id est, nisi cognoscas hoc ex futuro euentu, expectando gratiam, quam Deus singulis tradit, vbi, & quando, & quantum, & quomodo sibi placuerit. ¶ Ex præinductis autem infert Apostolus commune documentum. [Et vnumquemque sicut dominus vocauit, ita ambulet] id est, quilibet fidelium in ea vocatione & statu perseueret, & CHRISTO deseruiat, in quo a Deo ad fidem vocatus est, scilicet, vt qui in coniugio existens conuertitur, maneat in coniugio: qui autem non ligatus conuertitur seu vocatur, non contrahat. Hoc est consilium, non præceptum, estque intelligendum quantum ad ea quæ non repugnant fidei, bonisque moribus. Sunt autem conditiones & consuetudines prauæ, in quibus non est ambulandum. Nec idem est dicere ambulare in statu in quo, & a quo vocatus est homo. Nam in statu a quo ꝙſ quam vocatur, non est standum nec ambulandum, Roma.12 Danie.2. Mat.11. Eph.4. Esa.30 Psal.26 Abacuc.] 2.Pet.1 Sap.14. Iob 24. Psal.8 Hie.1

ſed in ſtatu in quo. Sicut enī, coniunx, ita & latro vocatur
ſed coniūx vocatur in cōiugio, latro a latrocinio, quod
Eccle.4 fidei Chriſti repugnat, & obid relinquendum eſt, non
autem coniugium. Per hęc quoq; non auferetur licentia
tendendi ad ſtatus perfectiores. Hæc ergo doceo vos
[& ſicut in oībus eccleſijs doceo]. i. ſicut & alijs omni-
bus p̄dico, vt ſit diſtributio in genere. ¶ Hęc inſuper
p exempla declarat [Circunciſus]. i. in ritu Iudaico ſeu
ſtatu Iudaiſmi [aliquis vocatus eſt]. i. ad fidem Chriſti
Phil.3 Gal.ij conuerſus eſt [non adducat preputiū]. i. nō compellat
ritum gentilē aſſumere ſeu gentiliter ſe habere, quantū
ad ea q̄ nō ſūt de neceſſitate ſalutis. In primitiua ēm ec
cleſia Iudęi & gentiles conuerſi, in aliquibus obſeruan-
tijs differebant, magis q̄ poſtea [In p̄putio]. i. in ſtatu &
ritu gentiliū [aliqs vocatus eſt non circuncidatur,] imo
nec ad cęteros ritus Iudaicos ſe tranſferre cogatur. Vn
de & alibi dicitur. Si circuncidamini, Chriſtus nihil vo
bis proderit. Seruat ergo Apoſtolus, quod congruere
videt eccleſijs, tam gentiliū quam Iudęorum, nec au-
Auguſtin9 Gala.vlti. fert conſuetudinem, cui9 obſeruatio non obeſt ſaluti, vt
aſſerit Auguſtin. ¶ Horū autē rationē ſubiūgit [Circū-
ciſio]. i. ritus Iudaicus [nihil eſt] ſub ratione finis, quia
nil p̄ficit ad obtinendā ſalutē. Legalia enī quantum ad
cęremonialia ceſſauerūt. Eſt tamen aliqd ſub ratiōe for
mæ. Simili modo [& p̄putiū]. i. ſtatus ſeu ritus gentilis
[nihil eſt]. i. non obeſt nec prodeſt ſaluti. Quod intelli-
gendum eſt quantum ad ea quę indifferentia ſunt, non
quantum ad opera idolatrię [ſed obſeruatio mandatorū
Deut 30 Prouer.ix. 1.Ioan.2 Sapientię.6 Galatas.5 Epheſios.4 2.Timoth. 1 Philip.3. Actuum. 11 dei] aliquid eſt, quoniam p̄meretur vitam ęternam. Iu-
xta illud. Si vis ad vitā ingredi, ſerua mandata. Item &
illd. Qui ſeruat verbū Chriſti, vere in hoc charitas dei
perfecta eſt. Cui conſonat illud ſapientis, Cuſtoditio le-
gum, conſūmatio incorruptionis. ¶ Hinc concludit A-
poſtol9. [Vnuſquiſq; in quavocatione vocatus eſt, in
ea p̄maneat] cui9 intellect9 patet ex p̄dictis. Intellectus
tñ verbi huius diligenter penſandus eſt, quoniam multi
male intelligunt, & pc̄ conſequens nec intelligūt (quia

falsum nescitur) & impertinetur allegant hoc verbum, quasi nō debeat homo ęmulari charismata meliora. Verba sancti Apostoli sicut in stilo simplicia sunt, ita in sensu profunda cōsistunt, quia ex corde doctissimo ꝓfluxerunt. His aūt quę nunc de circūcisione & ꝓputio dicta sunt, cōsonat quod ad Gala. vlti. scribitur: In Chřo Iesu nec circūcisio aliquid valet, nec pręputiū, sed noua creatura. ¶ Post introductionē exempli de ritu viuēdi ponitur exēplum de statu seu officio cōditionis [Seruus]. i. in seruitute hominū existens [vocatus es] ad fidē vel opa bona [nō sit tibi curæ]. i. nō doleas de seruitutis conditione, nec cupias ea effugere. [Sed & si potes liber fieri] id est, a seruitute hac liberari [magis vtere] seruitute, id est, potius elige in seruitute manere, quoniā est tibi occasio humilitatis, ad veram atq; in dño existentē libertatem pertinentis. Liberat nempe a seruitute peccati, & & libertate peccādi. Vnde ait sanctꝰ Ambr. Quāto quis propter deū despectior est in hoc sæculo, tanto to sublimius exaltabitur in futuro. Gregorius quoq; ait, Tanto est homo preciosior deo, quāto propter eū vilior est mundo. Et Boetius, Cū omnis, inquit, fortuna timēda sit. magis tamē prospera, q̄ aduersa. ¶ Deinde ponit ratio huius exempli. [Qui em in domino]. i. in fide, seu opere dei [vocatus est] existens [seruus]. i. in cōditione seruili, loquendo de seruitute humana, & corporali [libertus est dñi]. i. de seruitute peccati liberatus est a dño, estq; seruus domini, & per consequens vere & spiritualiter liber. Quoniā deo seruire regnare est. Sicut & beatissima Agatha dixit, Summa ingenuitas est seruitus Christi. Facit enim liberū ab obligatione peccati, & seruitute diaboli, Ideo quoq; saluator testatur, Si filiꝰ vos liberauit, vere liberi eritis. [Similiter qui vocatus est liber] id est, a prædicta seruitute humana immunis [seruus est Christi] dum ei obedit. Vnde nec seruitus nec libertas repugnant obsequio Christi. Seruitus tamen magis boni occasio est. Nō ergo despiciat a libero. Hinc quoq; in Vitis patrum narratur de quodam sancto pa-

Eccle. 10
Infra. xij
Ioan. 8
1. Tom. 6
2. Cor. 11
Mat. 17
Cala. 3
Ambrosiꝰ
Iaco. 4
1. Pet. 5
Boetius
Roma. 1
Gala. 4. 5
2. Cor. 3
Mat. 29
Marc. 10
S. agatha.
Roma. 1
Deut. 10
Actu. 10

Gala.4 tre, qui nequaquam acquieuit a seruitute dominorum
1.Pet.1 suorum liberari. [Precio] ,id est,precioso sanguine
Apoca.14 CHRISTI [empti estis] ab obligatione mortis eter
2.Cor.5 ne. Iccirco tam liber quam seruus, serui sunt CHRIS
Roma.5 TI. Emit etiam nos saluator de manu dei patris, qui
Roma.8 paratus erat proijcere nos in infernum, vt essemus co-
Ephe.3 heredes consortesq; sui. [Nolite] ergo [fieri serui homi
Hebr.11 num] .i. hominibus nolite vos finaliter aut principali-
ter subdere, sed vicem reddite saluatori, & ei estote sub
Deute.6 iecti. Scriptum est em̄. Dominū deum tuum timebis &
Matth.4 illi soli seruies. Quodlicet de seruitute latrię accipi po-
Luc.10 ssit, tamē de oī seruitute bona inteligi valet, eo q̄d quic
1.Thess.4 quid seruitutis impenditur hoī, propter deum in deo,
2.Cor.2 & scd̄m deum impendendum sit illi. ¶ Ex his infert
Ap̄ls, quod tamen prędictum est, q̄tenus repetitio sit
confirmationis iudicium [Vnusquisq; in quo vocatus
est frater] .i. quilibet frater fidelis, ī quo statu ad deum
Matth.24 conuersus est. [in hoc maneat apud deum] .i. in tali sta
Epist. tu studeat deo digne seruire. ¶ Expleto matromonij
documento, de virginitate agit apostolus. [De virgini
bus aūt], id est, de virginitatis atq; perpetuæ continen
tiæ obseruatione [pręceptum domini non habeo] quo-
niam nec in veteri, neq; in noua lege pręcipitur. Imo ī
veteri lege maledicitur sterilis. In noua ꝟo lege habet
Deut.7 Qui p̄t capere, capiat [consiliū aūt do] de virginitate
Matth.19 seruāda, quasi de ꝑfectione maiori: quod vtiq; consili
Tob.4 um Christus in euangelio tradit: Si qs, inquiens, venit
Luc.14 ad me, & nō odit patrem, & matrē, & vxorē, non po-
test meus esse discipulus .i. imitator perfectus. Potest
tamen esse seruus. Itaq; consilium do [tanq̄ misericor-
Roma.1 diam consequutus] .i. gratiam apostolatus adeptus [a
2.Cor.12 domino, vt sim fidelis.] in officio mihi commisso [Ex
Luc.12. istimo ergo,] id est, cum sim apostolus, cuius consilio
2.Cor.11 est credendum, puto & consulendo affirmo [hoc.] Vi-
Luc.17 delicet in virginitate & iugi continentia permanere [bo
Tob.10 num esse propter necessitatem] ,id est, ad vitandam
Psal.108 occupationem coniugatis necessariam, quibus necesse

est sollicitari circa temporalem prouisionem domus, & Luc.14
prolis, atq; familiæ. Infirmis & imperfectis, infirmâ & Rom.9
imperfectam rationem proponit. Poterat enim dignio Heb.5
rem causam indicare, videlicet quod status matrimonia
lis ratione solicitudinis sibi adiunctæ, plurimum retra-
hat a puritate atq; feruore, ac stabilitate contemplationis
& dilectionis diuinæ. Et sicut Augustinus fatetur, vir- Luc.19
ginitas supergredit cõditionẽ naturæ humanę, per quã August.
homines angelis assimilantur. Maior tamen est victoria
virginum quam angelorum. Angeli enim sine carnevi Luc.24
uunt, virgines vero in carne triumphant, Ideo subditur
[quoniam bonum est homini sic esse] .i. in virginitate
manere. Est enim bonum atque honestum, propter vitę
puritatem. Delectabile, propter animi libertatem. Vtile
propter copiosam mercedem. Virginibus quippe debe Matth.13
tur aureola, vt fructus centesimus, vt patet ibi: Sequun Luc.8
tur & Agnum quocunque ierit. [Alligatus es vxori] Mar.4.
non solum vinculo matrimoniali, sed etiam copula car- Apoc.14
nali [noli quærere solutionem] .i. separationem a contu- Matt.19
ge. Hoc dicit Apostolus consulendo infirmis, ne inci- Eccle.7
dant culpam maiorem. Experti enim delectationem ve 2.Pet.2
neream, faciliter reuertuntur ad eam. Nihilominus licet Luc.18
& expedit quærere solutionem causa intrandi religionẽ
si insit animo firmum continendi propositum, nec ali-
unde occurrat rationabile impedimentũ videlicet ne-
gligentia prolis, vel periculum cõiugis, aut simile aliq̃d Mat.19
[Solutus es ab vxore] id est, si vxorẽ nõ habes [noli q-
rere vxorẽ] si videris te posse cõtinere. [Si aũt accepisti 1.Tim.4
vxorem] bono fine atq; legitime [non peccasti,] cu non
sit illicitum. Imo & bene feciſti [Et si nupserit virgo] vo 1.Tim.5
tum virginitatis non habens [non peccauit. Tribulatio- Eccle.4
nem tamen carnis] id est, corporalem afflictionem in
prouisione temporaliũ rerũ, & in varijs curis sæculi hu
ius [habebũt hmõi] .i. vir & mulier. [Ego autem vobis Inf.2
parco] .i. fortiores rationes cõtinẽdi vobis nõ profero,
cũ sitis incapaces & infirmi. Cõsequẽter ostẽdit Apo.
cõiugatis formã viuẽdi, & ad virginalẽ perfectionem,

quantū fieri poteſt, appropinquandi. [Hoc itaq; dico fratres: Tempus] peregrinationis noſtrę ſeu vitę preſentis [breue eſt] prout ſcriptura teſtatur: Dies noſtri ſicut vmbra ſuper terrā, & nulla eſt mora. Et Iac. 4. Quę eſt vita veſtra? Vapor eſt ad modicū parens, deinceps exterminabitur. [Reliquū eſt] .i. hoc reſtat [vt & qui habent vxores, ſint tanq nō habentes] .i. nō nimis carnaliter afficiantur ad eas, nec actibus carnis totaliter immergantur, ſed quantū fieri poteſt, ſtudeāt ſpūalibus occupari, intentionēq; finalē ad deum referre. [Et qui flent] id eſt, triſtantur, ſint [tanquā nō flentes] .i. cōſideratiōe breuitatis vitę p̄ſentis, & ſpe cōſolationis ęternæ reſpirent, & omnē in ordinatā ac ſęcularē triſtitiā procul abḥciant. [Et qui gaudent] quocūq; modo, ſint [tanq nō gaudētes] .i. in gaudio huius vitę nō quieſcāt nec illud perfectū reputēt, ſed potius horā mortis, diē iudicij, pęnas inferni, p̄pria mala, totiuſq; mūdi peccata penſantes ingemiſcāt, & omnē inanem exultationē contēnant. Vnde per ſapientē dicitur: In die malorū ne immemor ſis bonorum, & die bonorū, ne immemor ſis malorum. [Et qui emunt, ſint tanq nō poſſidentes] .i. tēporalia habeant nō quaſi ſemper māſura, ſed cito auferenda ſaltē in morte, nec inordinate afficiantur ad ea, penſantes qđ ait ſcriptura: Homo cum dormierit, non ſumet oīa: Et: Diuitię ſi affluant, nolite cor apponere. [Et qui vtunt hoc mūdo] .i. diuitijs & cæteris rebus creatis ſint, [tanq non vtantur] .i. non finaliter inhæreāt rebus creatis, nec per eas retardentur a deo: ſed pro nihilo reputent cuncta terrena, vt ad dei fruitionem pertingant. [Præterit enim] id eſt, indefinenter cadit, ſenefcit & variatur [figura huius mundi] id eſt, diſpoſitio, pulchritudo & ſtatus terrenarum ac temporalium rerum, quæ ſunt in trāſmutatione continua. Propter quod ait Ioannes: Et mundus tranſit, & concupiſcentia eius. Et Eccle. primo habetur: Vidi cuncta quæ fiunt ſub ſole, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpūs. Quidam exponunt de innouatione mundi circa iudiciū, qn̄ qualitas & modus exiſtē-

Sapien.ñ
1. Para.19

Iaco.xiiñ

Titum.2

Prouer.xñ
2.Theſſ.2
Mat.5
Prouer.25
Eccl.39
Ioan.16

Eccl.11
Ezech.7

Pſal.48
Pſal.61
1.Tim.6

Philip.3
2.Pet.3
Pſal.cxliñ

vanitas.

tiæ rerum mundanarū peribit, non ipsa substantia [Vo lo autem vos sine solicitudine] .i. superflua cura circa sen sibilia [esse] Hęc enī est solicitudo mala impediens liber tatem mentis in deo. De qua dicit Prou.1. Expectatio solicitorū peribit. Et infra: Nihil solliciti sitis. Est quo q̄ sollicitudo bona, quæ est vigilantia mentis circa diuina. De qua legitur Mich 6. Indicabo tibi homo quid sit bo num, vti q̄ solicitū ambul &c. Et infra: Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. De hac solicitudine subditur: [Qui sine vxore est, sollcitus est quę sunt dñi] id est, circa spūalia cura ei⁹ versatur [quomodo] .i. [pla ceat deo] .i. quatenus corde mundo, & animo diligenti domino obsequatur, ei q̄ placeat. [Qui aūt cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi] .i. circa tēporalia solici tatur [quomodo placeat vxori, & diuisus est] .i. animo vagus, & affectu partitus, partim quærens placere deo partim vxori, & partim tēporalia, partim spūalia quę rens. Hęc iccirco dicit Apost. q̄m vxoratus minorē a ptitudinē habet seruiendi deo q̄ solutus, sępe tamen con tingit vt cōiugati deuotiores sint, quam soluti vel etiā religiosi. ¶ Simili sensu de mulieribus subditur. [Et mu lier innupta] .i. vidua [& virgo, cogitat quę dei sunt] .i. diuina pręcepta reuoluit, in lege dñi meditatur, & diui na recogitat [vt sit sancta] .i. impolluta, munda, & vir tutibus perornata [corpore & spū] .i. anima, quatenus nec corporalia nec spiritualia habeat vicia, sed vtrum q̄ diuinis obseqūs mācipiet. [Quę aūt nupta est cogitat ea quæ sunt mundi, quomodo placeat viro] vnde & ip sa diuisa est, sicut maritus, quoniam nullus eorum toto corde intentus est illi vni quod solum necessarium est. Si tamen nihil diuinæ dilectioni præponant, viuunt in statu salutis, nec sunt simpliciter a deo diuisi, vt illi qui mor ali vicio diuiduntur a deo. De quibus ait Oseæ.10 Diuisum est cor eorum, nunc interibunt. [Porro hoc] puta nō nubere [ad vtilitatem vestram dico] .i. ad maio rem profectum vestrum consulo [non vt laqueū] id est fornicationis occasionem [vobis inīciam] .i. proponā.

Matth.6
Luc.21
Philip.4
Libertas mentis a deo
Bona sollicitudo
Ephe.4
Psalm.55
Eccle.48
Sap.4
Luc.8
Gen.30
Esa.57
Matth.6
Luc.16
Dnus
Tob.3
Iudi.8
Psalm.118
Luc.2
Psalm.1
Psal.118
Prou.ult.
Finis
1.Thess.5
Tob.10
1.Tim.3
Luc.10
Dnus
Eccle.7.
Eccle.42

Si enim apostolus iuberet non nubere, daret iperfectis ad vicia carnis procliuibus occasionē fornicādi [sed] dico & consulo hoc [ad id] .i. ꝓpter id [q̄d honestum est] .s. ad continentiam obseruandā [& q̄d facultatē ꝓ beat] .i. hoīem aptet [sine impedimēto] .i. sine distractiōe & molesta solicitudie [dño obsecrādi] .i. deū ꝓ sacra iuo cādi. Casta em̄ vita efficit hominem aptū ad obsecrandum dominū mēte pura ac stabili. ¶ Insuper agit apostolus de custodibus ⅋ginum, qa in primitiua ecclesia erant patres carnales & etiam spirituales, vt episcopi q̄ rum custodie ⅋gines committebant. [Si qs aūt] custos ⅋ginū [turpē se videri existimat] .i. hoc putat, ꝙ ipe alīs turpis videtur seu male gratiosus, & ihoneste se habēs. Vel turpē se videri existimat. i. intra se turpē suspitionem habet [sup ⅋gine sua] .i. de ⅋gine sue custodiæ deputata [ꝙ sit supadulta] .i. iccirco ꝙ ⅋go iā attigit ānos pubertatis seu nubiles appareāt qz i ea ꝓbabilia signa ꝙ nubere cupiat [& ita oportet fieri] vtpote vt ⅋go cōtrahat, eo ꝙ cōtinere nō velit [q̄d vult] virgo [faciat] custos eius, tradens eam marito. [Non peccat] custos [si nubat virgo. Nā qui statuit in corde suo firm⁹] .i. custos virginis, qui stabili proposito mentis ordinauit virginem suam in virginitate seruare [non habens necessitatem] tradendi eam viro, eo ꝙ velit cōtinere [potestatem autem habens suæ voluntatis] .i. de secura custodia virginis, ita ꝙ potest voluntatem suam implere, ꝓ hoc ꝙ virgo sibi cōsentit [& hoc iudicauit in corde suo .i. ex iudicio ratiōis dictauit [seruare virginem suā] quā custodit in virginitate [bñ facit] [Igit & qui matrimonio iungit] .i. marito legitimo tradit [virginē suam, benefacit] facit enim rē licitā [Et qui nō iungit] virginem viro, vinculo matrimoniali [melⁱ facit] Magis eni meritoriū est, virginem in virginitate seruare, quam maritari, ceteris paribus: quia ad maius bonum cooperat virgini, qui seruat eam in virginitate, quam qui copulat eā viro [Mulier allīgata est] viro, vinculo coniugali, qa nec potest discedere nec alteri nubere [quanto tempore

Osee.4. 2. Cor.11. Mich.6

2. Tim.2

Eph.5

Eccl.3 Psal.117

2. Tim.4 Eccl.7

1. Tim.5 Eccl.7.

Apo.14 Mat.22 Sap.6. Eccl.26 Mat.25 Rom.

vir eius viuit].i.toto tempore corporalis vitæ sui mariti[& si dormierit]somno mortis.i.obierit[vir eiꝰ liberata est]a vinculo cõiugali Vnde inferẽ, & si vir eius resuscitaretur,non teneretur eum recipere.[Cui vult nubat].i.virum sibi placentem recipiat,si continere nõ vult[tantum in domino].i.secundum volũtatem dei hoc fiat, videlicet ꝛcdm ordinationem ecclesię. Per hoc Apostolus innuit, & debent nuptiæ esse spõtaneæ. Coactæ enĩ seu inuitæ malũ exitũ cõsueuerunt sortiri. Propterea in Genĩ.24.de rebecca inducitur: Vocemus puellam, & quæramus eius voluntatem. ¶Postremo Apls dat consilium cõtinentię vidualis.[Beatior aũt erit]vidua in pñti per gratiam, & i futuro per gloriam [si sic].i.in statu viduitatis[pmanserit secundũ meũ consiliũ].i.secundũ intẽtionem finalem mei consilij, vtpote propter hoc vt dño liberius vacet. Si autem vidua permanendo in delitijs vixerit,viuens mortua est,& melioꝰ esset ei nubere,at& statũ coniugalẽ bene seruare,quã taliter viduam esse. ¶Ne autẽ quis putet consiliũ apostoli,esse humanum & parũ curandũ,adiecit:[Puto autẽ] Sobrie loquitur, minus& dicit,& maius significat,vt sit sensus. puto.i.certo scio[& ego spm̃ dei].i.spiritũ sanctum[habeam]habendo dona ipsius, prout gradus Apostolatus requirit,ideo consilium meũ deo inspiran te concepti est,& tute creditur mihi. Superius enĩ dixit Apostolus: Nos ipsi primitias spiritus habentes.

Deut.7

Matth.13.A
Psal.83

Rom.8
Eph.4
Rom.12
2.Cor.9

Eluc.cap.VIII. De his autem q̃ ido
lis sacrificantur.

¶Articulus octauus.

Postq̃ Corinthios instruxit Apostolꝰ de ỽginitate, matrimonio,& viduitate,nũc plenius instruit eos de idolothytis.i.imolaticijs idolorũ,seu reb9 q̃ idolis imolãt. Et ait[De his aũt q̃ idolis sacrificãt].i.de materijs quas gẽtiles offerũt idolis suis,ãliceat talibus vesci vel nõ[scimꝰ]ego & vos,qd sit tenẽdũ[qm̃ oẽs]nos[scientiã habemus]tãtã de creatore & creaturis,vt nõ dubitemꝰ de isto negocio. Hoc dicit

ỽ idolothytis

Sap.14
1.Pet.4
Prou.15
Eccl.17

Apostolus de se, & pfectioribus inter Corinthios. De nich quidam Corinthiorū in sua scientia gloriantes mā ducabant idolothyta indistincte coram omnibus, etiam in idolio. Scientes enim oīa creata mūda esse, ex creatione in suo genere, nec aliquē cibum reñciendum qui cum gratiarū actiõe sumitur, nec carnes idolis immolatas aliquam cõsecrationem habere, ex tali oblatiõe, vt opinabantur gentiles, nec aliquam īmundiciam cõtrahere, vt arbitrabantur ludęi, sed oīa munda esse mundis, comedebant idolothyta indifferenter, & ex hoc scandalizabantur infirmi, putantes eos talia edere sub idolorū veneratione. Hos ergo Apost. increpat, innuens scientiā eorum fuisse nõ discretam nec pfecta charitate formatam, sed vanam. Ideo subdit. [Sciētia inflat]. i. si non sit charitati cõiuncta occasio est supbiendi. Oīa enim q̄ ad excellentiam ptinent, vt scientia, eloquentia, pulchritudo &c. si nõ charitate regantur, inducunt supbiam. Homines aūt artes docti scientiæ nobilitatē scientes facilīter intumescunt & indignantur, si aliquid fiat cõtra voluntatem iporum. Vñ Eccl. 1. dr: In multa scientia, multa est indignatio. Et Esa. 47. Sapientia tua & sciētia &c. Sí aūt scientia pficiatur charitate, plurimū prodest. Sicut ergo caro nõ prodest quicquam, ita scientia inflat. Hoc tamen est per accidens, non per se. [charitas vero ædificat]. i. alīs exempla virtutū pbet, facit enim hoīem charitatiue se habere ad pximum, pmouendo bonum illius, & cõdescendendo defectib9 eius, nec quęrit quæ sua sunt, sed quę aliorum. [Sí quis aūt se existimat scire aliquid] quasi ex seipso, & gloriatur in se nõ in dño [nõ dum cognouit quēadmodum oporteat eum scire]. i. imperfectam scientiam habet, nec scit quid sibi desit. Non enim humiliter sentit de seipso, nec gratus est deo, nec exemplarem se exhibet proximo. Ideo Prouerbio. 16. Salomon dicit: Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem stultus habebit. Et Esaias: Væ qui sapiētes estis in oculis vestris. Modus ergo sciendi discendus est, scilicet vt scientia in humilitatę fundetur charitate

Titum. 1
2. Timo. 4
Apoc. 2
Actu. 21
Exod. 9
Sap. 13
Hiere. 49
Actu. 16
Rom. 5
Inf. 13. ca. 9
Sup. ca. 4
2. Cor. 10
Rom. 12
Psal. 130
Phil. 4
Luc. 12

perficiatur, bonis operibus cõprobetur ac manifestetur, secundũ q̃d Iac.3. dicit: Qui sapiens & disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conuersatione operationẽ suã in mansuetudine sapientię. [Si quis autem diligit deum, hic cognitus est ab eo] cognitione approbationis. De q̃ deus ait ad Moysen. Exod.33. Teipsum noui ex nomine Vnde reprobis loquitur: Nescio vos. Loquendo autem de scientia visionis deus bonos & malos cognoscit. [De escis autem quę idolis immolantur scimus] i. scĩam verã habem⁹, sic q̃ liceat eis vti, dummodo fieri valeat sine scandalo aliorũ, non enim consecrationẽ vel abominationẽ cõsequuntur ex hoc q̃ idolis immolantur. ¶Cuius rationem assignat Apostolus [quia idolum nihil est in mundo] i. idolum nihil est, quantum ad id q̃d̃ esse putatur: quia nec aliquam diuinitatem sortitũ, nec repræsentat aliquid, quod veram deitatem participet. Tamen materia idoli aliquid est, scilicet aurum, argentum, æramentum &c. Forma q̃q̃ artificialis inducta materię aliq̃d est, scilicet qualitas. Porro, vt refert Maxim⁹ Valerius, q̃dam gentilium coluerunt idola, tanq̃ animata & diuinitatẽ quandam habentia. Nam vt recitat Au. Hermes dicebat: Sicut cœlestium deorum fictor est sũmus de⁹, sic deorũ qui in tẽplis coluntur. fictor est hõ. Statuas, inquit animatas dico, sensu & spiritu plenas, furorũ pstias, hoibus imbecillitatem & sospitatẽ inducẽtes. Cum ergo secundum veritatẽ idola non sit animata patet q̃q̃ idolum nihil sit, quantũ ad id quod isti sentiũt de idolo. Alĩ vero coluerunt idola tanq̃ deorũ imagines, sed qm̃ non sunt dñq̃ per idola representabãt, vt Iuppiter, Mercurius, Mars, Saturnus, Hercules &c. & oẽs dñ gentiũ dæmonia, cõstat q̃ idolũ nihil, sc̃dm id q̃d̃ isti de idolo putauerunt. Q̃d̃ aũt iste sit sensus Apli, sequẽtia verba testant [& q̃ nullus deus nisi vnus] videlicet Trinitas benedicta, q̃ est vnus verus simplicissim⁹ de⁹, q̃ Deus. Videte, inqt, q̃ ego sim sol⁹, & nõ sit ali⁹ de⁹ pter me. De q̃ ait psal. Qm̃ q̃s deus pter dñm, aut q̃s deus pter deũ nr̃m. Q̃d̃ vero nõ sit nisi vnus de⁹

2. Tim.1

Mat.28

Esa.41 Hier.10

Psal.95

Deut.6

Psal.17

Psal. 95 declarat Apostolus. [Nam & si sunt] .i. quamuis sint aliqui [qui dicantur dñ] participatione diuinitatis videlicet propter excellentiam gratię. & imitationem perfectionis diuinę [siue in cœlo] sicut sunt angeli & comprehensores vniuersi. Vnde dicitur: Deus deorum dñs loquutus est. Et non est similis tui in dñs domine [siue in terra] vt homines ꝟtuosi, pręsertim viri Hæroici. Nā & Moysi loquutus est dominus: Ecce cōstitui te deum Pharaonis [siqdem sunt dñ multi, & domini multi] ꝑticipatione diuinitatis atq; dominñ dei altissimi, nō natura: sicut Apostoli De quibus ait scriptura: Principes populorū congregati sunt cum deo Abraham, qm̄ dñ fortes terræ vehemēter eleuati sunt. Illud quoq; psal. Ego dixi dñ estis, Christus in euangelio exponens disseruit: Illos dixit deos ad quos sermo dei factus est, quales fuerunt prophetę [nobis tamen] veri dei cultoribus, est [vnus deus] verus. s. [pater] ęternus [ex quo omnia ꝓfluxerunt [& nos in illo] sumus per charitatē, & gratiam sicut in vltimo fine, ac primo principio [et] est nobis [vnus dominus Iesus Christus, per quē omnia] Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil Christus autem secundum diuinam naturam est dominus omnium per authoritatem tanq̄ creator. Secundum humanitatem quoq; est dominus omnium, per dominñ participationē. Vñ ait Matthęi vlt Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra [& nos per ipsum] .i. per Chr̄m formati sum⁹, in esse naturali, inquātum creator & deus est. Per ipsū q̄q; reformati sum⁹ & inesse gr̄æ constituti, inquantum est saluator per humanitatē assumptam. Per hoc autē qđ ait: Nobis vn⁹ deus pater & vnus dominus Iesus, non dat̄ intelligi, quod pr̄ non sit dominus, vel qđ filius non sit deus, sed nec spūs sanctus excludit̄, quamuis non exprimatur. Chr̄m autem nominat dominum, quia secundum vtranque naturam conuenit ei dominium, & ei specialiter subiecta sūt oīa. Imo ipse sua humiliatione ac passione meruit omnium dominus & iudex constitui secundum naturam assum-

Psal. 46
Psal. 85
Exod. 7
Psalm. 46
Psal. 31

ptam[sed non in omnibus est scientia] ista salutaris ac theologica, per quam de patre & filio cęterisq; prędictis recte sentitur. [Quidā autem cum cōscientia vsque nunc idoli], id est, quidam omnino imperfecti vsque nunc, id est, post conuersionem suā ad fidem, sicut & ā te, cum cōscientia idoli. i. cū æstimatione qua putant idolum esse diuinum ac honorandum [quasi idolothytum manducant] id est, materiam idolis immolatā manducant, nō solū vt escam quandā, sed tanq; escam īmolatione huiusmodi consecratam, videlicet in reuerentia idoliſ & conſcientia ipſorum] ſic manducantium [cum ſit infirma] quia facile ſcandalizatur [polluitur] accidenter per illos, qui habent ſcientiam verā de deo & idolothytis, ſed inflantem, non charitate formatā. Infirmi nāque videntes illos in idolio manducare idolothyta, æſtimabant eos hoc agere in reuerentiam idolorum, & ita fecerunt ſimiliter. [Eſca autem] ſumpta vel non ſumpta, ſed ipſa corporalis comeſtio [nos non commendat]. i. gratos & placētes non efficit [deo] inquantum eſt ea ſeu comeſtio. Non enī regnū dei eſt eſca & potus, vt ſpatuit: ſed fides vera de edendo aut vitando idolothyta charitasq; fraterna. [Neq; enī ſi non manducauerim9] eſcam idolis immolatam [deficiemus]. i. a gratia excidemus, aut ſpiritualium donorū detrimētum patiemur. [Neq; ſi māducauerimus] eſcam talem [abundabim9] gratia ſpūali. Cū ergo, o Corinthī doctiores, vīa comeſtio infirmos ſcandalizet, & vobis non ꝓſit certum eſt, quod non ſecundū charitatem ābulatis, nec habetis ordinatā ſciētiam [Videte autem] vos cęteris doctiores [ne forte hęc licentia vīa] q; licet vobis in certo caſu idolothyta māducare, & itē in caſu vitare [offendiculū fiat]. i. ſcandulū generet [infirmis] ſi viderint vos vti in caute vīa licētia [Si. n. q̄s]. i. aliq̄s īfirmorū i fide & gīa [viderit eū qui habet ſcientiā]. i. eū qui ſcit q̄ſi vel quo modo liceat idolothytis veſci in idolio recūbētē]. i. cōrā idolo idolothyta māducantē [nōne cōſcientia illi9, cū ſit infirma]. i. prona ad malū [ædificabit]. i. tuo exem-

Matth.18 Deut.27 Eph.4 Mat.15 Rom.14

plo inducetur, & animabitur [ad manducādū idolothyta id est, idolorū sacrificia, non eo animo quo tu, quis sacrificia talia nec consecrata esse neque immunda, nec in honore idolorum sumenda: sed ipse incipiet edere sacrificia illa in reuerentia idoli, putans illic esse aliquid numinis: quoniam cernit fratrem suum peritum ibi cōedere nec horrere [et] ita [peribit]. i. damnationem incurret [infirmus in tua scientia], id est, occasione tuę scientię, scilicet exemplo comestionis tuę, quam tu ex scientia tua facis, o [frater] perire, qui sis quo animo vescendum sit idolothyto [propter quem] infirmū saluandū [Christus mortuus est] qui venit quęrere & saluum facere, quod perierat [Sic autem peccantes in fratres] eos scādalizantes, & eorum saluti non prouidentes. [& percutientes] id est. lędentes & corrumpentes spiritualiter [conscientiam eorum infirmam] ense exempli pestiferi [in Christū peccatis] quoniam membra eius aufertis, regnum Christi minuitis, precium sanguinis eius paruipenditis eiusque pręceptis repugnatis. Ipse siquidem locutus est: Videte, ne contemnatis vnum ex his pusillis. Et rursum. Qui scandalizauerit vnū ex his pusillis, expedit ei, vt suspēdatur &c. Quicunq; ergo peccat in proximum, peccat in Christum, præsertim cū dicat: Quod vni ex meis fecistis, mihi fecistis. Et iterum. Qui tetigerit vos, tanget pupillā oculi mei [Quapropter] videlicet quia in ꝓximum peccās, peccat in Christū [si esca]. i. sumptio cibi prędicti, Vel cuiuscunq; alteri⁹, q̄ licite vesci, & non vesci possum [scandalizat fratrem meum], id est, fidelē [non manducabo carnē] cuius esus fratrē scandalizat [in æternū] toto tempore vitę meæ, non quod esca aut sūptio eius in se mala existat, sed vt fratrē meū scandalizē] in re quā sine peccato omittere possum. Vnde superi⁹ dixit, Noli cibo tuo perdere illū, pro quo Christ⁹ mortuus est. Quid autem ꝓ vitando alteri⁹ scandalo omittendum sit, & quid non, dictum est ante.

Rom. 14
Luc. 16.
1. Ti. 3. 6
Mat. 18
Mat. 25
Zach. 2
Mat. 25
Psal. 49
Psal. 78
Rom. 14

Explana. Capitis noni, videlicet. Non sum liber. ¶ Articulus nonus.

Requêter docet apostolus abstinendum a *licitis* ne scandalizentur pusilli. In fine cñ precedentis Capituli dixit se potius nunquam carnibus vesci, quam fratrê scandalizare. Ad hãc ergo perfectionê alios suo exemplo volens inducere, ait: [Nõ sũ liber]? Interrogat, & interrogando affirmat, vt ostendat q̃ irrationabile sit sentire oppsitũ. Ait ergo: Non sũ liber. i. Imo liber sum, seu potestatem liberam habens accipiendi stipendia vitæ seu sumptus ab his quibus euangelizo, quemadmodum alĩ apostoli faciũt, sicut ergo liber sum accipere, nec tamê accipio, ne aliquem scãdalizẽ, ita et vos abstinete a licitis, ne quempiã scandalizetis. Et qñ seu dapostoli p̃ seuerauerũt Corinthĩs Paulum non esse apost. et ob id doctrinã eius esse spernandã, eo ꝙ cum Christo in carne cõuersatus nõ fuit. Ideo subdit Apost. [Non sum apostolus?]. i. imo vere apostolus sum, sicut probat apostolatus mei causa. Nam [Nonne dominum nostrũ Iesum Christũ vidi?] oculo intellectuali, tempore raptus mei vsque ad tertiũ cœlum, quãdo vidi sanctam trinitatem per speciẽ, et Christum in dextera patris. vel in via, quã iui Damascũ. Et dicit Lira hoc scripsi ptũ non esse, quia dicitur Actuũ. 9. quod audiuit vocem dicen. Diligẽtius tamẽ pensando hoc, vtiq; scriptũ est. Legitur enim Act 9. ꝙ Barnab. apprehẽsum illum duxit ad Apostolos, et narrauit eis quomodo in via vidisset dominũ. Nisi forte dicatur, ꝙ per viam intelligatur ibi etiam Damascus, vbi erat in raptu. ¶ Deinde oñdit idem ex sui apostolat9 effectu [Nõne opus meum]. i. spirituales filij mei, per gratiã apostolatus mei ad fidem conuersi [vos estis in domino?]. i. adiutorio dei, vel ad gloriã ei9 [Et si alĩs] quibus non prædicaui, vel Iudæis ad quos missus nõ sum sic [non sum apostolus] quia officium apostolatus eis non ministraui [sed tamen vobis sum] apostolus [Nam signaculum]. i. euidens signũ [apostolatus mei]. i. apostolicæ potestatis & gr̃æ [vos estis in dño] quia ex vestri conuersione, innotescit me esse efficacem apostolũ

Inf. cap. 10. Luc. 10. 2. Cor. 3. 1. Tim. 5. Gal. 2. Act. 9. Sup. ca. 3 Sup. 4. ca Act. 9. Roma. 1.

Nec enim minus habetis per me q̃ alij per apostolos ali
Phil.1 os. Iccirco [Mea defensio].i.ratio qua dẽfendor, & cõ-
probor esse apostolus [apud eos qui me interrogant].i.
ex dubitatione inqrunt, an sim Apostolus [hęc est] quã
assignaui, videlicet ꝙ vos estis signaculũ apostolatus
mei. ¶ Cõsequẽter demõstrat se liberum esse ad sumen
dum stipẽ dia vitæ ab his, quibus euangelizauit. [Nũ-
Mat.10 quid non habemus potestatem] liberã [manducandi &
bibendi?].i.victum sumendi ab alijs. [Nunquid nõ ha
bemus potestatem sororem mulierem circunducẽdi].i.
matronam deuotam vnam, vel plures ducendi nobis-
cũ circũquaq̃, vt nobis necessaria vitę ministret [sicut
& cæteri Apostoli] faciunt [& fratres domini].i.filij so
Act.6. rorum matris eius, videlicet Ioannes, Iacobus, Iudas.
Lucæ.8.23. [& Cephas] Petrus archiapostolus, qui a Christo dict⁹
Gala.2 est Cephas. Cephas autem interpretatur caput. Non so
Lucæ.8. lum autem Apostoli, sed & Christus circunduxit fœmi
nas religiosas, q̃ sibi de suis facultatibus ministrabant:
Sequebantur enĩ Chr̃m atq̃ apostolos desiderio audiẽ
Act.13.9 di verbũ regni cœlestis. [Aut solus ego & Barnabas]
q̃bus alij aposto. dederunt dexteras societatis [non habe
m⁹ potestatẽ hoc operãdi?] qđ faciũt alij apo. Oĩa ista i
terrogat. & interrogando affirmat, qđ sic. ¶ Quod ꝓ
bat ꝑ similitudies quasdã humanas, iustas atq̃ legales.
1.Tim.1 [Quis militat].i.rẽ publicã pugnando defendit [suis sti
Mat 10 pendijs] proprijs sũptib⁹ [vnq̃] quasi dicat nemo. Dan
Luc.10 tur enĩ militibus statuta stipendia a populo terrę, quem
defendunt. Vnde aiebat Ioannes baptista militibus:
Fsaię.5. Cõtenti estote stipendijs vestris. [Quis plantat vineam
& de fructu eius nõ edit.] Semper enĩ fere plantantes
Ezech.34. vineam comedunt vuam, bibuntq̃ vinum [Quis pascit
Ioan.21. gregem] ouium [& de lacte eius non manducat?] Hoc
enĩ non solet accidere. [Munquid secundum hominem
hęc dico].i.nũqd per humanam consuetudinẽ tantum
hęc probo [An & lex] Moysi [hęc nõ dicit] vtiq̃ [Scri
Deut.25. ptũ est enĩ in lege Moysi. Nõ alligabis].i.non claudes
[os boui triturãti].i.pabulũ vitæ nõ subtrahes ei. Et ne

putemus hoc principaliter dictū de bruto subiecit apostolus. [Nunquid de bobus cura est deo?] tanquam dicat nequaq̄. Sed repugnare videt illud in psal. Qui dat iumentis escam ipsorum. Et Iob.38. Quis præparat cor uo escam, quando pulli eius clamant ad deum vagiētes eo quod non habeant cibos? Sapiens quoq̄ ait: Non est alius Deus q̄ tu, cui cura est de omnibus. Et respondendum, q̄ diuina prouidētia, ad omnia etiam minima se extendit, singulariter tñ respicit intellectuales creaturas secundum quod sunt felicitatis capaces: & talem singularem prouidentiam insinuat modo apl's nomine curæ quod deus quasi solicitus est de hominum prouisione. Sicut testatur Psal. Dominus solicitus est mei. Et alibi scriptum est: Oēm solicitudinem vestrā p̄icientes i eū qm̄ ipi cura est de vobis [An nō ppter nos?] .i. ad nram instructionē moralē [hec dicit?] scriptura p̄fata, q̄si dicat, imo. Vñ subiungit. [Nam ppter nos vtiq̄ scripta sūt] hec atq̄ similia. Iuxta illud: Quecunq̄ scripta sūt, ad nostrā doctrinā scripta sūt [qm̄ debet in spe: q̄ arat arare] .i. p̄dicator p̄latus seu doctor q̄ est spūalis arator, vomere v̄bi cœlestis aperiens, purgans, & fœcundās corda audientiū arare .i. in agro dñico, seu vinea dñi quę est ecclesia, laborare, & corda audiētiū a vicīs expurgare debet in expectatione stipēdij tpalis, vt det sibi victus necessarius. Nō tñ finaliter operari debet p̄ pter tpale stipendiū, sed propter regnū cœlorū. Vel potius propter deum .i. solo dei intuitu ad eius honorem, ex syncero amore ad ip̄m [& q̄ triturat] .i. minister verbi dei, qui more triturātis ex cordibus hoīm vicia tanq̄ paleas excutit, virtutes autē in corde relinquit, condit ac firmat, sicut grana cōduntur in horreo. Debet hęc facere [i spe fructꝰ p̄cipiendi] .i. i expectatione sustentaculi suę vite, eo modo vt de arāte expositum est. Hoc tñ est p̄missio nō p̄ceptū, alioq̄n Paulꝰ peccasset q̄ ita nō fecit. Deniq̄ cōpatio ista Apli partī sūpta videt ex his q̄ in Esaię. 28. de arāte ac triturāte mystice describuntur

Pſal.146.

Pſal.39
1.Pet.vlti.
Mat.6
Lucę.12

Eſa.52.
Heb.1
Deu.31.32.

Coloſſ.3
1.Pet.

Iaco.5

Erat enī Apostolus in lege & prophetis eruditissimus,

non solum ex illuminatione diuina, sed etiam ex instructione humana, quia ad pedes Gamalielis didicit legẽ.

Act.22.

¶ Adhuc autem probat Apostolus per rationes, qđ liceat prędicatoribus Christi recipere victum ab auditoribus. [Si] pro quia [nos vobis spiritualia seminauim⁹] .i. sacras doctrinas & bona gratię communicauimus, q̃s a spiritu sancto adepti sum⁹ [magnum est, si carnalia vestra metamus?] .i. non est magnipendendũ si a vobis tẽporalia commoda (scilicet, sustentacula vitę) recipimus cũ non sit comparatio spiritualium temporaliumq; bonorum in dignitate. Vnde & q̇dam philosophi non dignabantur a suis discipulis aliquid temporale exigere, ne viderentur scientiam sensibilibus rebus comparare.

Rom.15
Mat.10
Prou.3
2.Thess.3

¶ Deinde ponitur alia ratio. [Si alij] .i. alieni a Chr̃o, videlicet pseudapostoli [potestatis vr̃æ] .i. rerum quæ ĩ potestate vestra consistunt participes sunt vtendo eis sicut & vos [quare non potius nos:] participare poterim⁹ bona vestra, qui vobis viam salutis ostendimus? [Sed non vsi sumus hac potestate] .i nõ recepimus stipendia vitę a vobis, sicut iuste potuimus. Quod tamen non contigit ex hoc, quod non indiguimus [sed omnia sustinemus] i. quemcunq; manuum laborem, & victus inopiam æq̃nimiter patimur [ne quod offendiculum] .i. ne aliquod impedimentum, vel rep̃hensionis notam [demus euangelio Chr̃i] .i. euangelicę prędicationi. Si enĩ recepisset Apostolus aliq̃d a Corinthijs, forte æstimassent nonnulli qđ ꝓpria lucra quęreret, vel minus libenter audissẽt eũ, vel exẽplo eius alij accepissent plura a Corinthijs, & eos grauassent: sicq; retardata & minus accepta fuisset euangelicę p̃dicationis doctrina. ¶ Rursus redit Apostol⁹ ad oñdendũ, qđ liceat sibi de eorũ sũptib⁹ viuere quibus p̃dicauit, & ponit similitudies & exempla. [Nescitis qm̃ qui in sacrario] .i. in templo Iudęorũ [operantur] vt inferiores ministri, siue artifices [quæ de sacrario sunt edunt?] .i. bonis oblatiõibus tẽpli sustentant̃, videlicet de denarijs qui in gazophylaciũ reponuntur. Nescitis etiam qm̃ [& qui altari deseruiunt] .i. dño in

2.Cor.11
Act.13
Philip.4
2.Tim.6
Ti.1
1.Pet.5
Neem.10

altari, vt sacerdotes [cum altari participantur?] .i. de oblatis in altari partē sortiuntur, de qua sustentantur, vt patet i Leuitico, [Ita & dñs] .i. Christus [ordinauit his, qui euangelium annunciant, de euangelio viuere] .i. necessaria vitę ab his quibus prædicant, sumere. Cum ēm dixisset saluator discipulis: Ecce ego mitto vos, adiecit: In eadem domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua [Ego autem nullo horum] .i. nec authoritate, nec potestate neque exemplo prędicto [vsus sum] quia nihil recepi a vobis [Nō aūt scripsi hæc] i. nō tot modis probaui, quod liceat viuere de stipendio aliorum [vt ita fiant in me] .i. vt mihi dētur sumptus ab alīs, sicut p̄dicte rationes ostendunt licere. [Bonū enim mihi est magis] .i. potius expedit mihi [mori] corpaliter [quā vt gloriā meā] .i. p̄mium mihi paratū de hoc, qđ euāgelizo nihil recipiēdo tēporalis stipendij, ne quod offendiculū ponā euangelio [quis euacuet] .i. auferat a me, impediendo me ab opere supererogatiōis tam syncæro & charitatiuo. Melius enī esset mori in corpore, quā detrimentū ęterne felicitatis incurrere. Vnde etiā melius esset mori, quā vnū veniale peccatū cōmittere. [Nā si euangelizauero] propter sumptus acquirendos finaliter. [Nō est mihi gloria] .i. merces apud deū in patria [necessitas enim mihi incūbit] .i. indigentia vitæ p̄sentis & corpalis me coegit euangelizare, vt habeā vnde sustēter. [Ve ēm mihi est] .i. piculū mortis, seu magna penuria, at q̄ afflictio vitę mihi instat in tali casu inopię [si nō euāgelizauero] quoniā aliūde victū nō habeo [Si enim voles hoc ago] .i. si ex charitate et libere euāgelizo [mercedē habeo] .i. vitam ęternam corā deo ꝓmereor [si aute inuitus] .i. si ꝓpter necessitatē indigentię, et cōmodū tēporale euāgeliū prędico [dispensatio] seruilis non filialis [mihi credita est] id est permissa est mihi, videlicet vt alīs verbum salutis annunciem, & ego fructum spiritualem nō habeam, sicut seruus expēdit bona domini sui, sine proprio ꝓfectu & cōmodo. Id quippe ꝓpter quod aliqđ

Leuit.6

Matth.10
1.Thess.2

Prouer. 12. & 31.

Colo.3.

Dani.23

Matth.10

Matth.5

1.Pet.5
Ioan 4
Matth.6
1.Pet.1

finaliter agitur, magis diligitur, quia pro finali bono assumitur. Plus nanq; amatur finis q̄ media, sicut in arte medicinę magis diligit̄ sanitas q̄ potio, sectio, dieta, & alia quę ordinant̄ ad sanitatem. Si ergo prędicator ꝟbi cœlestis p̄dicet principaliter seu finaliter propter aliqd temporale, iam magis diligit illud, q̄ vel deum vel proximorum salutem, vel ipsum euangelium. Idcirco apd̄ deum mercedem non habet, sed dispensatio seruilis credita est ei. Si vero euāgelizet ꝓpter deum finaliter nec ꝓximorū saluti p̄ponat quodcunq; temporale stipendium siue lucrum, sed illd̄ recipiat tanquā instrumentū euangelizandi, videlicet ꝓ corpis sustentatione, vt possit prędicationi insistere (quod nō potest sine corporis sui necessaria sustentatione) meret̄ vitam ęternam, nec duos fines constituit, sed vnum quęrit ꝓpter aliud. s. stipendium vitæ, vt actui virtuoso insistat, & totū refert ad dei honorem. Veruntamē ad supererogationem spectat, vt etiam temporale omne stipendium omittatur, ea ratione qua apostolus illud omisit. Vnde & aliqui p̄dictum locum ita exponunt: Nā si euangelisauero propter sumptum quamuis non finaliter, non est mihi gloria supererogationis, necessitas enī pręcepti mihi incūbit, vt euangelisem: sicut & cæteris apostolis. Væ enim mihi est si non euangelizauero, qm̄ essem transgressor pręcepti. Hanc expositionem non satis intelligo, cōstat enim qd̄ alij Apostoli propter diuinū pręceptum prædicauerūt, & sūptū ab alijs acceperūt, non tamen supererogationis pręmium perdiderunt. Nisi forte dicatur, quod non tantum meruerunt illo, quantum Paulus Sed nec hoc videtur sufficere ad hoc, vt verba sequentia continuentur prædictis. ¶ Pręterea dicit Apl̄s. [Quæ est ergo merces mea?].i.cū prędicta ita se habeant, in quo cōsistit præmiū meum, & quomodo promerebor mercedē apud deū, videlicet vitā æternā? Et respōdet [Vt euangeliū prędicans sine sumptu].i.non intuitu tēporalis stipendij [ponam euangelium].i.euangelicam veritatem alijs prædicem, sed ad dei honorem [vt non

Iob.7.
Ecc.6
Lucæ.10
Mar.2
Mat.19
Ioan.18
Ioan.15
Mat.19

abutar].i.non inordinato fine vtar [poteſtate mea] qua licet mihi ſtipendium vitę recipere. Poteſtate inquam mihi conceſſa [in euangelio].i.in prędicatione euangelię legis. Hac autem poteſtate abuterer, ſi aliqd importune exigerem, vel indiſcrete reciperem. ¶ Quod vero poteſtate mea abuſus non ſim, patet ex hoc [Nam cum liber eſſem ex omnibus].i. nulli obligatus propter merita eius, quia a nullo quicquam recepi, propter quod eis prędicarem [omnium me ſeruum feci].i.per ſpontaneam humilitatem ſubiecí me deo & proximis, vt omniū vtilitatibus deſeruirem, prędicando, orando, conpatiēdo, parcendo, & ſuccurrendo [vt plures lucrifacerem].i.ad veram ſalutem cooperando p̄ducerem, creditaq; talenta fructuoſe expend erem. [Et factus ſum Iudęis ſicut Iudęus].i.ad Iudeos, ita me habui, quantū fieri potuit ſine offenſa dei, condeſcendēdo eis in licitis.ſ.in obſeuatione quorundam legalium, vt in diſcretione ciborum, in circunciſione Timothei, ne ſcandalizarentur Iudęi, & purificatus aſcēdendo in templū (vt legit̄ i Act. zz.) quaſi eſſem Iudęus vt illi. Quō autem condeſcenſio iſta intelligi poſſit dupliciter. I, ſecundum ſimulatoriam diſpenſationem, ſecundum Hiero. vel ſecundum piā et veram cōpaſſionem ſecundum Augu. dicendum eſt in epiſtola ad Galat. articulo. 2. ¶ Hęc itaq; feci [vt Iudęos lucrarer].i. conuerterē, & pugnando ab ore hoſtis eriperem [his qui ſub lege] Moyſi [ſunt].i. Samaritanis & Saduceis, qui ſolum quinq; libros Moyſi receperūt, factus ſum [quaſi ſub lege] hac [eſſem] approbando facta eorum q̄tum ad bona, & condeſcendendo eis in licitis [cū ipſe nō eſſem ſub lege].i. obligatus non eſſem legem Moyſi obſeruare, in cæremonialib⁹ maxime, quę ceſſauerunt [vt eos q ſub lege erāt].i. Samaritanos, q nō erāt natiōe Iudęi, ſed Perſæ: & Saduceos, q origine Iudei fuerūt, dicētes ſe eſſe de ſemīe Sadoch pōtificis tpe Salomonis [lucrifacerem] cōuertēdo eos ad Chriſtum [his qui ſine lege] diuina & ſcripta [erāt] id eſt, gentilibus, factus ſum [tanquam ſine lege] [ſcripta

Ecc.20

Ezech.34

Eſa.41.42. &.43

Hieronym Auguſtin.

Eſa.45

1.Theſſ.2

1.Theſſ.

Ioan.4

Ioan.8

3.Reg.1

Actu.17 [essem] manducando cũ eis, quod Iudæi reputabant il
licitum, & allegando eis dicta poetarum [cum sine lege
dei nõ essem] quia & legẽ Moysi, q̃ tum ad moralia ius
sa, seruaui [sed in lege xp̃i essem] .i. nouæ & euangelicæ
legi parerem [vt lucrifacerem eos, qui sine lege erãt] .i.
gẽtiles saluarẽ [factus sum infirmis] in fide [infirmus] .i.
Gen.3 infirmo similis, abstinẽdo allicitis cibis, ne scandalizaren
1. Thess.5 tur [vt infirmos lucrifacerẽ.] Similitudo nempe est cau
sa amoris, iccirco cõformando se alijs, quantũ fieri po
Eccle.13 tuit, traxit corda eorũ ad se, sicq; cõuertit eos facilius.
Vnde ait inferius: Ego per oĩa omnibus placeo. Ideo ad
dit nunc. [Oĩbus omnia factus sum] applicando me sin
gulis, secundũ capacitatem ipsorum vt oẽs facerẽ sal
uos] instrumentaliter, operando ad cõuersionem ipso
rum. Solus aũt deus principalis saluator est. Iuxta illud
Gzeæ.13 ꝓpheticũ: Ego dñs, & saluator nõ est p̃ter me [Om
Esa.45 d nia autem facio propter euangeliũ] Christi, vt cito vbi
Psal 147 q; diuulgetur, curratq; velociter sermo eius [vt parti
ceps eius efficiar] .i. pręmia in euangelio promissa con
sequi merear, omniũq;, quos conuertero, glorię cõsors
existam. Ecce quomodo circũspectus & sanctus Apo
stolus oĩbus cessit, nec tamen verę religionis metas ex
cessit: cessit enim vt prodesset. Quoniã ergo, secundum
Boetium, om̃is alteritas discors est, similitudo vero o
ptanda est, ideo viri spirituales oĩbus conformare se de
Epist. bene, salua obseruantia suæ religionis ac vitę. [Nescitis
quod hi qui in stadio currunt.] In superrioribus horta
Matth.5 batur Apost. Corinthios ad perfectionem, suijpsius exẽ
Leui.19 plo, dixitq; se ab om̃ibus abstinere quę aliquo modo of
Rom.14 fendiculum præbent euangelicę prędicationi, vel proxi
morum saluti, nunc ostendit id esse agendum, & horta
tur ad hoc agonistarum exemplo. Et ait: Nescitis .i. im
mo scire & considerare debetis, quod hi in stadio cur
runt .i. pedites currentes in spacio deputato ad cursum,
vt agilitas currentis probetur. Continet autem stadium
126. passus. Et dicitur a stando, qm̃ Hercules fertur insti
tuisse, vt pedites tot passus ꝑcurrerent, & in fine spacij

huius starent, ac respirarent. Ponebatur quoq; in termino spacij huius præmium cursus, vt equ⁹ vel pān⁹ purpureus: qđ dabatur velociori cursori. Vñ subiungitur [omnes quidē iisti [currunt] vt primo ptingant ad terminum spacij, & præmium cursus obtineant [sed vn⁹] duntaxat [accipit brauium], id est præmium cursus, ille videlicet, qui primo attingit: alij victi vacui q; discedūt. Per quod ostenditur, quanta sit vtilitas fidei nr̄æ: in qua non vni, sed singulis ꝓmittitur brauium cursus: quod est beatitudo ęterna. Hunc quippe fidei cursum non vanitas, sed veritas: nō cupiditas facit, sed charitas & quo quis velocius currit, eo cursus eius est alijs vtilior. Cursus enim iste est amor, q nectit currētes, vt bonum vnius redūdet in aliū. [Sic currite] .i. reuerenter & fortiter opus dei implete: perseueranter, at q; ardēter deo seruite, vt cum psalmista dicat. Viā mandatorū tuorū cucurri. Vt enim ait Saluator, nemo ponens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno dei [vt cōprehendatis] .i. vt præmium superne fœlicitatis mereamini adipisci. Quod autē ita currendum manifestat apostolus per similitudinem agonizantium .i. certantium in exercitio. [Omnis enim qui in agone contendit] id est, cū alio certat, vt fortiatur victoriam, [ab omnibus se abstinet] .i. vniuersa agonizatiōis impedimēta vitat & abñcit. Sic oportet nos facere. Vita em̄ præsens agonizatio quędā est contra aduersarios nr̄æ salutis, sicut beat⁹ Iob ait. Militia est vita hominis super terrā. Et iterum. Homo nascit ad laborem. Quicquid ergo nos impedit a statu salutis, abñciam⁹ [Et illi quidē agonizantes sic faciunt [vt corruptibilem coronā,] .i. temporalē mercedem accipiāt. Nos autē ita agam⁹ vt [incorruptā] consequamur coronā .i. diuinę essentię sempiternā fruitionē. De qua psalmista. Posuisti, iquit, in capite ei⁹ coronā de lapide pcioso. Et .1. Pet. 1. Benedictus de⁹, qui regenerauit nos in hereditatē incorruptibilē, & incontaminatam, & immarcessibilē, conseruatam in cœlis. ¶ Insuper Apostolus proponit se nobis

Apoc. 2.

prouc. 11.

Gala. 5.

Prouer. 10.

ps. 118.

Lucę. 9.

Tobię. 4.

Lucę. 16.

Iob. 7.

Iob. 5.

Rom. 13.

ps. xx.

p̄s.118. in exemplum, dicendo. [Ego igitur].i.quia incorrupta corona seruat̄ [sic curro].i.per viā mandatorū, & semitā consiliorum, ad deum fontem viuum festino, nō importunis motibus corporis, sed feruidis sanctę charitatis affectibus. De quo cursu scriptū est, Qui sperant in dño, mutabunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, current & non deficient. Et rursus alibi, Trahe me post te, curremus in odorem vnguētorū tuorū [nō quasi in incertum].i.nō velut dubius de mercede, nec vt ignarus de fine, scio enim cui credidi, & certus sū, quia potens est depositum meū seruare. Sic quilibet nostrū certus esse debet de pręmio, certitudine conditionali, videlicet si vsque in finem perseuerauerit. Vnde scriptum est, Quiescat vox tua a fletu quoniam erit merces operi tuo. Certitudo autem pręmij minuit vim flagelli. [Sic pugno] contra dęmones, mundū, & carnē [non quasi aerē verberās].i.non incassum resisto, sed tango & vinco aduersarios istos, pugnans non verbis nudis, sed precibus affectuosis, & bonis operibus. Sic enim pugnauit propheta, qui ait, Persequar inimicos meos & cōmprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. [Sed castigo].i.per abstinentiā, vigilias, & cętera virtutum exercitia, affligo [corp⁹ meum] reprimendo motus illicitos [& in seruitutē redigo].i. rationis īperio, cultuiq; diuino, illd̄ subijcio [ne forte cū alijs p̄dicauerī].i de bonis agēdis, & vicijs declinādis, eos docuerim, [ipse reprobus efficiar.].i.puers⁹, & damnationi obnoxius, quasi nō faciēs, qd̄ prędico alijs Cum scriptū sit, cœpit Iesus facere & docere. Quid etiā ait, Quid ꝓficit hō, si lucretur vniuersū mundū, seipsū autē perdat & detrimentū sui faciat? Superius quoque dixit Apl's. Qui aliū doces, teip̄m nō doces? Hicredarguunt̄ inanes & miseri. Qui ꝙ alios docent, non faciūt, Qd̄ scd̄m b. Thomāsup quartū Sniarū, ē mortale pctm̄. Hoc enim est reb⁹ seu factis proprijs contradicere veritati scripturæ.

Esa.40. Catico.1. 2.Tim.1. Mat.10. Hiere.13. Rom.8. 1.pet.5. Ephe.6. p̄s.17. Gala.5. Mat.3. Thomas.

¶Expositio cap.X. Nolo em̄ vos igno. Artic.X.

Conta

HOrtatus est autem Apostolus, ad imitandum perfectionem in fine pręcedentis capituli, exẽplo currentiũ & agonizantiũ, ac suipsius. Hic ad idem īducit exemplo Iudęorum, ostendẽs quã grauiter sint puniti ingrati ac reprobi. Primo autẽ recolit beneficia creatoris & ait, [Nolo em̃] .i. ideo dixi pręinducta, qm̃ nolo [vos ignorare] o [fratres: qm̃ patres nostri] .i. Iudęi ex Aegypto egressi cũ Moyse. Qui erãt carnales p̃res ap̃lorũ. Oĩm quoq; Christianorũ spirituales quodãmodo patres fuerũt, qm̃ nostrę fidei fundamenta iecerunt. Quod maxime verum est de sanctis patribus, qui inter eos extiterant, quorũ fidẽ mores, & opera imitamur [omnes sub nube fuerũt] ambulauerunt enim sub nube in die, quoniã nubes obũbrauit & protexit eos contra solis ardorẽ. Præcessit tñ nubes eos, saltẽ pro aliqua sui parte, vt viã monstraret, vt Exodi decimotertio legitur [& omnes mare] rubrum [transierunt] in quo submersi sunt Aegyptij. Aqua em̃ maris rubri diuisa stetit, ex vtraq; parte transientium tanq̃ murus, donec filij Israel per mediũ sicci aluei per transissent. Quemadmodũ Exodi.14. plenius scribitur [& omnes in moyse] .i. ꝑ ministerium seu ducatũ Moysi [baptizati] .i. spiritualiter loti [sunt] a nebula ignorãtię & peccatis [in nube, & in mari] .i. per mirabilia dei ostensa in nube prędicta & mari Rubro. Cũ enim filij Israel cernerent Aegyptios se insequentes desperando & discredendo dixerunt ad Moysen, Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo eduxisti nos vt moreremur ĩ solitudĩe. Sed cũ vidissẽt q̃d nubes redijt & stetit inter ipsos & Aegyptios, ita, vt tota nocte non possẽt adinuicẽ accedere, & ꝙ diuĩa ꝟtute mare rubrũ diuisũ est ĩ p̃isq; ereptis, aquę redirẽt opprimentes exercitũ Aegyptiorũ, ĩteri⁹ baptizati sũt a p̃dictis peccatis. Iuxta illd̃. Timuit pp̃ls dñm & crediderũt dño, & Moysi seruo ei⁹. Vl̃ baptizati sũt figuraliter tm̃ .i. signum baptismatis receperũt. Nubes quippe figurauit gratiam spũs sancti, mare vero significauit baptismum [& omnes candẽ] specie [escã spiritalẽ] videlicet mãna

1.cor.15.
2.Tim.3.
Heb.6.
Gala.3.
Esaię.4.
Exod.13.
Exo.13.
Exod.14.

Deute. 8. [manducauerunt] hoc em̄ pane vſi ſunt annis quadra-
Ioannis. 6. ginta. Quamuis vero manna fuerat eſca corporea cor-
Nec. 9. poraliter alens, nunc tñ vocaē eſca ſpiritalis. Prīo, qm̄
p̄s. 77. ſupernaturali potentia generabaē, videlicet diuina vir-
Sapien. 16. tute, miniſterio angelorū, in aere. Propter quod dicitur
Sapien. 16. panis angelorū & panis cœli, vt pote cœli aerei. Scīdo
qm̄ erat figura ſacramēti altaris, quod ſpiritualiter pa-
Exod. 17. ſcit [& omnes eūdem potum ſpiritalē biberūt] .i. aquā
Deut. 8. de petra manantem, quę erat eadem ſpecie in ore biben
p̄s. 77. tium. Et dī̄ potus ſpiritalis, quia diuina virtute profluxit de petra ſicut nunc ſubdit [Bibebāt aūt de ſpirituali] hac aqua. Vel de ſpiritali petra .i. aquā fluentem de petra, quā Moyſes virga percuſſit, quę ſpiritalis vocatur p̄pter ſupernaturalē effectū, & quia figurauerat Chriſtū. Biberunt ergo de ſpiritali [conſequente eos petra] .i. ſatis faciendo eorum deſiderio, aquam copioſā fundendo. Egreſſæ enim ſunt de petra aquę largiſſimę, ita vt biberet populus, & iumēta, vt dī̄ Num. 20. Vel, cō ſequente eos petra: quia, vt probabiliter dī̄, filij Iſrael tulerunt petrā hanc ſecū. Sciendum quoq̄, quod deus
bis p̄duxit filios Iſrael aquam de petra. Prīo, de petra
Num. 20. Oreb, vt patet in Exod. 2. Scīdo de petra ad aquas contractiōis, vt habetur in numeris [Petra aūtē erat Chīs] non eſſentialiter, ſed figuratiue .i. Chriſtum figurauit. Sicut de imagine alicui⁹ ſancti dicim⁹, q̄d ſit ille v̄ ille ſanctus. Quēadmodū. n. de petra illa fluxit aqua', qua potati ſunt filij Iſrael ī deſerto: ita de latere Chriſti fluIoan. 19 xit ſanguis & aqua, quib⁹ potanē corda fideliū in hoc
Ioan. 6. ſeculo. De Chīo quoq̄ emanat aqua ſapientię ſalutaris
Gaſ. 6. & riui gr̄ę multiformis. Quidā exponūt p̄dicta ſolum de bonis Iudæis, qui eandē eſcam ſpiritalē, eundemq̄ potum ſpiritalem ſumpſerunt nobiſcum, videlicet cor⁹ & ſanguinē Chīi: q̄ ſpiritualiter intellexerunt p̄figurari in cibo illo & potu, ſicq̄ ſpiritualiter comederūt q̄d māducam⁹ & nos: ſcīm q̄d dī̄ crede & māduca-
Auguſtin. ſti. Sed huic ſenſui nō videē cōſonare ſequētia, ſubdit enim [Sed non in pluribus eorū beneplacitū eſt deo] .i.

multi patrum istorum domino displicuerunt. Nō ergo Psal.10
de bonis dun taxat fit sermo[Nā prostrati].i.dira mor Nume.16
te occisi[sunt Idefserto]deo vlciscente peccata eorum, vt Deut.11
patet de Chore & Hon, Dathā & Abyrō, & decē ex- Deut.11
ploratoribus, multisq; alijs[Hec aūt in figura facta sūt Nume.16
nostri].i. pstratio & reprobatio impiorum Iudęorū fa-
cta est, ad p̄signandum quid nos passuri sumus, si deo
ingrati fuerimus. Sicut aūt in bonis, multo meli⁹ est figu-
ratum quam figura, vt regnū cœleste, quā terra p̄missi-
ōis: sic in malis multo deteri⁹ est figuratū q̄ figura, vt ge-
hēna, q̄ aliqua temporalis punitio. Si ergo tā grauis fuit
punitio Iudeorū figuratiua nostrę punitiōis, q̄ acerbissi-
ma erit punitio nra, si deum negligimus? Vnde apostol⁹ Hebr.10
Irritā quis faciēs legē Moysi, sine vlla miseratiōe duo-
bus vl trib⁹ testibus moritur, quāto magis putatis dete-
riora mereri supplicia, qui filium dei cōculcauerit, & sā-
guinem testamenti pollutū duxerit, & spiritui gr̄ę con-
tumeliam fecerit? Hęc itaq; in figura nostri facta. i. illata EPIST
sunt illis[vt nō simus concupiscentes malorum].i. car- Eccl.18
nales & inordinatas cōcupiscentias fugiamus, secundū
quod p̄ quendā præcipit sapientē: Post cōcupiscentias
tuas nō eas, [sicut & illi] ingrati[concupierūt] in deser- Num.11
to, dicentes: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Et 1.Ioha.4
alibi: Est ne deus in nobis, an non? De quibus ait psalm. ps.78
Tentauerunt deum in cordibus suis, vt peterent escas a-
nimabus suis[neq; idolatrę efficiamini, sicut quidā ex Exod.32
ipsis]facti sunt, vitulum aureum adorantes[quēadmo-
dū scriptum est]Exo 32.[Sedit populus].i. pars ppli
[manducare & bibere].i. ad vescendū corā simulachro
ad eius honorem[& surrexerūt ludere].i., choros du-
cere, et idolū adorare. dicētes: Isti sūt dn̄ tui Israel. Quo Exod.32
rū vtrūq; puerile & stultū est.[neq; fornicemur] cor-
poraliter[sicut quidā ex ipsis fornicati sūt]cū mulieri- Nume.25
bus Madiāitis[& ceciderūt].i. occisa sūt[vna die vigī
ti tria milia]. Num. 25. dr, vigīti quatuor milia: sed nū-
mer⁹ minor nō excludit maiorē. Occisi sūt aūt fornica
tores isti, ab alijs filijs Israel. Moysę p̄cipiente & ob hāc

Num. 25. culpā iussi sunt principes suspēdi. Phinees quoq; pfodit Z ābri ducē filiorū Simeōis & Cosbi filiā nobilissimi principis Madianitarū ī locis genitalib⁹, q̄ facto cessauit plaga a populo [neq; tē temus Chīm] q̄rēdo experimentū sapiētię vel potētię ei⁹ [sicut qdā eorū tentauerūt] Chīm, scdm eius diuinitatē. Tētādo em deū, tētauerūt quālibet diuinā psonā. Vñ dominus dixit ad Num. 21. Moysen. Tētauerūt me iā p decem vices. Porro psona Chri eterna est, imo Iesus chrs eternus est, cū sit verus deus, supponit em diuinā psonā. Ad quod insinuādū Apoc. 11. Iudas. Iudas ait in sua canonica: Iesus populū saluans de terra Num. 21. Aegypti. Scdo eos q nō crediderūt pdidit [& a serpētib⁹ perierūt] misit em in eos dns ignitos serpētes, a q̄bus occisi sunt mlti: donec erect⁹ est serpēs æne⁹, ad cuius aspectū sanabant, vt legit. [Neq; murmuraueritis] cōtra supiores aut pximos vros, cū increpāt vos, vel aliqd aduersitatis accidit vobis [sicut qdam eorū murmurauerūt] cōtra deū & Moysen. Quēadmodū scriNum. 4. ptū est: Vociferās ois turba fleuit, & murmurati sūt cōtra Moysen dicētes: Vtinā peam⁹, & nō īducat nos dns Matth. 20. Luc. 5. ī terrā hāc. Vñ saluator ī euāgelio loquēs Iudęis: Murmuratores (īquit) filī murmuratorū [& perierunt]. i. i Num. 14. deserto occisi sunt [ab exterminatore]. i. āgelo q eos extra fines terræ pmissiōis peussit. Dixit ei dns. O ēs qui murmurastis cōtra me, nō intrabitis terrā hāc, sed ī deserto iacebūt cadauera vra. Per āgelos ei exercuit deus vltiones suas interdū. De hoc extermīatore āgelo, dns Exod. 23. ait: Ecce mitto āgelū meū q p̄cedat te, obserua eū, quia Exod. 33. nō dimittet cū peccaueris. [Hæc aūt oīa]. s. ista tormenta [in figura] ī typica significatiōe [cōtigebāt illis] videlicet ad significādū, q̄d talia, vl maiora fiēt nobis si peccauerim⁹ sicut illi scripta sūt aūt ad correctionē nram quatenus exēplo dānationis illorū territi, emendemus vitā nram. Fœlix ei quē faciūt aliena dāna peritū. Prop. 28. ter q̄d ait scriptura: Pestilente flagellato, stultus sapiēSap. 1. tior erit. Ita q̄ scripta sunt ppter nos [in q̄s fines seculo Prouer. 19. & 26. rum]. i. vltima tēpora mundanarū generationū, dura-

tionū seu vicissitudinū [deuenerūt] Peruenit em̄ ī nos vltima ętas mūdi. De qua ait Ioan. Filiolioli nouissima hora est. ¶ Interea aduertendum, q̄d (iuxta doctrinam diuini ac magni Dionysij) stat⁹ eccl̄ę medius ē, iter statum synagogę, & statū patrię. Sicut ergo quę gerunt in ecclesia, figura sunt eorū q̄ agunt in patria: sic ea q̄ acciderunt in synagoga, figura erant eorū quę fiunt in ecclesia. Imo status & populus Iudaicus, figura erant status & populi Christiani. Idcirco oia in figura contingebant illis [Itaq; qui se existimat stare] in deo per charitatē & opera virtuosa [videat ne cadat]. i. solicite caueat, ne peccando gratiam perdat. Nemo ergo secur⁹ sit, quia in medio laqueorū versamur. Dicit aūt exist̄iat quia homo ignorat an dignus sit amore, an odio. Propter q̄d Iob. Etiā si simplex, īquit, fuero, hoc ipsū ignorabit anima mea. [Tentatio vos nō apprehendat] .i. in vobis nō sit [nisi humana] q̄ est de peccatis non nimis enormibus, non diabolica. Tentatio vos non apprehendat. i. nō capiat, non vincat, non ad consensū inducat. Iuxta quē sensū oram⁹: Et ne nos inducas in tentationem. Nisi hūana. i. leuis & transitoria. s. ĩclmādo ad venialia sine quib⁹ agi nō potest hęc fragilis vita. Hoc dī non hortando, vel licentiā dādo vt venialiter peccem⁹, sed nō ꝓhibēdo, qa vitari nō pōt. Nā licet possim⁹ vitare singula venialia, nō tn̄ oia ꝓpter fomitis corruptionē, & nimiā nostrā fragilitatē. Tentationib⁹ ergo mortiferis viriliter resistam⁹, q̄d vtiq; deo auxiliante valem⁹. Subdī em̄ [Fidelis aut̄ deus] est [qui non patietur vos tentari]. i. impugnari a dæmone, vel malis hominibus [supra id quod potestis]. i. vltra vires. Tunc ei nō peccaremus si vinceremur [sed faciet cū tentatione etiam prouentū]. i. spiritualem profectum, dando gratiam resistendi [vt possitis sustinere]. i. per patientiā ꝑualere. Tē tatio ergo passiua non est in se mala vel fugienda, nisi forte ipfectis: cum sit virtutis exercitiū, atq; materia triumphandi. Nullus enim coronatur, nisi qui legitime certauerit. Et Iacobus, Omne gaudium existimate

1. Ioan. 1. Stat⁹ ecc̄ medius inter synagogā et patriā

Mat. 6. 1. Ioan. 1. Gen. 6. Tobi. 12. Ec. 2. & 33. 1. Tim. 2. Iaco. 1.

Contra ꝓpter ꝓpter eperantiam

ps.25. fratres, cũ in diuersas tentatiões incidetitis. Propter qđ
Iudith.8. ait propheta regius: Proba me domine, & tenta me. Et
Iudith: Qui tentationes nõ susceperũt in timore domi-
ni, & in patientia, exterminati sunt. [Propter quod] .i.
Esaiæ.1. propter rationes iã memoratas [charissimi mihi, fugite]
Sapien. 14. mente & corpore [ab idolorũ cultura] quę ad diaboli-
Ezech.6. cam pertinet tentationẽ [Vt prudentibus] .i. rationem
Rom.1. actuum humanorum scientib9 [Loquor]. ¶ Consequẽ
2.co.6. ter ponit rationẽ fugiẽdi idololatriã, videlicet, quoniã
corpus & sanguinem Christi accipimus. [Vos ipsi iu-
Mat.26. dicate] id est, verum esse discernite, diligentes pensãdo
Mar.14. [qđ dico] videlicet [Calix benedictionis], id est, cõten-
Lucę.22. tum in calice, vt pote sanguis Christi, per quẽ sanguinẽ
benedicimur, id est, dona gratiarum cõsequimur [cui]
calici seu sanguini [benedicim9], id est, quẽ cõsecram9,
cum per prolationem sacrorum verborũ a nobis con-
uertitur vinũ in sanguinem Christi [nõne communica-
Ioan.6. tio sanguinis Chriesti] .i. nõne veraciter est sanguis chri
sti nobis communicatus, seu datus: faciẽsq; nos cõmu
nionem habere cum Christo, incorporando nos ei: & fa
ciendo nos participes meriti suæ effusionis. [Et panis
Ioannis.6. quem frangimus], i. corpus Christi cõsecratum ex pa
ne, quem panem consecratum, cuius dimensiones seu
Io.6. species frangimus, porrigendo eum fidelibus [nõne p
ticipatio corporis Christi est] .i. nonne vtiq; est corp9
Christi vere acceptũ a nobis, faciẽs nos vnũ cũ Christo
qui ait. Qui mãducat meam carnem, & bibit meum san
Eph.1.&5. guinem, in me manet. & ego in eo. [Quoniam vnus pa
nis] per proprietatem [& vnum corpus] mysticum
vnitate fidei, spei & charitatis: cuius corporis caput est
Christ9 [multi sumus] videlicet [omnes qui de vno pa
ne, & de vno calice participamus], id est de singulari
& vero corpe & sanguine Christi reficimur, & sacra-
mentum tantum digne recipimus. Omnes enim muta-
Rom.3. mur in Christum, & per charitatem transformamur
1.Io.4. in ipsum. Dicimur autem secundum typicam rationem
vnus panis, vnumq; corpus. Quoniam sicut panis ex

multis granis, & vnum corpus ex multis membris, cõ ponitur: ita ecclesia ex multis personis fidelium, charitate vniente, efficitur. Quod autem fideles, per sacram communionem participes sint corporis & sanguinis Christi, ostendit Apls per id qđ fiebat in lege [Videte Israel secundũ carnẽ] id est, carnalẽ populum iudęorũ considerate pro tempore veteris testamẽti [Nonne qui edunt hostias], id est sacerdotes & Leuitę sacrificia tem plí manducantes [participes sunt altaris?], id est, eorũ quę in altari offerunt? Sunt vtiq. Ita qui sacramentum eucharistię sumunt, Christi participes efficiunt. [Quid ergo dico? i. cũ idolorũ culturam, & esum sacrificiorũ quę idolis offeruntur, prohibeo: quid dicere videor? An hoc [q idolis immolatũ sit aliquid? aut q idolum sit aliquid?] Quasi dicat. Hoc non dico. Dixi ei superi? qđ idolum nihil sit. Nunc tamen prohibendo culturã idolorum, videor dicere, quod idolum aliquid sit: qđ tamẽ non dico. Quemadmodũ ergo nihil est, quãtum ad id quod esse putatur, vt dictum est plenius: sic ei nihil offertur scdm veritatẽ. Quoniã idolũ nõ est id, cui idolatrę sacrificare intendunt. Intendunt em̃ sacrificare rei viuenti, vel imagini rei diuinę ac viuę. idolũ autem nõ est animatũ, nec imago rei diuinę. sed miserę. Vł sat ẽ rei non colendæ. Ideo subditur [Sed quæ immolant gentes] idolatrę [dęmonijs immolant] qui morant atq respondent in idolis, quib? & placet imolatio talis [& nõ deo] vero, nec dns propter excellentiã gratię dictis Vnde & scriptũ est: Omnes dñ gentium dæmonia. [Nolo autẽ vos socios fieri dęmoniorũ]. i. nolo vt ido lis sacrificãdo, vel idolothyta mãducando ĩ veneratiõe idolorũ, vel cũ scãdalo fratrũ infirmorũ, cõmunionẽ cũ dęmonibus habeatis. Secũdũ Augustinũ, ad hoc ge n? impię societatis ptinẽt cõsultatiões & pacta q̃dam significationũ cũ dęmonib? fœderata, vt molimina ar tiũ magicarũ, aruspicũ & augurũ atq ligaturę & re media q̃ fiũt ĩ pcãtatiõib? ĩ quibusdã notis, vł reb? su spẽdẽdis vł illigãdis. [Nõ potestis calicẽ dñi bibere] i.

Nu.5.&.10 Heb.13. Num.5. 10.6 Hiere.44. 1.Pet.4. Ecclę.30. 2.cor.6. ps.5. Sup.eo.8. Apo.2. Augustin. Exo.23. 2.cor.6.

ſãguinẽ Chri digne accipere[& calicẽ demoniorũ].i. libamina idolis immolata, ſcdm modũ expreſſũ. [Nõ poteſtis mẽſę dñi participes eſſe].i.corpꝰ dñi ſalubriter ſumere[& mẽſe demoniorũ]eſcas idolis imolatas in diſcrete edẽdo. Tãtũ eſt dicere, nõ poteſtis deo vniri et demoni. Quę em̃cõuẽtio luci ad tenebras? ¶ Conſeq̃nter apoſtolus in ꝓſona Corithiorũ loquẽs, vel ſe eis cõnumerans (quõ Eſdras & Daniel ãnumerant ſe iniuſtis Iudeis, cũ orãt ꝓ illis) ſubiũxit. [An emulamur dñm].i.hoc ſequit qđ deum ad iracũdiã ꝓuocamus, & eius gl'ię inuidemꝰ: dũ ad eiꝰ iniuriã idolothyta edimus, cũ ſcandalo ĩfirmorũ, vel in reuerentia idolorũ. Et mirũ, q̃d hoc agere audeamus. Quia [nũquid fortiores illo ſumus?]vt poſſimꝰ ei reſiſtere vl̃ nocere. Vel loquitur apoſtolus in ꝓpria & aliorũ p̃dicatorũ ꝓſona, vt ſit ſẽſus: An emulmur dñm.i.nũquid exceſſiue, & iordinate ꝓ deo afficimur, & eiꝰ honorẽ defẽdimus. ꝓhibẽdo idolatriã, quaſi deo nociuã, atq; pœnalem. Quidã em̃ habẽt zelum dei, ſed non ſcdm ſciam. Et probat q̃d non quia nõ ſumus fortiores deo: cũ ipſe om̃ipotens ſit, potẽs ſuã vlciſci iniuriam. Iccirco nõ optet nos inordinate zelari ꝓ eo, ſed ordinato affectu hęc dicimus. [Omnia mihi licẽt? .i.oẽs cibi eſui apti licite a me comedi poſſũt q̃ũ eſt ex ꝑte ciborũ, & euãgelicæ legis, q̃ cibos nõ diſcernit nec re,ꝑbat[ſed non oĩa]cibaria[expediunt]ſaluti animę meę. Malũ em̃ eſt homini qui ꝓ offendiculũ comedit. [Omnia mihi licent]ſcdm ſenſum ꝓtractũ, [ſed nõ omnia ædificant], ꝓximos. Manducatio nãq; idolorũ ytorũ ſcãdalizat infirmos. [Nemo quod ſuũ eſt quæra .i priuatum bonum & ꝓprium commodum tantum ſed quod alterius].i.bonum commune, ſeu bonũ diuinum finaliter. Ordinatio tamen charitatis requirit, vt vnuſquiſque ſibñ̃pſi primo prouideat ĩ neceſſar̃is, ꝓpriamq; in primis opetur ſalutẽ. Qui em̃ ſibi nequã eſt cui bonus erit? [Omne quod in macello venit].i.venundatur[manducate]ſi placet, & ſpeciale nihil impediat, ſ. votum ſeu profeſſio. [Nihil interrogãtes] de

Leuit.17

Deut.9

Iob.36
3.Reg.19
4.Reg.10

Gene.17.
Eccl.43
Iob.39.

Rom.14

esca illa venali, quomodo sit adducta, vl' q̃ fine vẽdat̃.
Et hoc ꝓpter [cõsciẽtiã] infirmi astãtis, ne oriatur ei oc
casio scandali si viderit te mãducare, quod ꝓ idolatria Mat.34.
exercẽda venale ꝓponit̃. [Dñi em̃ est terra, & pleni-
tudo eius]. i. oĩa ista q̃ ꝟsant̃ in terra, dei sunt tanq̃ crea Psalm.23.
toris: iõ mũda sunt, & comedi possunt, si apta sint cõ- Actu.10.
plexiõi humanæ. [Si qs vocat vos infideliũ ad cœnã]
seu prandiũ [& vultis ire: oẽ] alimentũ [quod vobis ap
ponit̃] ab infideli hospite [manducate] si nõ spõte obli-
gastis vos ad aliquã abstinentiã specialẽ ꝓpter dei amo
rẽ [nihil interrogantes] de qualitate cibi, an sit idolis im
molatũ, an nõ [ꝓpter cõsciẽtiã] infirmorũ p̃seruandã Roma.14.
a scãdalo. [Si quis autẽ dixerit, hoc immolatũ est idolis
nolite mãducare, ꝓpter illũ q indicauit] hoc esse idolo
thytũ, ne arbitret̃ te illud mãducare sub idoli veneratio
ne. Et si infidelis est, glorietur in sua superstitiõe, & cõ
firmetur in suo errore, videns te libenter accipere sacri Eccle.13.
ficia idolorum [& propter conscientiam] custodiendã Rom.2.
a vicio. [Conscie ntiam autem dico non tuam] o frater
docte, qui scis omnia munda esse & licita [sed alterius]
puta infirmi, ne scandalizetur. Cauendus est itaq; esus
idolothyti ad vitandum malum infirmi. Cuius rõ sub-
ditur. [Vt qd eĩ libertas mea]. i. comestio seu ptãs mea
libera, q̃tũ ad vsum ciborũ [iu dicat̃]. i. reprehenditur.
& pœna digna efficit̃ [ab aliena cõscĩa]. i. a cõscĩa infir
mi, q scandalizat̃ in mea libertate, & ita cũ pctõ facio,
quod alias sine pctõ licite facerem. Ne ergo laudabilis
fiam, vitandum est idolothytum corã infirmo in fide. Rom.14.
[Si ego cum gratia] idest gratias referens deo [perci-
pio]. i. cibum recipio [quid blasphemor]. i. cur sic ego Coloss.3.
vt ab infirmis ac impitis dicar idolatriã colere mandu-
cãdo idolothyta pro eo q̃d gratias ago?]. i. cũ ego nõ
comedã illud ĩ idolorũ honorẽ, sed cũ gratiarũ actiõe. 1.Timo.4.
Ne ergo ita blasphemer, nõ debeo idolothytis vesci co Coloss.3.
rã ĩpitis. ¶ Ex his ĩfert Apl's saluberrimũ documentũ.
[Siue ergo mãducatis, siue bibitis, vel aliud qd facitis]
in exercitatiõe corpali aut spũali [omnia in gloriã dei

facite].i.ad dei honorem finaliter ordinate, eiusq; laudem & glorificationē semper intēdite, actu vel habitu, videlicet, vt possitis eius veneration. dilectioni & contēplationi insistere. Omnia quippe ꝓpter seip̄m opera tus est dominus, & glorificātes se glorificat. vnde sicut omnia bona fōtaliter ab eo ꝓfluxerūt, ita ad eius honorem, laudē, & gloriam sunt referēda. Propter quod ait propheta, Non nobis domine nō nobis, sed nomini tuo da gloriā. Hoc ergo est documētū q̄tū ad deū. Quod qui implet, in oīm actu, imo & dormiēdo meretur, salē ꝓpter præcedentē spiritualē intentionē. Dormit enī vt vigilare valeat in diuinis. ¶ Deinde ponitur documētum q̄tum ad proximos. [Sine offēsione estote iudeis] in Iudaismo manentib⁹ [& gentib⁹] vt sicalliciantur ad fidem, nec detur eis occasio blasphemandi [& ecclesiæ dei] maxime q̄tum ad pusillos, vt neminē ostēdatis dū modo licite fieri possit [sicut & ego p omnia].i.in cunctis sctis & ȳbis meis [oīb⁹ placeo] Huic videt cōtrariū, quod alibi dicit apostolus: Si hominibus placerē christi seruus nō essem. Cui consonat illud in psal. 52. Deus dissipauit ossa eorū, qui hominibus placent: cōfusi sunt quoniā deus spreuit eos. Et respondendum, quod istæ authoritates loquntur de hominibus, q̄tum ad cōmunē & solitam imp fectionem eorum, secundum quam sens⁹ & cogitatio cordis humani proni sunt in malum. Iuxta quem modum dictum est ante: Cum vnus dicit, ego q̄ dē sum Pauli: alius, ego autem Apollo: nonne homines estis? Nunc vero loquit̄ Apostolus de hominibus secundū veram & plenam pfectionem ipsorum, iquantum sunt rationales, rationis iudicium assequentes, vt sit sensus. Omnibus placeo. i. cunctis hominibus rationabiliter agentibus, qui recte rationis sequntur censuram. ¶ Cur autem istis placeat, subditur. [Non querens q̄d mihi vtile est] tantum, vel non sub ea ratione qua mihi vtile est [sed quod multis] Querebat em̄ Apostolus conuersionem, & spiritualem locupletationem vniuersorum [vt salui fiāt] sortiendo vitam æternam, quæ

Act.6
Sapiē.11
Eccl.45
ps.113
Lucę.18
Thessa.5
Phil.4
Iacob.3
Roma.15
Gala.1
Gene.8
1.Cor.1
Rom.15

est beatitudo nostra atq; saluatio.

¶Expositio Cap. XI. s. Imitatores mei estote. ¶Artic. XI.

MOdo hortatus est Aplꝰ Corinthios, vt omnia sua ad dei gloriam ordinẽt, nulliq; hominũ offendiculũ prębeant. Vt ergo hoc agãt, proponit seipsum eis in exemplũ. De alꝭ quoq; diuersis materꝭs, documẽtis, & notabilibꝰ tractat in præsenti capitulo. sicut patebit. Ait enim: [Imitatores mei estote] credendo, sperando, amando & opando [sicut & ego Christi] imitator sum, eiꝰ testimonꝭ credendo, eius cõsilꝭ acquiescendo, eius p̃ceptis obtemperãdo [Laudo autẽ vos fratres] de hoc. s. [quod per omnia] i. perfecte & in omnibus [mei memores estis] recolendo verba & opera mea [& sicut tradidi vobis p̃cepta mea] ita [tenetis]. i. impletis ea. Si hoc referat ad perfectiores inter Corinthios, de quibꝰ iã dixit aplꝰ, gratias ago deo, quia in oĩbꝰ diuites facti estis in illo. Et iterum Si mundus iudicabit in vobis &c. tunc intelligendũ ẽ assertiue dictũ. Si vero referat ad infirmos & imperfectos, de quibus cõsequenter dicet, intelligendũ erit ironice. i. a sensu contrario. Et ita exponit glosator. Corinthꝫ enim obliti erant apostolicę auctoritatis Pauli, nec eius prębepta seu monita seruauerunt, ꝓpter contentionẽ suam adinuicem. Vnde nunc quasi nouiter ꝓponit eis documẽta & iussa, dicendo. [Volo autẽ vos scire, qđ omnis viri caput est Christus], id est, principium influxiuũ, & effectiuum. [caput aũt]. i. principiũ, rector, & dominus [mulieris est vir] quia de costa viri fœmina facta est. Cui dr. Sub viri potestate eris, & ipe dominabit tui. [caput vero,]. i. fontale principiũ [Christi est deꝰ,] Vt autẽ hęc pleniꝰ intelligant, pensandũ, qđ Chrs secũm vtranq; naturã caput est omniũ electorũ, etiã angelorũ. Quia vt deus, creator est omniũ, & vnꝰ cum patre dator omnis perfectionis & gratiæ. Quæcunq; enim facit pater, hęc & filius similiter facit. Sed vt homo, dicitur caput omnis viri, ad similitudinẽ carę

1. cor. 15. 2. Thess. 3. Io. 15. Philip. 3. Gen. 3. 33. q. 5. cã. tñ caput. 33. q. 7. cã. hæc imago

pitis naturalis. Primo, ratione suę perfectionis. Sicut et
in capite vigent omnes sensus, in membris vero reliqs
Ioan.1. non inuenitur nisi tactus: sic in Christo erat plenitudo
Gala.4. omniū gratiarum, in alijs vero est gratia particularis.
Propter quod dicitur Ioannis.3. Non ad mensuram
Ephe.1. dat deus spiritum. s. homini Christo. Secundo, ratione
suę excellentię Quia vt caput eminet mēbris: sic Chīs
electis. Prelatus est enim angelis atq; hoibus. Tertio, ra
tione suę influentię. Quēadmodum enim caput influit
mēbris vitam & motū naturalem: sic Chīs influit no
bis vitā & motū supnaturalē. Dicitur enim Ioannis .1.
De plenitudine eius accepimus oēs. Chīs autē vt deus
influit authoritatiue, sed vt homo, influit sicut instrumē
tum deitati hypostatice copulatū in ẏbo. Quarto, ratio
ne cōnaturalitatis. Sicut enim caput cōnaturale est mē
Ep.4.&.5. bris, sic Christus hominibus, quorū naturam assumpsit
Porro per hoc quod dicitur Christus caput viri, & vir
caput mulieris, non est intelligendum, quod Christus
non sit caput mulieris (est enim vtroq; modo caput mu
lieris sicut & viri) sed hęc per quandā coaptationem
& cōuenientiam intelligenda sunt, quoniam magis cō
Io.1. uenit vir cum Christo, quā mulier. Deus autem pater
1.Io.5. dicitur caput, id est, generatiuum principium Christi,
secundū eius diuinitatem. Sed deus trinitas est caput. i.
causa, rector, & dominus Christi, secundum assumptā
1.Ioan.5. humanitatē. Videt in satis improprie pater dici caput
Christi, secundum eius diuinitatē, cū non sit perfectior,
dignior, vel excellētior vnigenito filio suo. [Omis vir o
rans aut prophetans], id est, scripturas diuinitus reuela
tas alijs referans [velato], id est, cooperto [capite detur
Almd. ꝯ ꝯ ꝓ ꝑ Almd. ꝓ ꝑ ꝓ ꝑ pat caput suum] id est inconuenienter se habet circa ca
pitis dispositionem, talesq; actus indecenter exercet. In
telligendum est de oratione & prophetatione publica,
& solenni, non priuata, atque secreta. Sicut cum aliquis
orat in persona ecclesiæ, vel in ecclesia scripturas so
lenniter recitat, vt legens euangelium siue epistō
lam. Velamen nanque est signum subiectionis. Cum

Ergo vir nō sit sub fœmina, sed immediate sub deo, nō debet capite velato actus exercere prędictos. [Omnis autē mulier orans] deum [aut prophetans] modo prædicto [nō velato capite, deturpat caput suū]. i. inhoneste se habet. Quamuis autē Apls nō permisit mulierem docere (quod hic vocatur prophetare) videlicet publice ac solenniter corā omni multitudine, nō tamen prohibuit mulieres docere in suis conuentib9 [Vnū est cī] .i. tam indecens est mulierem orare aut prophetare capite nō velato [ac si decaluetur]. i. crines ei abscindantē omnino. [Nam si non velatur mulier]. i. si artificiale velamen ferre contemnit [& tondeatur] id est, in gyro radatur, & naturale velamen abñciat. Quasi dicat, Alterum fieri est necesse, videlicet, vt si non velit velari, decaluetur aut tondeatur, quorum vtrūq; mulieres abhorrent. Ratio autem velationis mulierum est, quia subiectę sunt viris, & quia inter Christum & eas mediant viri. Veruntamen sanctimoniales tondentur, qm Christo immediate desponsantur, atque a viri subiectione eripiuntur. [Si] pro quia [vero turpe est mulieri] secundum communem legem [tonderi aut decalvari, velet caput suum] in signum prędictę subiectionis, ac mediationis. [Vir quidem nō debet velare caput suum] dum orat aut prophetat modo prædicto. Vel simpliciter non debet velare caput suum, velamine, totum caput obuoluente. Quo antiquitus vtebantur aliqui viri, quod est pene simile velamini mulierum. De tali enim velamine exponit glosa hunc locum [quoniam imago & gloria est dei.] Imago dei attendit in homine, vel quantum ad essentialia atq; interna hois, .s. penes vires naturales, q̄ sunt memoria, intellect9, voluntas, qbus homo capax est dei, & ita vir & mulier simili modo dicunt imago & gloria dei, vel potius ad imaginē dei formati. Perfectio qppe specifica consistit in indiuisibili, sicut & species numerorū. Secundo attenditur imago dei in homine quantum ad accidentalia, vt sicuti Deus ponit res in esse naturali, ita homo ponit

33.q.5.ca. hæc imago
1.Timo.2.
33.q.3.ca. mulier.
Actu.19.
33.q.3.ca. mulier.
33.q.5.ca. hęc imago.
33.q.5.ca. hęc imago.

eas ineſſe intelligibili. Et ſicut deus eſt totꝰ in toto vni-
uerſo, & totus in qualibet parte eius, ſic aīa hominis eſt
tota in toto corpore hominis, & tota in qualibet parte
ipſius. Et q̄tū adhoc, vir potiꝰ appellaī & eſt imago &
gloria dei, quam mulier. Prīo, quoniā ſicut ex vnodeo
o n nia profluxerūt, ita ex vno viro nati ſunt omnes ho
Gen.1.&.2. mines. Itē, quia in viro magis viget ratio quā in fœmi-
na, & quoniā p̄eſt mulieri. Sic autē videtur Apoſto-
Gene.1. lus nunc loqui de imagine. Itaque vir imago imitatiua
eſt dei, quia in eo relucet diuina perfectio per modum
cuiuſdā eminentiç. Eſt quoq; gloria dei. i. glorioſū plaſ
ma illius, & quia diuina maieſtatem clar ius reꝑſetat.
[Mulier autē gloria eſt viri]. i. honorificentia eius, quia
de coſta viri formata, & ei ſubiecta eſt. [Non enim ex
muliere formatus eſt vir] primus. ſ. Adam [ſed mulier]
Geneſis.2. videlicet Eua [ex viro] formata eſt. Vnde Adā: Hæc,
inquit, vocabiī viragō, quia de viro ſumpta eſt. ¶ Ad-
huc autē probat Apoſtolus, quod mulier ſit gloria viri
quia propter virū producta eſt. [Etenim non eſt creā-
tus vir propter mulierem]. i. in ſubſidiū Euæ. Nam an
te eā creatus eſt, [ſed mulier] p̄ima [propter virū] pro
thoplaſtum. i. in adiutorium Adę producta eſt lux. Iu-
xta illud: Faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. Sic ergo
Gene.2. vir eſt quodammodo finis mulieris & dignior ea, ita
q; eius perfectio repꝛeſentatur in fœmina, ſicut perfe-
ctio dei reꝑſentatur in viro. Aduertendum eſt quoque
qđ gloria diſtingui poteſt in gloriā glorificantem, &
glorificatā. Loquēdo ergo de gloria glorificante, deꝰ
ps.3. eſt gloria viri, & etiā mulieris. Iuxta illud: Tu autē do-
mine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput
meū. Sic quoq; vir dici poteſt gloria mulieris, potiꝰ q̄
ecōtrario. Eſt em̄ rector atq; p̄fectio eius Propter qđ
1.pet.3. ait Archiap̄s in prima ſua canonica. Viri ſimiliter co-
habitantes ſcđm ſciētiā, infirmiori vaſculo muliebri im
partiētes honorē, tanquam & cohęredibus gr̄æ ¶ Inſu
per ponit Apoſtolus aliā rationē velationis mulierum
[Ideo] ſcilicet quia propter virum creata eſt [debet

mulier velamen habere super caput suū & propter angelos].i. ꝓpter reuerētiam angelorū (qui frequēter nobiscum sunt) in quorū conspectu velanda est mulier, sicut & coram deo, vt profiteat vbiq; sui subiectionem. Possunt autē angeli hoc loco intelligi spūs illi cœlestes de quibus dicitur. In cōspectu angelorū psallā tibi. Vel sacerdotes, qui angeli nominant. Primo, propter amplioremscientiā diuinorū. Secundo, ꝓpter annunciationē mandatorū cœlestium. Tertio, propter mūdiciā castitatis. Quarto, propter custodiā dominici gregis. Verior autē ratio est, quæ ex verbis Dionysij sumitur. Infimū enim superioris ordinis, & supremum ordinis inferioris, magnā habēt conuenientiam in natura & nomine. Vñ angeli primæ Hierarchię a calore amoris sortiti sunt, quoniam cherubin nuncupantur, eo q; immediate sequantur spiritum sanctum, qui est amor & ignis. Quoniā ergo angelus, stricte loquendo, proprium nomen est spirituum infimi chori, sacerdotes qui supremi sunt in ecclesiastica Hierarchia, angeli dicti sunt. Propter quod scriptū est. Labia sacerdotis custodiūt scientiam, & legem ex ore eius requirent, quia angel⁹ dñi exercituum est. Propter hos angelos etiam ideo velandę sunt mulieres, ne ex earū aspectu ꝓuocent ad cōcupiscentiam viciosā ¶ Ne autē ex prędictis quis putet fœminam nō esse viro ęqualē quantum ad gratiæ & glorię consequutionem, adiecit Apls. [Veruntamē nec; vir sine muliere, nec; mulier sine viro] esse potest in successu generationis humanæ. i. vter q; sexus ad generationem requiritur [in domino]. i. secundum operationem diuinam, qua deus ex viro & fœmina vniuersos producit, qui etiam virū & fœminam in statu innocentię copulauit. Vel hoc ideo dī, quoniam sexus vterque in deo est per gratiam vię, & gloriam patriæ. [Nam sicut mulier de viro] formata est scilicet Eua de latere Adæ [ita & vir per mulierem], id est, cæteri viri generātur ex mulieribus [Omnia autem ex deo] mediate vel immediate prodierunt: quoniam ex ipso,

Angelis subis mandauit de te. ps.90.

Mala.2. Dionysius

Actu.2.

Mal.2.

c.nec illud. 33.q.5.

Genesis .2.

Io.1. per ipsum, & in ipso sunt omnia. ¶ Cõsequenter ꝓbat
Rom.11. Apostolus mulierem esse velandam tempore oratiõis per dictamen naturalis rationis. [Vos ipsi iudicate] i. discernite & pensate qđ quero [Decet mulierem non velatam] capite [orare dominum?] prẽsertim in publico. [Nec ipsa natura docet vos] .i. naturalis ratio non approbat hoc. Vel natura i. dispositio, lex, seu proprietas rerum non testatur hoc condecens esse. Mulier ẽm
e est ordo naturaliter verecunda est, & inclinationem naturalem
33.q.5. habet ad comam nutriendã, s. vt naturali velamine operiatur. Ergo & artificiale velamẽ addendũ est ei: [Qđ
Ezech'.44 vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi] .i. scandalosum est ei hoc facere. Secundum Ambrosiũ, dicit
Num.6. hoc secundũ legem, quę prohibet virũ habere comam,
Iud.13. Veruntamen Nazareis iubebanẽ esse comati seu, comã nutrire, sed hoc erat propter mysterium scilicet ad insinuandum, qđ in veteri testamento omnia erant velata, quæ in nouo testamento reuelantur, id circo prohibitio comæ modo non obligat. In aliquib9 tamen locis fidelium ignominiosum est viro comam nutrire, quia per hoc reputarentur effœminati, & molles. Apostol9 autem loquitur secundum congruentiam personarũ, locorum, ac temporum. [Mulier vero si comam nutriat gloria est illi], id est, laudabile [quoniã capilli pro velamine dati sunt ei] Mulieres enim naturaliter humidæ & dispositæ sunt, ad capitis comam, magis quam viri. Ie circo natura dedit eis capillos, pro naturali velamine, maxime quoniam naturaliter competit mulieri esse pu
e. est ordo doratam, & viro subiectam. [Si quis videtur contentio-
33.q.5. osus esse] contradicendo nostræ doctrinę. [Nos talem consuetudinem non habemus] videlicet, vt simus contentiosi. Vnde alibi dicit Apostolus. Noli verbis contendere. [Neque ecclesia dei] habet hanc consuetudinẽ cõtendendi. Vel sic: Nos talem consuetudinẽ non habemus, id est, ego & cæteri Apostoli atque fideles ex Iudaismo conuersi, non habemus consuetudinẽ talẽ in orãdo vel ꝓphetando, qualem iste contentiosus introdu

cere nititur. ſ. vt oremus aut prophetem⁹ publice atq; ſolenniter capite cooperto, vel q⁹ mulier non veletur, neq; eccleſia dei ex gentibus congregata, & a nobis cõ uerſa habet conſuetudinem talem. Iccirco iſta rñſio ſuf ficere debet cõtentioſo. Vt enim Auguſtinus affirmat, in his in quib⁹ ſacra ſcĩptura nil certũ diffinit cõſuetudo populi dei, & inſtituta maiorũ, pro lege habẽda ſũt. [Hoc autẽ præcipio] obſeruari q̃ dixi de velatione capitis, vel q̃ dicã de celebratione dominicę cœne, In quorum vtroq; peccauerunt Corinthĩ, ideo contra cõtentioſos vtitur Apl⁹ apoſtolicę authoritatis præcepto [non laudans] imo vituperans vos [quia nõ in melius ſed in deterius cõuenitis [quia ad eccleſiã cauſa cõmunionis cõuenitis nõ ordiate, vt decet ſed infructuoſe & vitioſe. Q̃ patet. [Primum quidẽ conuenientib⁹ vobis in eccleſiam] dei [audeo ſciſſuras eſſe] .i. diſſenſiones inter vos pro ſpiritualibus donis. Per hoc inſinuat, q̃ primũ vicium Corinthiorum, tempore conuentionis eorũ in eccleſiã, erat diſſenſio: ex qua multa vicia naſcebanť. Hæc autẽ congregatio fidelium corporalis in domo dei, nil prodeſt ſine vnione ſpirituali. Qua omnium voluntates per charitatẽ nectunť, ita vt eadem velint & eadẽ nolint. [Et ex parte] .i. partim [credo] ſic eſſe. Non enim credo in omnibus vobis regnare hæc vicia, ſed in aliquibus veſtrũ. ¶ Nec mirum q̃ ſic credo. [Nã oportet hereſes eſſe] nõ neceſſitate abſoluta, ſed conditionali. Iuxta quẽ modũ ait ſaluator: Neceſſe eſt, vt veniant ſcandala. Vel, oportet .i. vtile eſt, nõ directe & per ſe, ſed accidenter, quoniã deus ex malo elicit multa bona. ¶ Vñ iam ſubditur, cur oporteat vl⁹ expediat hereſes eſſe, videlicet [vt qui probati ſũt] .i. vere eruditi ac ſteriles in fide ſeu approbati a deo [manifeſti fiant in vobis] .i. agnoſcanť vere fideles, dũ nõ cedũt erroribus, ſed inconcuſſa mente perſeuerant in fide, ſic quod diſcernantur ab alĩs. Præterea multiplex vtilitas prouenit eccleſiæ occaſione hæreticorum, videlicet diligentiſſima ſcripturarum elucidatio, patientiæ

de cõ. diſt. 1. c. nullus

Auguſtin. diſt. 1. c. conſuetudo.

Col. 3. Ephe. 4.

Mat. 19.

1. q. 1. c. ſalu ator.

exercitatio, perfectorum coronatio. Multa enim ad fidē ſpectantia dū ab hęreticis impugnabantur, cōſiderata ſunt ſubtilius, intellecta perſpicatius, prędicata inſtātius. Fides quoq; diuerſis ac nouis miraculis eſt firmata. ¶ Conſequenter Apl's increpat corinthios de inordinata ſumptione eucharistię: quam quidā eorū ſum pſerunt inter prandia, quidā poſt prādium arguentes ex hoc quod Chriſtus manducantibus diſcipulis, bene dixit panem, eūq; tradidit illis, iam celebrato veteri paſcha. [Conuenientibus ergo vobis in vnum] in eccleſiā cauſa communionis [iā non eſt]. i. nō contingit [dominicā cœnam manducare]. i. eucharistiam ſumere, quæ in cœna nouiſſima fuerat inſtituta. Hoc dicit Apoſtol⁹ primo, quia non ſolum cōuenerūt cauſa cōmunicandi, ſed etiā epulandi. Secūdo, quia non licuit eis tali modo cōmunicare, quoniā ſacramentum iſtud a ieiunis dunc.liq̄do de con.diſt.3. taxat ſumendum eſt, exceptis infirmis. Ideo ſubditur. [Vnuſquiſq; em̄] veſtrum ſciſſuras habētiū [ſuam cœnam]. i. ꝓpria cibaria [preſumit]: i. parat & ſecū fert ad eccleſiā [ad manducandū] in eccleſia, ante ſumptionem ſacramenti. [Et ali⁹ quidē] ex vobis [eſurit] ſcilicet paper qui ſibi proprios cibos parare non potuit, cui etiā nihil affertis de veſtris cibarijs [alius aut ē ebrius eſt]. ſ. diues qui ſibi delicata parauit. Et quia hęc epulatio derogauit honori eccleſiæ, quę conſecrata eſt deo ad cultum diuinum, non ad epulandū: idcirco increpat eos Apl's de hoc, quod in eccleſia materiali ſine neceſſitate veſcebantur. [Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibēdum?] quaſi dicat, imo habetis domos Mat.21. in quibus talia fieri decet potius quam in templo, quod Hier.7. eſt domus orationis [Aut eccleſiam dei contemnitis,] Lucę.19. .i. inhonoratis, faciendo in tēplo q̄d fieri debet i domo. Eccl.13 Vel eccleſiam dei. i. congregationē pauperum fideliū Iob.19. cōtemnitis? Vnde ſubiungitur [& confunditis eos qui Iob.40 non habent?] cibaria, precioſa vel ſufficientia ſcilicet pauperes. [Quid dicam vobis?] quitam multum erratis, vt vix inueniam q̄d vobis dici primum oporteat,

44.diſtin. quando.3. de con. di. 2.c.liquido 44.diſt.c. quando.2. EPISTO. de con. di. 2.c.liquido

[Laudo vos] in quibusdam bonis quæ agitis, & qm̃ fi-
dē tenetis. [In hoc] quod sic facitis in ecclesia non lau-
do vos. Ego enim accepta domino, id est ex diuina re-
uelatione didici [quod tradidi vobis] id est, quod docui
vos de fidei institutione & cultu seu modo sumptionis
huius sacramenti: quod etiam nūc resumo, & recito vo
bis [quoniam dominus noster Iesus Christus in qua no
cte tradebatur] id est, vespere noctis qua traditꝰ est, ca
ptus, ligatus, & multiformiter cruciatus [accepit panē]
triticeum & azymum (quo tunc vtebantur Iudei in esu
agni paschalis) [& gratias agens] deo patri [fregit] pa-
nem iam consecratum. i. species vel dimensiones panis,
non corpus consecratum [& dixit] discipulis. [Accipi-
te & manducate] quod trado [hoc est corpus meum,]
Hæc verba proferendo consecrauit saluator corpꝰ suū
Sed an semel an bis protulit verba hęc, & quando pro-
tulerit verba, quid etiam demōstret pronomen hoc, &
alia pene innumera circa hunc locum, possunt inquiri:
quę, quia super quartum sententiarum copiose habentē,
omitto. [quod pro vobis tradetur], id est, pro vestra re
demptione morti exponetur, a patre, a meipso, a Iuda,
a Iudeis, diuersimode tamen vt dictum est. [Hoc faci-
te], id est, consecrationem huius sacramenti continuate.
Quod pertinet ad sacerdotes duntaxat. Vel hoc facite,
id est, corpus meum accipite atq; comedite [in meam
commemorationem] id est, ad memoriam actualē exi-
miæ dilectiōis, ac acerbissimę passiōis meę, imo & om
nium beneficiorum meorum. Quod pertinet ad omēs
fideles. Hoc prędixisse videtur psalmista cum ait: Me-
moriā fecit mirabiliū suorū misericors & miserator dñs
escam dedit timentibus se. [Similiter] sicut de acce-
ptione panis iam dictum est [& calicem] cum vino
quod erat in calice, Christus accepit, & sanguinem su-
um consecrauit [postquam cœnauit], id est, agno pa-
schali comesto, [dicens: Hic calix], id est, cōtentum
in calice isto, videlicet sanguis meus, qui verbis conse-
crationis prolatis continetur in calice [nouum testa-

Prou. 24. & 28. Iohan. 10. EPIST. de con. di. 2. c. liqdo. Sup. 4. Ioh. 6. Matth. 26. Psalm. 110. Matth. 26. Mar. 14. Luc. 22.

t iij

Matth. 16. Mar. 14. mentum est], id est, nouę promissionis stabilimentum. In ueteri enim testamento promittebantur bona temporalia & carnalia. In nouo autē cœlestia & æterna. Vel nouum testamentum, id est nouæ ac euangelicæ doctrinę seu noui testamenti confirmatiuus [in meo sanguine], id est, virtute & prętio effusionis sanguinis mei. Per effusionem enim sanguinis Christi, prępărata sunt nobis bona cœlestia, & horum bonorum promissio stabilitur in fide & merito sanguinis Christi. Ipsum quoq; nouū testamentum in sanguine Christi ratificatur. Iuxta illud ad Hebrę. 9. Testamētum in mortuis confirmatum est [hoc facite]. id est calicem istum accipite & potate [q. tienscunq; sumitis] eum [in meam commemorationē] sicut dictum fuit de corpore. Sciendum vero, quod licet corpus & sanguis Christi dicantur pluraliter sacramenta, sicut cum orat ecclesia: Purificent nos domine sacramenta quę sumpsimus, scilicet propter materialem diuersitatem specierum sub quibus continentur, forma liter tamen sunt vnum sacramentum, loquendo de vnitate perfecta & integrali. Nam ad eundem finem & actum completum ordinantur, videlicet ad spiritualem animę refectionem, in qua requiritur spūalis cibus spiritualisq; potus. Et quia hoc sacramentum cibus est animę, cibum vero oportet essentialiter copulari cibando, idcirco Christus in sacramento essentialiter continetur. Sub speciebus autem panis, est corpus Christi directe, videlicet vt conuersiōis. Sanguis vero anima & deitas sunt ibi ex concomitantia naturali, eo quod non sint separata abinuicem. Simili modo sub specie vini est sanguis directe, corpus autem anima & diuinitas concomitanter. ¶ Consequenter Apostolus qua si exponēs verba Christi immediate prędicta, subiecit. [Quotienscunq; enim manducabitis panem hunc], id est, corpus CHRISTI. Quod dicitur panis per proprietatem, quoniam alit. Vnde ait saluator: Ego sum panis viuus. Item quia sub accidentalibus formis patuis continetur [& calicem], id est, contentum in

Su. cor. 10. Tob. 10. Johā. 6.

de cō. di. 2. in sacramēto.

c scriptura de. c. d. 2 citerat de cōs. di. 2.

calice sanguinem Christi [bibetis, mortem domini], id est, Christi passionem [annunciabitis] prędicando, commemorando, vel repræsentando [donec veniat] iudicare viuos & mortuos, & sęculum per ignem die nouissimo. Constat ergo, quod vsque ad finem mundi durabit celebratio huius sacramēti. [Itaq; quicūq;] celebrās vel a sacerdote accipiens [manducauerit hunc panem] supersubstantialem, salutarem, cœlestem, atq; viuificū [vel biberit calicem], id est, sanguinem domini saluatoris [indigne], id est, non in statu salutis & gratię, non reuerenter & deuote, non secundum institutionem Christi, & ordinationem ecclesię. Requiritur em̄ in sumptione & celebratiōe huius superbeatissimi sacramēti actualis deuotio, saltem pro aliqua parte temporis quoniam Christus pręcepit hæc fieri in commemorationem, id est, in actualem memoriam suę passionis & charitatis. Nec dubium, quin loquatur de memoria procedente ex charitate, quę vtique memoria non sit de actuali deuotiōe, [reus erit corporis & sanguinis domini], id est, sic confundetur, dānabit̄, & punietur, acsi Christum occidisset, eiusq; sanguinem effudisset. Non tamen intelligendum est secundum omnimodam ęqualitatem, sed secundum magnam similitudinem. Pręterea aduertendum, quod dignitas sumendi hoc sacramentum attēdi potest dupliciter. Vno modo ex parte sumentis, & sic potest homo digne accedere, quando videlicet non est sibi cōsci⁹ de peccato mortali, ita vt de pręteritis doleat, nec peccare mortaliter proponat, imo omne mortale firmiter vitare intendit, faciens quod in se est, & cum actuali deuotione mentem suam disponens. Secūdo ex parte sumpti videlicet sacramenti quod sumitur: cuius tanta est dignitas propter vnitam diuinitatem, vt null⁹ viator tantæ valeat esse perfectionis, vt dignus sit ipsum accipere. Quatuor autem consideranda sunt in omni sacrificio, & maxime in celebratione sacramenti

de cōs. di. 2 c. iterat̄. de cōs. di. 2. c. iteratur. c

de cōs. di. 2. c. & sctā.

c. reuera de cō. di. 2.

cq̄a corp⁹ de cō. di. 2.

c si nō sūt de cō. di. 2.

altaris. Videlicet quis offert, vt homo propriã imperfe
ctionẽ perpendat, cõfiteatur & corrigat. Cui offert vt
scilicet diuinę maiestatis dignitas cõsideret, & ita cum
Sapien.7. oĩ reuerentia accedat. Quid offert, vt qualitas sacrificij
rite pensẽt. Huiꝰ aũt sacrificij tãta est dignitas, vt nõ so
Iob.37 lũ hominũ, sed etiã angelorũ lingua enarrãdo deficiat.
Iob.38. Et ꝓpter quid offert. Si hæc diligẽter pẽsent, inæstima
Eccles.17. bilis erit fructus sacrosanctę cõmunionis, imo expimẽ
talis, & omni admiratione digniſſimus. [Probet autem
seipsũ homo] .i. interiora sua studiose scrutet, discutiat,
purget, disponat [& sic de pane illo edat] .i. taliter exa
minatꝰ ac ꝑparatus, corpꝰ Chri mãducet [& de calice]
sanguinẽ [bibat.] In primitiua nãq; eccla dabat hoc sa
cramentũ sub vtraq; specie. Sed postea ordinatũ est ne
detur populo sub specie vini, ꝓpter periculũ effusiõis.
[Qui em̃ manducat] corpus [& bibit] sanguinẽ Christi
[indigne] (secundum sensum expositum) [iudicium]
reprobationis, id est meritũ æternæ dãnationis [sibi mã
FINIS. ducat & bibit] id est cõicando acquirit, quia mortaliter
peccat [non dꝰudicãs] .i. nõ discernẽs [corpus] & san
guinẽ [domini] .i. illud accipiens intimorate & irreue
renter tanquam alium cibum. Ecce quam terribiliter lo
quitur sanctus Apostolus, vt nos ab indigna commu
nione cohibeat. Christus vero non minus terribiliter in
Iohan.6. tonat, vt nos ab abstinẽtia communiõis reuocet dicens.
Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis
eius sanguinem, nõ habebitis vitã in vobis. Quid ergo
inter has horribiles comminationes eligendum atque
1.Iohã.1. agendum est misero peccatori? Si enim dixerimus quia
Pro.24. peccatum non habemus, nosipsos seducimus, præser
Lucæ.19. tim cum iustus septies cadat in die: nisi vt seipsum cum
omni humilitate disponat, pro viribus confitendo, satis
faciendo, vitam quoti die emendando, Christi benefi
cia recolendo, & in sola misericordia creatoris integra
mente sperando. Denique quamuis bonum sit inte
rim ab hoc sacramento abstinere ex timore & reue
rentia, propter propriam imperfectionem, & peri

culi grauitatē, meliꝰ tñ est quotidie accedere ex feruēti amore & amicabili familiaritate atq; fiducia. Actus em̄ charitatis dignior est actu timoris. Optimū vero est, taliter viuere vt dignus sit homo quotidie sumere, proficiēdo i vera charitate, & p cōsequēs in oī virtute ac dono spiritus sancti. Hoc autē est incessabiliter cōicare, loquendo de spūali cōione, qua Paulus primus heremita q̄tidie cōicauit, qui tñ intra centū circiter annos, hoc sacramentū sacramentaliter nunq̄ accepit. [Ideo].i. p pter irreuerentem sacramēti sumptionē, sunt [inter vos inulti infirmi] corpali lāguore [& imbecilles], id est pne consumpti lōga inualitudine [& dormiūt multi].i. corpaliter moriūtur in pœnā huius culpæ. Quēadmodum enim in veteri testamēto grauiter etiam in præsenti puniti sunt, qui statim post legislationem, legem scriptam transgressi sunt, (vt patet de duobus filijs Aarō & homine colligente ligna in die sabbati, adoratoribꝰ quoque vituli aurei, qui omnes occisi sunt.) Ita in nouo testamento statim post euangelicæ legislationem & cōfirmationem dire percussi sunt transgressores euangelicę legis. vt patet de Anania & Saphyra, & de excommunicatis quos dæmon in primitiua ecclesia corporaliter affligebat, vt dictum est supra. Simili modo communicantes indigne in primitiua ecclesia frequenter mox vltionem diuinam perpessi sunt, scilicet longam langoris molestiam, & interdum etiam corporalem interitum. Talia enim fiebant ad legis confirmationē & aliorum terrorem. Facit autem deus tales vltiones interdum, vt agnoscatur diuina prouidentia & iustitia. Interdum vero, vt commendetur nobis diuina misericordia. ¶ Consequenter ostendit, quo modo possumus iram atque iudicium dei euadere. [Qđ si nosipsos dijudicaremus], id est nostra peccata consideraremus, argueremus, & puniremus, dicentes: Tibi soli peccaui. Et illud beati Iob: Vias meas in conspectu dei arguam [non vtique iudicare mur] iudicio reprobationis. De quo dicitur Ioannis tricesi-

Prouer. 8.

Lucæ. 19.
Iohan. 8.
Rom. 15.

Actu. 5.
1. Cor. 5.

Actu. 2.
Sop. 3.

Iohan.3. Qui credit in filium, non iudicatur. Id est, non damna
Naum.1. remur. Quia vt dicitur per prophetam, non consurget
duplex tribulatio. Loco cuius alia translatio habet: Nō
iudicabit dominus bis in idipsum. Loquitur Apostol⁹
Iudith.8. in persona totius generis humani, cum ipse non esset in
isto culpabilis. ¶ Consequenter ponit vtilitatem diuinę
correctionis. [Cum iudicamur autem a domīo,] id est,
per nostros excessus temporalibus pœnis addicimur
Hebrę.12. (sicut nunc dictum est de indigne cōicantibus) [corri-
pimur,] id est flagello paternę correctiōis percutimur.
Iuxta illud Apocalypsis tertio: Ego quos amo. arguo
& castigo. Et Iob quinto: Beatus homo qui corripitur
FINIS. a domino, [vt non cum hoc mūdo damnemur] id est,
ne cum mundanis, & vanis hominibus super quos non
est virga dei, eternaliter pereamus. Hoc est quod alibi
scriptura loquitur: Etiam nō multo tempore sinere pec
catoribus ex sententia agere, sed statim vltiones adhibe
3.Reg.13.3 re, magni beneficij est in dicium. [Itaque fratres mei] ne
pręinducta mala vobis contingant [cum conuenitis] in
De con.d. ecclesiam materialem [ad manducandum] panem cœ-
2.c.ligdo. lestem, videlicet corpus dominicum [inuicem expecta-
te] vt non inchoetur celebratio diuinorum, nec fideles
c.sacramē. communicent, nisi cum omnes conuenerint. [Si quis au
de cō.di.2. tem esurit] non potens expectare tam diu [domi] man-
ducet] cibum corporalem, nō in ecclesia, sicut hucusq;
& c.ligdo feciſtis. Nec tamen postmodum communicare prę su-
de cō. d.2. mat eodem die: quoniam a ieiunio duntaxat sumendū
est sacramentum. Hæc igitur facite [vt non in iudicium
Eccle.15. damnationis [conueniatis,] id est, ne conueniendo inor
dinate incurratis non fructum sacræ communionis, sed
Rom.15. iudicium perpetuæ mortis. [Cętera autem] quæ modo
c.consuetu non scribo [cum venero, disponam.] Ex hoc elicitur,
do.d 2 quod quædam obseruantur in ecclesia ex ordinatione
apostolorum, quę scripta non sunt, vt est adoratio cru-
cis in die parasceues. Vnde generalis cōsuetudo ec
clesię pro lege seruanda est.

¶Elucidatio Cap. XII. scilicet: De spiritualibus autem.

¶Articulus. XII.

Correctis Corinthiorum erroribus circa sacramẽta, baptismi, matrimonij & eucharistię, nunc instruuntur de donis & gratijs supernaturalibus spiritus sancti tam gratum facientibus, quam gratis datis, & ait: ¶[De spiritualibus autem] id est, diuinis charismatibus, donis, seu gratijs spiritus sancti [nolo vos ignorare,] id est, ignaros esse, quid secundũ catholicam fidem de illis sit tenendum [o fratres.] Deinde ostendit Apostolus quales isti fuerunt antequam receperunt gratiam dei. [Scitis autem] memoriter, tã quam experti [quoniam,] id est, quod [cum gentes essetis,] id est, in gentilitate conuersantes, gentiliterque viuentes eratis [ad simulachra muta,] id est, idola insensata, de quibus scriptum est: Os habent & non loquentur [prout ducebamini] suggerente diabolo, vel propria consuetudine [euntes,] id est, assidue proficiscẽtes [Ideo notum vobis facio] per pręsentem scripturam [quod nemo in spiritu dei] id est, in spiritu sancto [loquens] verbo cordis, verbo oris, vel verbo operis. De quo Zacharias propheta: Hęc sunt, inquit, verba quæ facietis [dicit] aliquod horum trium verborum [anathema IESV] id est, blasphemiam vel quodcunq; mortale peccatum a DEO separatiuum contra Christum Hoc dicit Apostolus ad innuendum quod per gratiã DEI vitatur mortale peccatum: & vt sciamus illum non operari aut loqui in spiritu sancto, videlicet secundum gratiam eius (quod idem est dicere) qui Christo iniuriam irrogat. Vnde in prima Iohannis canonica habetur: In hoc cognoscitur spiritus DEI. Omnis spiritꝰ q cõfitet Iesum Chr̃m in carne venisse, ex Deo est Et ois spũs q soluit Iesum Chr̃m, ex deo nõ est [Et nemo põt dicere, dñs Iesus,] id est, Iesum Chr̃m cũ debita attentione, & coaffrdisectu exprimere: Vel eum

EPIST.

Psalm. 13.

Zacha. 8.

Tob. 21

Eccle. 1.

Hebrę. 1.

Apoca. 2

I. Iohã. 4.

Iohan. 15.

veraciter dñm ſuū appellare [niſi i ſpiritu ſancto]. i. ex
Philip. 2. gratia gratificāte. Talis enim prolatio Ieſu cū ſit cōfeſ-
ſio oris & actio meritoria, ꝓcedit ex charitate & fide
Matth. 7. formata. Nec obſtat q̄d ait ſaluator, Non omnis qui di
cit mihi, domine dñe, intrabit in regnū cœlorum. Talia
em̄ atq; ſiſ̄ia intelliguntur de dictione iformi ac nuda
cui nec charitas nec operatio correſpondet. Apl̄s autē
vult dicere, quod non poſſum⁹ aliquid meritorie cogi
tare loqui vel operari, niſi in ſpū ſancto p gratiam gra-
tificantē. Declarata neceſſitate & efficatia gratię, fonte
quo q; gratiarum oſtenſo, agit Apoſtolus de gratīs in
Iohan. 15. ſpeciali. ¶ Deniq; triplex ponitur differentia hominū,
Thomas q̄tum ad actus & habitus animę rationalis, vt Thomas
Gala. 3. in ſecunda ſecundę pulchre deducit. Prima eſt, ſecūdū
diuerſas gratias gratis datas, Nam alī datur gratia ꝓ
phetię, alī gratia ſanitatum, alī ſermo ſapiētiæ, alī ſer-
mo ſcię, ſicut patebit. Secūda differētia eſt, ſcdm diuer-
ſitatem officiorū ac ſtatuū. Alī em̄ datū eſt miniſterīū
Lucæ. 10. apoſtolatus, alī miniſterium ſacerdotī &c. Tertia eſt,
ſecundū diuerſitatē vitæ & operationū. Quidam enim
ſunt contemplatiui, quidam actiui. ¶ Gratia autem eſt
duplex, videlicet gratum faciēs, & gratis data, quę dif
ferunt in hoc, quod per gratum facientem conuertitur
rationalis creatura immediate ad deum cōuerſione cha
ritatiua. Datur em̄ hæc gratia principaliter propter bo
nū ei⁹ cui p̄ſtat. Gr̄a vero gratis data eſt, p quā vn⁹ co
Roma. 13. opat̄ ſaluti alteri⁹. Quę em̄ a deo ſunt, ordīata ſūt. Or
Iaco. 5. do aūt in hoc cōſiſtit, vt ait theolog⁹, vt vnus p aliū re
ducat̄ ad deū. Idcirco gratia gratis data, datur princi-
paliter propter bonū alterius. ſ. propter vtilitatē eccl̄e
Sed ad hanc vtilitatem tria requiruntur. Primo quædā
facultas exercendi actum eccleſiæ vtilem, & iſta habe-
tur per gratiam gratis datam, vt eſt donum linguarū,
gratia miraculorum. Secundo requiritur authoritas ex
ercendi actum huiuſmodi, vt apoſtolatus, vel ſacerdo
tium. Tertio quo q; exigitur executio operum.
¶ Quantum ergo ad primum iſtorum, dicit Apoſtol⁹

[Diuisiões vero gratiarū] gratis datarū (de quib⁹ nūc agitur) .i. ipsæ gratiæ diuisę sunt, cū sint diuersę ac plures, sicut dicetur. [Idem autem spiritus] est. i. spiritus sanctus, qui est omnium donorum istorum gratuitorū collator. Quantum autem ad secundum subiungit. Et diuisiones ministrationū sunt]. i. officia seu ministeria ecclesiasticarū personarū diuincta & varia sunt [idem autem dominus] distributor istorū. [Et diuisiones operationum sunt] i. diuersę sunt exequutiones officiorum in prędictorū, & vnum opus maius & dignius est alio. Quidā p. ministrationes intelligunt effectus gratię gratis datę q̄tū ad alios, prout vnus alteri subseruit. Per operationes vero, effectus gratię quo ad seipsum, Quāuis etiam tria noīa hic expressa, videlicet Spiritus, dñs, deus, vnicuiq; diuinę personę cōueniant, proprie tam ē p spiritū accipitur spiritus sanctus, per dominum filius per deum pater. [Idem vero est deus qui operatur] mediate vel immediate [omnia in omnibus,] reddēndo singula singulis. i omnia quę fiunt in quacunq; re, quicquid enim est causa causę, est causa causati, immo effectus causę secūdę, magis asscribēdus est causę primæ, q̄ causę secūdę. Non autē operatur de⁹ oīa in omnibus tanq̄ sit forma & esse internū omniū rerū, vt multi putauerunt, sed sicut causa efficiens & finalis, cui⁹ virtute & desiderio operatur oīs causa secunda. ¶ Consequenter ponit Aplūs causam finalem infusionis gratuitorum donorum. [Vnicuiq; autē]. i. omni cui datur [dat manifestatio spūs,]. i. gratia gratis data, qua declaratur p̄sentia spiritus sancti, non quod talis gratia semper coniuncta sit charitati, ita vt deus per eam habitet in homīe sicut in electis habitare fertur per acceptationem ipsorū immo gratia talis sępe confertur malignis, vt patet de Iuda proditore & Balaam. Propter q̄d ait saluator, Multi dicent mihi in die illo, Domine domine, nonne in noīe tuo ꝓphetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? &c. Dicitur tamē gratia ista manifestatio spiritus, quia frequētius signum

Gal. 3.

Gal. 3.

Io. 11.

Num. 2.

2. Pet. 1. est diuinę inhabitationis, & semper ostendit virtutē diuinam presentialiter operantem per dona huiusmodi. Datur ergo hęc gratia [ad vtilitatem]. i. pfectum eccle się, sicut ostensum est. Datur autem talentum diuini beneficij vt expēdatur vtiliter, non vt absconda-t ignauiter, secundum quod ait saluator. Negociamini dū venio. Et Petrus quoque hortatur: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. ¶ Cō sequenter enumerantur gratiæ gratis datæ. [Alij quidē datur per spiritum]. i. a spiritu sancto [sermo sapientię] id est, sapientia alijs sermocinandi, videlicet, cognitio diuinorū [Alij autem] datur [sermo scientię], id est, sciētia rerum humanarum & creaturarū, per quas declarā tur diuina, quoniam inuisibilia dei per ea quę facta sūt cognoscuntur [secundum eundē spiritum], Id est, secū dum beneplacitum eiusdē spūs sancti, & non secundū vel propter merita nostra. Exprimit autem Aplūs hæc duo dona gratuita' præmittendo sermonē propter duo Primo ad insinuandum quod ordinantur ad instructionem aliorum. Secundo, ad innuendum qđ non solum habitualis cognitio, sed etiā vsus seu ordinata expressio sit a deo. Vnde dicit saluator: Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri. Et alibi habetur: Sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtroq;? Sciendum vero, qđ ista sapientia & scientia realiter differunt a sapientia & scientia quę sunt de numero septem donorū spiritꝰ sancti. Illa em̄ haberi non pñt sine charitate & gratia gratum faciente: ista vero, vt dictum est, possunt esse in im pñs. [Alteri] datur [fides, id est, constantissima certitudo de inuisibilibus, quæ in sacra scriptura p̄supponū tur. Non ergo sumitur fides hoc loco prout est virtus theologica. [In eodem spiritu], id est, virtute spiritus sancti: [Alij] datur [gratia sanitatum], id est virtus curandi infirmos [in vno spū]. i. in spū. sc. Qui in seipso vnꝰ & simplex est, q̄uis in donis sit multiplex [Alij] datur [operatio ꝟtutū]. i. magnorū miraculorū,

Petrus.

Hebræ. 11.

Rom. 3

Lucæ. 21.
Eccle. 4. 1.
Eccle. 20.

facultatem naturæ omnino excedẽtiũ, vt est statio solis
[Alĩ prophetia].i.cognitio futurorũ cõtingẽtiũ certa
atq; diuinitus inspirata. [Alĩ discretio spirituũ].i. di-
screta cognitio seu rectũ iudiciũ de his qui in aĩo aliorũ
ꝟsantur, vel ab eis ꝓferũt, vt sciat homo q̃ spũ vnum
qdq; dicaẽ. Potest q̃q; intelligi de discretiõe spirituũ
bonorũ inter malignos discernẽdi ne fallaẽ quis a Sata 1.Io.4
na ꝓponẽte mala sub specie boni, vel i specie angeli ap
parẽte [Alĩ] dantur [gña linguarũ].i. diuersa idioma-
ta, seu facultas vtendi cõpluribus linguis. [Alĩ] datur
[interpretatio sermonũ].i. expositio alienorũ idiomatũ
vel difficiliũ sensuũ, aut ꝓphetaliũ visionum. Sanctus
Thomas in prima secundę assignat sufficientiã gratia- Thomas
tiarũ istarũ hoc modo. Gratia gratis data ordinant ad
hoc, vt vnus cooperẽt saluti alterius. Ad hãc vero coop
rationẽ tria requirũt. Primũ est, diuinorũ prẽclara q̃-
dã cognitio. Scdm est, eorundẽ firma ꝓbatio, nõ vtiq;
ꝓ naturalẽ rationẽ, sed ꝓ diuina miracula. Tertiũ est, eo
rũ apta ꝓlatio. Quãtũ ad primũ tria sũt necessaria. Pri Hebræ.ii
mo, vt aliorũ instructor pria principia sacrę scripture,
puta articulos fidei, certissime noscat. Et q̃tũ ad hoc po
nit fides, quę iã sumit pro certitudine fidei. Scdm est,
certa cognitio principaliũ cõclusionũ ex ꝓdictis prin-
cipijs deductarũ, & ita est sapientia. Tertiũ est, declara
tio diuinorũ & inuisibiliũ credendorũ per manifesta ex
empla. sicque ponitur sermo scientię. Cõfirmatio autẽ
seu probatio inuisibilium fidei, fit per ea quę diuinę vir
tuti sũt ꝓpria, & hoc dupliciter. Primo, vt ea fiant quæ
diuinæ potestati sunt propria, vt sunt diuina prodigia,
Quæ si ꝓtineant ad corporis sanitatẽ, erit gratia sanita
tũ: si vero ordinet ad diuinę potentię manifestationem
erit operatio ꝟtutũ, si vero ea manifestet q̃ diuinę sci-
entiæ ꝓpria sunt, sic prophetia q̃tum ad cognitionem
contingentiũ, vel discretio spirituũ q̃tũ ad cognitionẽ
secretorum cordis. Ad conuenientẽ vero prolationem
prio requirit facultas idiomatũ, vt possit hõ loq hoib⁹
cuiuscũq; idiomatis, & sic ẽ donũ liguarũ. Scdo exigi

tur intellectualis cognitio dicendorum, quod pertinet ad interpretationem sermonū. [Hæc omnia operat].i. cuncta dona prædicta efficit in nobis [vnus atq; idē spiritus] sanctus, [diuidens].i. mensuraliter distribues [singulis] quibus ista præstantur [prout vult].i. non secundum necessitatem naturę, sed secundum libertatem suæ voluntatis æternę. Ex hoc patet Spiritum sanctum esse verum deum, aliter ēn non operaretur hęc prout vult

FINIS.

¶ Horum exemplum subiungitur. [Sicut enim corpus humanum vnum est] coniunctione membrorū & vnitate suę formæ substantialis [&] hoc corpus [membra habet multa] videlicet manus, pedes &c. [Omnia autē membra corporis cum sint multa, vnum corpus sunt, ita & Christus] in se vnus est, habens membra diuersa scilicet vniuersos fideles, qui Christo vniuntur vt capiti, faciunt q; sub eo vnum mysticum corp⁹, q̄ est ecclesia, sicut ergo diuersis membris, ita diuersis fidelib⁹ diuersa dona siue officia deputant̄ at q; conueniunt. Quomodo autē corpus christi mysticum vnum sit, subditur [Etēn in vno spiritu].i. in spiritu sancto, seu gratia spiritus sancti [oēs nos in vnū corpus].i. ad hoc vt simus vnum mysticum corpus, per fidē & charitatem coniuncti [baptizati sumus] non solum in nomine Spiritus sancti, sed in nomine patris & filij, & spiritus sancti, vel certe in nomine christi [siue Iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi].i. diuersitas ritus, aut conditionis vnitatē istam nō impedit [& omnes in vno spiritu sancto potati sumus] spirituali potatione.i. diuersis charismatibus spūs sancti impleti. Et fiet in eo fons aquæ salientis in vitā ęternā. De qua potatiōe dicit Saluator. Qui biberit ex aqua quā ego dabo, nō sitiet in ęternū, sed aqua quā dabo, ¶ Deinde Apls similitudinē istā clarius explicans, subdit, [Nam & corpus, non est vnum membrū, sed multa.] Loquitur autem de corpore naturali organico, quod constat ex membris distinctis. [Si dixerit pes, quoniam non sum manus, non sum de corpore, nō ideo nō est de corpore?] Hoc intelligi pōt, vel de pede

col.3. Ephe.1. Corp⁹ mystici Mat.18 Ephe.4. Io.4. col.3.

corporis humani, qui non ideo non esset pars corporis quāuis diceret se non esse manum. Vel de pede eclesię .i. homine habente gratiā inferiorē. Itaq; si dixerit pes iste, quoniam non sum manus .i. ex quo non sum ita perfectus vt is cui operatio virtutum collata est, idcirco nō sum de corpore mystico ecclesiæ, non ideo non est de corpore .i. ex hoc non sequit̄, qđ non sit aliquo modo de corpore ecclesię. [Et si dixerit auris: Quoniā nō sum oculus] idcirco [non sum de corpore: non ideo nō est de corpore?] Possunt autem ꝑ aurē & oculū intelligi naturalis corporis membra,, vel per sonę ecclesiasticæ. Vt per aurem intelligatur q habet gratuitum donū scientię. Per oculos autē, qui habet gratiā sapientię, quorum inferior quāuis diceret se non esse parem superiori, ex hoc tamen non sequeretur, quod nullo modo ad corpus ecclesię pertineret. [Si totum corpus] esset [oculus, vbi] esset [auditus?] .i. auris. [Si totum] corp⁹ esset [auditus] .i. auris [vbi] esset [odoratus?] .i. nares. Per hoc designatur, quod si omnes fideles essēt vni⁹ officij nō posset saluari diuersitas officiorū, gratiarū, & operationum, quę ad ecclesię perfectionem requiritur, periretq; decor ecclesię, qui in ordine diuersorū cōsistit. [Nunc autē] propter exercenda opa naturę necessaria [posuit] .i. ordinauit, formauit atque constituit [deus] per causas secundas [membra] in corpore hoīs [Vnū quodq; eorū in corpore] humano, [sicut voluit] q oīa operatur secundum propositum voluntatis suę. [Qđ si essent omnia] ad corporis integritatē spectātia [vnū membrum. Vbi] esset [corpus?] q.d. Nō esset corp⁹ organicū, ad cui⁹ perfectionē diuersa membra cōcurrūt [Nunc autem] ad vitandū incōueniens tale [multa quidē membra] sunt [vnū autē] est [corpus] resultās ex diuersitate membrorum: simili modo est in ecclesia. Sed quamuis sit tanta diuersitas ordinis in naturalibus membris corpis, ac mysticis membris ecclesiæ, supiora tñ indigent inferiorū auxilio sicut subiūgit̄. [Nō potest aūt ocul⁹ dicere manui.] Quāuis oculus loqui posset,

Roma.12.

Ephe.1.

Rom.12.
Ioan.13.

nõ tñ veraciter diceret manui, q̃ est organũ organorũ atq; inferior oculo [opa].i.actiõe [tua nõ ĩdigeo] qđ eĩ oculus videt agendũ, man⁹ exeqt̃ [Aut iterũ, caput] nõ põt dicere [pedibus] q̃ viliores sunt capite [nõ estis mihi necessarij.] Pedes eĩ ꝓducũt caput ad necessaria alimẽta. Sic in ecclesia cõtemplatiui (q designant̃ ꝑ oculũ) indigent operæ actiuorũ, & p̃lati (significati ꝑ caput) indigent subditis, qui exprimũt̃ ꝑ pedes. Potest eĩ humilis potest & subditus, q̃d non põt sublimis & rector. [Sed multo magis q̃ videntur mẽbra corporis infirmiora esse].i.viliora, vt manus & pedes, q̃ cunctis mẽbris deseruiunt. Vel infirmiora.i.teneriora, vt ocul⁹ [necessariora sunt] ad vitæ sustẽtationẽ [Et q̃ putamus ignobiliora esse mẽbra corporis] vt sunt mẽbra q̃ gñationi atq; egestioni deseruiunt [his honorẽ abũdãtiorẽ circũdamus].i.diligenti⁹ tegim⁹ & vestimus. Sic in ecclesia imperfectioribus maior cura & subuẽtio necessariæ sunt, vt.s.diligẽtius instruatur, & spũalibus donis ꝑficiant̃ [Honesta autem nr̃a].i.mẽbra corporis pulchriora nullius operimenti & ornatus egent vt oculi genæ, facies. [sed deus tẽperauit].i.cõuenienter ꝓportionauit corpus humanũ. Cui⁹ tẽperationis modus annectit̃ ei cui deerat honor.i.mẽbris vilioribus [ampliorẽ tribuẽdo honorẽ].i.ornatũ vestimẽtorũ, q̃a indidit homĩb⁹ naturalẽ instinctũ ad hoc [vt nõ sit schisma].i.disproportio mẽbrorũ in corpore, sed in idipm.i. ꝓpter bonũ totius corꝑis q̃ inuicẽ solicita sint mẽbra.i.sibiĩuicẽ prõpte subseruiẽtia in reb⁹ agẽdis, ꝑiculisq; vitãdis. Sicut ꝓ defensione oculorũ, man⁹ se obijcit, & ꝓ manuũ defẽsione, ocul⁹ vndiq; conspicit. [Et si quid molestiæ] patitur vnum mẽbrũ, cõpatiant̃ omnia membra, succurrendo læsioni mẽbri ĩfirmi, nã & dolor vnius mẽbri redũdat in aliđ. Siue gloriatur.i. in aliquo delectat̃ vnum membrum, congaudeant omnia membra. id est, suo modo congratulent̃ atq; refloreãt. Quẽadmodum ergo tanta est habitudo inter corporis membra, vt vnum alteri auxilietur, condoleat, congratule-

Gal.6.
Rom.12.
Gen.3.
Gen.2.
Deut.22.
2.Reg.13.
Iob.40.
Rom.21.
Eph.5.

t, sic esse oportet iter fideles, si velit effici mẽbra Chri.
¶ Vñ ad ostendẽdũ quod ista fideles cũcernant, subiungit [Vos autem estis corpus Christi] mysticum, caritatis & fidei nexu adiuicem, & cũ Chro vnitũ. [&]estis [mẽbra] dependentia, quantũ ad esse spirituale [de mẽbro]. i. Chro principali capite nostro. vt de mẽbro. i. plona ecclesiastica cui9 p̃dicatone estis cõuersi. ¶ Cõsequnter tractat apostol9 de ordie p̃dicatorũ donorũ, & di sinctiõe ministrationũ. [Et quosdã g̃dẽ]. i. paucos, respectu aliorũ [posuit de9] p̃ fidẽ & gram [in ecclesia]. i. iter fideles, [primũ] ordie dignitatis [apostolos] sumos ac primos Chri vicarios, principes populormu ac iudices. [Secundo]. i. statĩ post apostolicam dignitatem posuit [Prophetas] noui testamenti, mysteria scripturarũ ac futura ꝓnuntiantes, quales in actibus apostolorum leguntur fuisse Agabus, Sileas, & alĩ plures. Ariopagitam quoq; Dionysium fuisse prophetã testat epistola ci9 ad euãgelistam Iohannẽ. [Tertio] loco dignitatis, posuit deus [Doctores] p̃cepta vitæ prędicãtes, & alios imbuẽtes. De qbus Actuum. 13. legit. Erant aũt in ecclesia quę erat Antiochię ꝓphetę & doctores [Deĩ] posuit deus in ecclesia [Virtutes]. i. operatores miraculorum in rebus extra hominem. [Exinde] posuit [gratias curationum]. i. sanatores corporum humanorum ordine supernaturali. Certum est autem, omnia ista conuenire apostolis. Erant enim summi prophetę, & primi doctores ecclesię, signis prędlari, sed Apostolus ponit hic ordinem gratiarum & gradus ministrorum, digniora dignioribus tribuens. ¶ Insuper posuit deus in ecclesia [Opitulationes]. i. adiutores superiorum, sicut archidiaconi opitulantur episcopis. [Gubernationes] id est, prelationes minorum personarũ, vt sunt prelbyteri. [Genera linguarum] id est loquentes linguis diuersis ex gratia speciali. [Interpretationes sermonum]. i. occultorũ sesuũ exploratores. ¶ Quod aũt nõ oĩa doã data sit singulis, sed vni hoc, alĩ illd, declarat cõtinuo [Nũquid oẽs] homines sunt [Apostoli] nõ vtq;, sed

Rom.15.
Col.1.
Eph.1.
Act.21
Eph.4
Act.2.
Act.2.
Act.2.
Iac.5.

pauciſſimi: quanto enim perfectio maior, tanto eſt rarior. [Nunquid oēs prophetæ Nunquid oēs doctores. Nunquid omnes virtutes].i. miracula operātes [Nunqd oēs linguis] diuerſis [loquunt? Nunquid oēs interpretantur?] exponendo obſcura. ¶Ne autem deſideriū hominum principaliter feratur ad deſiderandum dona iſta gratuita, eo qđ ad honorificentiam quandam pertineant, monet Apls vt dona gratum faciētia, ſicut ſunt ſeptem dona ſpiritus ſancti, potius deſiderentur. [Aemulamini autem].i. ſectamini & optate [chariſmata meliora].i. ſalubriora dona ſpiritus ſancti. [Et adhuc] vltra omnia prędicta [excellentiorē viā] ad patriā perducentem [vobis demonſtro] Inſequentis Capitulj exordio, ſcilicet charitatem.

Ecclē.1.

¶Explanatio Cap.13.ſcilicet. Si linguis hominum loquar &c.

¶Articulus.15.

1.cor.13.

HAbito tractatu de gratīs gratis datis, iam agit de charitate, quæ ſecundum quoſdam realiter idem eſt cum gratia gratum faciente. Secūdū Thomam vero ab ea realiter differt, eſt tamen inſeparabiliter ei vnita. ¶Charitatis igitur dignitatem inſinuans, ait: [Si linguis hominum] vniuerſorum [loquar] ſicut & loquor. Apoſtolis nanq̄ data eſt omnium linguarum notitia: Loquar quoq̄ & ſpiritualibus linguis angelorum .i. quamuis ſic loqui poſſem ſicut angeli ſancti loquntur adinuicem per intellectualem conuerſionem vnius ad alium, vt cum ſuperiores illuminant inferiores, vel inferiores ſuperioribus proprios manifeſtant conceptus. Quæ locutio eſt per volū tariam determinationem, ac ītellectualem eorum conuerſionem adinuicem, quod enim in corporalibus facit ſitus, hoc in ſpiritualibus efficit ordo, ſecundum Auguſtinum charitatem autem dei & proximi non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens .i. inanem ſtrepitum verborum emitto, qui alios docet atq̄ delectat, mihi autem non prodeſt, quoniam

Thomas.

EPISTO.

Actu.2.

Auguſtin.

Mat.15.

Iſa.29.

ſpiritualiter mortuus ſum. Aes quippe ſonãdo, alĩs ali quid ſignificat, cymbalum quoque tinniendo audiẽtes delectat. Patet ergo q̃ donum linguarum ſine charita te nil profit, quantumcũq; ſit ſublime [Et ſi habuero p̃ phetiam] quæ eũ ſupernaturalis cognitio futurorum & nouerim myſteria omnia]. i. occulta ſacramẽta ſummæ Trinitatis, [& omnem ſcientiam] vtriuſq; teſtamenti, & habuero omnem]. i. perfectam [fidem, ita vt mõtes] orando vel imperando [tranſferam] de locis ſuis. (De qua fide in Euangelio loquitur Chriſtus: Quicunq; dixerit huic monti tollere & mittere in mare, & non hęſitauerit, fiet ei) [charitatem autẽ non habeam, nihil ſum] quantum ad eſſe ſpirituale, deiforme, ac meritorium. Charitas enim vita eſt animę: ideo charitate ablata, deſinit eſſe & viuere coram deo. [Et ſi diſtribuero in cibos pauperũ omneis facultates meas], id eſt omnia bona mea pauperibus nutriendis erogauero, [& ſi tradidero corpus meum] tormentis pro obſeruatione iuſtitiæ [, ita vt ardeam], id eſt, comburar: [charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodeſt] ad promerendam vitam ęternam. Charitas enim viuificat mentem, iũgitq; affectũ cum deo, referens cuncta ad vltimum finem. [Charitas patiẽs eſt] facit eĩ ęquanimiter ferre aduerſa amore dilecti, [benigna eſt], id eſt, clemens, facilis ad donandum. Hi actus ſunt a charitate imperatiue: ab habitu vero patientię & benignitatis procedunt elicitiue. [Charitas nõ æmulat], id eſt, nõ inuidet, p̃ſperitati alterius. Porro ſignificationes huius verbi æmulor, continẽt hoc verſu: Aemulor inflatur, amat. iuſdet, ac imitat, charitas [nõ agit pperã]. i. puerſe, impediendo bonũ alterius, [nõ inflat] tumore ſuperbiæ [nõ eſt ãbitioſa] optãdo p̃lationẽ [nõ q̃rit q̃ ſua ſunt] non eſt inordinate ad ſeipam reflexa, ita, vt ſolũ aut finaĩr intẽdat & q̃rat ppriũ bonũ, ſed potius quęrit dei honorẽ finaliter Proximorũ aũt ſalutẽ querit vt ppriã. Vel nõ querit quæ ſua ſunt. i. ſua non repetit cum ſcandalo alterius: non enim amat pecunias, ſed animarum ſalutes [non

Mat.7.

Mar.11.

Mat.7.

Rom.5.

Mat.5.

Iaco.5.

irritatur], id est, nec verbis nec signis prouocatur ad ir[ā
[Non cogitat malum].i. nocumentum inferre alicui.
Hebr. 4. [Non gaudet super iniquitate], i. de culpa alterius non lætatur, immo compatitur: [congaudet autē veritati] vitæ, doctrinæ. atque iusticiæ, id est, bonis operibus, & recte doctrinæ [Omnia suffert].i. aduersa fortiter tolerat, & proximorum defectus pie sustinet [omnia credit] quæ diuinitus reuelantur. Nō omnibus, cū non sit credendum omni spūi, nec simpliciter oīa quæ dicunt credit esse vera: quia hoc esset incircunspectionis, secūdum illud, Innocens credit omni verbo. Vbi innocentia pro defectu sensus accipitur [Omnia sperat].i. diuina promissa longanimiter expectat & quæ petit, confidit adipisci [omnia sustinet].i. onera aliorū sustentat & portat [Charitas nunquam excidit].i. nunquam finit, aut
Apoca. 2. esse desinit. Quod intelligendū est, non quātum ad subiectum charitatis: nā habens charitatem pōt eam amittere. Iuxta illud. Habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti, & Christus in euangelio. Refrigescit, inquit, charitas multorū. Sed intelligendum est, quantum ad charitatis perfectionem internā, quoniam ita perfecta est charitas, vt nec actus nec habitus charitatis repugnet statui beatorū. Vnde cū præsenti vita non finiuntur, sed in futuro perficiuntur. Tunc em̄ charitatis præceptum perfectt implebitur. Potest tamen intelligi de charitate perfectorum, qui ita in dilectione & gratia confirmati sunt, vt cum Apostolo dicere queant Quis nos separabit a charitate CHRISTI? [Siue] sint [prophetiæ.] tamē [euacuabuntur], id est, cessabunt cum vita præsenti. Prophetia enim est obscura cognitio
Luc. 3. & concernit futura, cognitio autem beatorum est clara, & omnia sunt eis quasi præsentia. Siue linguæ cessabunt esse in patria. Non quod substantia linquæ, aut vsus eius non erit, nam sancti in patria omnia corporis membra habebunt, & vocali laude atque corporea voce vtentur, prout probabilius dicitur. Intelligendum est ergo, quod donum linguarum cessa-

bit: quia non dabitur in patria alicui vsus linguarū diuersarum ad hoc vt diuersis, loquatur linguis diuersis, eo quod nō omneis linguas intelligant: oēs enim omneis linguas cognoscent. Et sicut probabiliter estimant alii qui, sicut in primo statu generis humani erat populus vnus, & labium vnū, vt patet Geneſis vndecimo, sic in vltimo statu erit omniū electorū vnum idioma: Adqđ applicari potest illud zacharię: In die illa erit dominus vnus, & nomen eius vnum. [Siue scientia destruetur] non quantum ad habitum, aut species intelligibiles, sed quantum ad actum & modum agendi, id est, quantum ad discursum & reflexionē ad fantasmata, quorū vtrumque imperfectionis est. Ideo subditur [Ex parte enim] id est, imperfecte [cognoscimus, & ex parte propheta-
mus.] Vtraque enim cognitio valde incompleta est. Nā Esaię. 55.
sicut se habet oculus noctuæ ad lumen solis, sic intellectus noster se habet ad manifestissima naturę, id est, ad cognitionem substantiarum separatarum, & maxīe dei sublimis & benedicti: quæ tamē ex sua natura sunt maxime cognoscibilia, cum sint maxime actualia atq; formalia. [Cū autē venerit quod perfectū est] .i. cum in patria fuerit nobis concessa visio dei per speciem, quæ est perfecta & prorsus purissima [euacuabitur] id est, destruetur qđ [ex parte est], id est, imperfectio cognoscen- Eze. 27.
di, non habitus cognoscitiuus, nec actio eius perfectionalis, sed rationatiuus quo procedit a noto ad ignotum per inquisitionē, quod non erit in patria. Sed circa hoc aliqui mouent, qđ etiam dilectio nostra est imperfecta, & imperfectio nostra tolletur in patria. Ad quod respondendum, quod licet imperfectio auferatur, directus tamen immediatus ac proprius actus charitatis non tollitur, sed perficitur in beatis. ¶ Consequenter Apostolus ponit declarationem istorum per exēplum status pueri-
lis, qui cum sit imperfectus, euacuatur aduenięte matura ætate. [Cum essē paruulus] ætate, sensu, & ḡtitate [loquebar vt paruulus] verba imperfecte ꝓnunciādo [sapiebam vt paruulus] circa veritatis notitiā sępe

Philip.3. licet corpus glorificatū fortitus, [tales & cælestes].i. tales erunt electi in resurrectione futura, quando reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. vt [Ergo] cælestes effici valeamus, studendum est nobis, vt [sicut portauimus imaginem terreni],.i.sicut assimilati sumus primo parenti, sequendo eius vestigia, inobediendo, & originale peccatū ab ipso contrahendo, [Sic portemus & imaginem cœlestis].i. Christo nos conformemus per charitatem, obedientiā, humilitatem, & omnium tribulationum patientissimā sustinentiam. Non enim aliter possumus fieri cœlestes siue fœlices. Ideo subdit [Hoc autem dico fratres] quia caro & sanguis.i.homines carnales affectibus vitiosis subiecti, seu opera carnis [regnum dei possidere nō pos-
Rom.5. sunt] In cœlo enim non nubent neque nubentur, [Nec corruptio incorruptelam possidebit], id est, qui seruit corruptioni peccati, non sortietur beatam immortalitatem. Peccatum enim mentem inficit, corrumpit, & in
Sapien.6. nihilum redigit. Virtus vero cōsolidat animum, & stabilit cum in deo, idcirco impassibilitatem, quæ est perfecta incorruptela, meretur & possidebit. Vñ scriptū est.
EPISTO. Incorruptio facit esse proximum deo. ¶ Insuper manifestat Apostolus resurgendi modum ac ordinem. [Ecce] (Cum dicitur Ecce insinuatur notabile esse qđ dicitur) mysterium, id est, occultum aliquid de materia futuræ resurrectionis vobis dico videlicet. [Omnes quidem] generaliter [resurgemus,] boni & mali in fine sæculi, qui interim non surrexerunt resurrexione consummata, quomodo certum est resurrexisse virginem gloriosam. Nam & viui qui tunc inuenti fuerint, in i-
Malach.3. gne conflagrationis morientur, vt soluant debitum carnis, protinusque cum aliis surgēt. Resurrectio nanq;

non conuenit nisi ei quod cecidit: [sed non omnes immutabimur] .i. non oēs in melius reformabimur, quoniam soli electi glorificabunt reprobi vero resurgēt in peius, habebunt enim corpora ipso aspectu horribilissima. s. obscura, grauissima, grossa, & passibilia. Resurgemus autem [in momento, in ictu oculi] .i. in breuissimo tēporis spatio, hoc est, q̄ cito oculus aperitur, aut clauditur. Diuina enim virtus immensa est. Non tñ fiet repente: quia collectio cinerum fiet ab angelo, nō sine motu locali ** Surgemus quoque [in nouissima tuba] Hæc tuba tripliciter intelligi potest. Primo per tubā intelligit imperiū dei, cuius nutu resurrectio fiet. Vnde ad Thessa. ab ipso inducit. Qm̄ ipse dñs in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo. Secū do, p tubā intelligit vox Christi, qui ait: Veniet hora in qua oēs q in monumētis sunt, audient vocē filij dei. Tertio, per tubā accipi potest ad literā vox alicuius archangeli, cui commissa fuerit talis prolatio. Vnde in euange dī. Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite ei. [Canet enim tuba] (quēlibet iā præfata) .i. terribiliter imperabit resurrectionē mortuorū. Et vt dicit Hiero. sic canet, q̄d tot⁹ mundus tinniet, [& mortui resurgent incorrupti] .i. cū corpe integro. Quia diuina virtus supplebit, q̄d aliquib⁹ defuit, vt claudis mōstris, & pueris. Oēs etiā surgent in pfecta ætate & cōuenienti q̄titate. [& nos] electi [immutabimur] .i. imortalitatis gloriā cōsequemur. [Oportet enim] quatenus diuina ipleat ꝓmissio, & iusta fiat remuneratio [mortale hoc] corp⁹ [induere imortalitatē] .i. ppetuā subsistentiā, [&] oportet [corruptibile hoc] corpus [induere incorruptionē] .i. idissolubilitatem, vt resolui nō possit. Hoc ꝓprie refert ad corpa electorū q̄is & corpa reproborūfutura sint imortalia, & incorruptibilia, sed imortalitas illa erit tātis miseriis plena, vt potius esse videatur mors cōtinua, q̄ imortalitas ꝟa. [Cū aūt mortale hoc] corp⁹ [induerit imortalitatē,] .s. i die nouissimo, qñ idem nūero corp⁹ resurget prout aptissime ait b, Iob: Scio q̄ redem

Mat. 25

Hierony.

Iob. 19.

ptor meus viuit, & in nouiss. die de terra surrecturꝰ sū, & rursum circundabor pelle mea &c. [tūc fiet] .i. ipse bit [sermo] propheticus [q scriptꝰ est] Osee. 13 .scdm trāslationem 70. interpretum) [Absorpta] .i. victa [est mors] siue diabolus [in victoria] .i. p victoriosā passio nē resurrectionē Chri, q mortē nostrā moriēdo destru xit, sicut Osee loquit. Qđ thi iam allegatum est scdm trāslationē 70. interpretum. Ero mors tua o mors. Abstu lit em a nobis mortē culpę, atq; gehennæ, & in fine sæculi tribuet immortalitatē cōpletam. ¶ Præterea Apls de beneficio tanto exultās, & in pson fœliciter resurgētium loquēs. adiecit. [Ybi est o mors victoria tua?] qua omneis occidisti. Sicut scriptum est. Quis est hō q viuet, & nō videbit mortē? [Ybi est mors stimulꝰ tuꝰ?] .i. peccatum quod mortem induxit, sicut stimulꝰ læsionem infigit. Ideo subditur. [Stimulus autē mortis] .i. mortē inducēs [pctm est] actuale vel originale. Mors enim est pœna peccati, q, d. ista victoria mortis, ac stimulus eius ab electis oblata sunt. Vñ in Esa. legit. Præcipitabit dñs mortē in sempiternū, & opprobriū populi sui auferet. Itē i psal. Laqueꝰ cōtritus est, & nos liberati sumus. ¶ Ne autē putetur culpa per legem deleta, subiungitur. [Virtus vero] .i. incentiuū, seu augmentū [peccati] est [lex.] Moysi, non directe, sed ex occasiōe ex humana peruersitate, quę nititur (testante poeta) in vetitum semper, cupitq; negatū. De hoc autē in epi. ad Ro. plenissime dictū est. [Deo autē gratias qui dedit nobis victoriam,] iā ipse, & partim in re, postea autem dabit perfecte in re. Victoriā inquam peccati & mortis non nostris meritis, sed [per dñm nrm Iesum Christum] .i. virtute ac merito Christi. ¶ Postremo ponit Apostolus admonitionem saluberrimam & consolatoriam. [Itaq;] cum omnia hæc ita se habeant, o [fratres mei dilectissimi stabiles estote] in fide [& immobiles] in charitate [abundantes in opere domini semper] .i. actibus virtuosis incessanter intenti, [scientes q labor vester] ex charitate procedens [non est ina-

Osee. 13.

Ps. 88.

Esaię. 25.

Ouidius. Ro. 7. 6 5.

nis] .i. sine mercede [in domino] Imo vt apud Sap. leg. Bonorū laborū gloriosus est fructus. Hoc totū breui versiculo cōprehendit psalmista dicēs. Expecta dñm. ps.26.
viriliter age, & confortetur cor tuū, & sustine dominū
Magna itaq; est perfectio, cordis stabilitas in dño, ne
homo moueatur īpetu passionū, delectationib⁹ tēpora
liū rerū: vel minis, aut huiusmodi aliq; peccati vento. Eccl.51.
Idcirco scriptū est. Nōte vētiles in omnē ventū, sed e-
sto firm⁹ in via dñi, & in veritate sensus tui. Et iterū scri
ptura. Sapiens pmanet vt sol, stult⁹ autē mutat vt luna.

¶Elucidatio Cap. XVI. s. De collectis
autē quę fiunt &c. Articulus. XVII.

EXpeditis determinationibus principalium ma-
teriarū, in qb⁹ instruendi erāt Corinthij, iā agit
Apl's de quibusdā ordiationib⁹ particularibus.
Primo, de eleemosynis quas gentiles cōuersi fa
ciebant Iudæis cōuersis, qui in Hierusalem erant. ait ei
[De collectis autē] .i. donis seu eleemosynis [quæ] con
gregātur & [fiunt in sanctos] .i. in sustentationē sancto Actu.2.
rū in Hierusalē habitantium, qui oīa sua vēdiderūt, &
ante apostolorū pedes posuerūt, quibus cōsumptis, &
fame orta in Iudæa, in magna penuria fuerunt propter
quod ordiuauerūt apl's vt conuersi ex gentibus mitte-
rēt eis subsidia vitæ, sicut ordinaui i ecclesijs Galatię] .i.
congregationibus fideliū in Galatia (quæ est pars Græ
tiæ) habitātiū. s. Galatis [ita & vos facite per vnā sabba
ti.] i. vna die septimanæ. [Vnusquisq; vestrum apud
se reponat] .i. in propria domo ponat in loco securo,
ne forte si alī commiserit, defraudetur. Ponat ergo a-
pud se [recondens] munus [quod ei bene placuerit] .i.
tm̄ q̄tum libenter dat, ne grauetur [vt non cum vene-
ro] .i. apud vos fuero, [tunc collectę fiant] .i. eleemo-
synæ congregentur, quia tunc alia habebimus expe
dire, grauaret quoque vos si totū simul daretis. Cum
autem præsens fuero apud vos, [quos probaueri-
tis.] id est, approbaueritis, seu aptos iudicaueritis,
[per epistolas, hos mittam,] id est, istos desti-

nabo cū literis cōmendatorīs meis ac vīris [p ferre gratiā vestrā] .i. gratiosā eleemosynā [in Hierusalem] ad primitiua eccleſiam ſub Iacobo militātem. [Qđ ſi dignū fuerit,] .i. rōnabilis cauſa occurrerit: [vt & ego eā] in Hieruſalem cū eleemoſynis iſtis, [mecū ibunt,] q̄s p̄bueritis. [Veniā autem ad vos, cum Macedoniam] quæ eſt pars Græciæ, [p tranſiero.] viſitando illic, & in locis vicinis diſcipulos. [Nam Macedoniā] prouinciā illā [p tranſibo,] non diu ibi morando, cū non ſit neceſſe. [Apud vos aūt forſitan] .ſ. ſi de⁹ præſtiterit [p manebo] multis diebus, [vel etiā hyemabo:] quia multa ſūt corrigenda in vobis, ideo diuturna medici ſpūalis præſentia vobis neceſſaria eſt: [vt vos me ducatis quocunq; iero.] cū a vobis receſſero. Illa tn̄ non fuit principalis cauſa huiꝰ manſionis, ſed hoc dicit Apl's ad inſtigandum charitatē eorū ad ſe, vel ad familiaritatem oſtendendā. [Nolo enim vos modo in tranſitu videre] .i. tpe modico. [Permanebo aūt Epheſi] vnde & iſtam epiſtolā vobis tranſmiſi, [vſq; Pentecoſten.] Hoſtiū ei mihi apertum eſt magnū & euidens] .i. vehemens ratio mihi occurrit illic manendi, eō q̄ corda multorū parata ſint recipere verbū dei: [& aduerſarij multi] ſūt ibi q̄ euangelio cōtradicunt: cōtra q̄s oportet me armare fideles, vel illis quo q̄ aperte reſiſtere, [Si aūt venerit Timotheus] ad vos] [videte] .i. ſtu dete ad hoc [vt ſine timore ſit apud vos] .i. ſecure, ita⁹ vt nullꝰ ei moleſtus ſit.

1. Timo. 4. [Opus enim dñi operat] p̄dicando euāgelium Chri [ſicut & ego. Nequis ergo illū ſpernat.] eo q̄ iuuenis ſit. Vnde alibi dicit. Nemo aduleſcentiā tuam cōtēnat. [deducite aūt illum in pace] egrediendo, & ābulando cū eo pacifice per aliquod ſpacium [vt veniat ad me.] Epheſum. Expecto enim illum cum fratribus. cū eo vēturis. [De Apollo autem fratre.] Qui erat vir potens in ſcripturis & eloquens, quem Apoſtolꝰ ordinauit Corinthijs in epiſcopum ſicut & ipſi rogauerunt, [notum vobis facio qm̄ multum rogaui eum] (non præcepi) [vt veniret ad vos cum fratribus. ſecum agentibus.

Receſſerat quippe a Corinthijs propter diſcẽſionem eo
rũ quam ſedare nõ potuit, propter q̃d redijt Epheſum
ad Apoſtolum, [Et vtiq; nõ fuit voluntas eius vt nũc
veniret] ad vos, quã diu eſtis in iſta diſcordia. [Veniet
aũt cũ oĩ vacuum]. i. oportunum [fuerit] qñ videlicet
pceperit vos emendatos. [Vigilate]. i. diligentes, & ſo Mar. 13
liciti eſtote ne torpor pigritię irruat ſuper vos [ſtate]. i.
firmiter perſeuerate [in fide: viriliter agite.] Maledict9
ẽm qui facit opus dei negligẽter [cõfortamini,] profici Hier. 48
endo ſemp in gratia dei: [& oĩa veſtra] opa [incharitate
fiant]. i. charitatiue, atq; concorditer: aliter ẽm non eſſẽt
meritoria. [Obſecro aũt vos fratres, noſtis domũ Ste
phanę]. i. familiam illius matronę, vnde ſuperius dixi:
Baptizaui aũt & Stephanę domum. Noſtis etiam [&] 1. Cor. 1
domum [Fortunati & Achaici,]. i. horũ vir orũ q̃ me
cum fuerunt cum vobis predicaui, [qm̃ ſunt primitiæ
Achaiæ]. i. primi in Achaia crediderunt, [& in miniſte
riũ ſanctorũ ordinauerunt ſeip ſos,]. i. ſponte ſe obtule
rũt ad miniſtrandũ fidelibus. Hoc itaq; obſecro, [vt &
vos ſubditi ſitis] p humilem obediẽtiam, [eiuſmodi]
. i. iſtis, & talibus perſonis [omni coopanti] mihi [& la
boranti] in vobis. i. ad veſtram ſalutẽ, [Gaudeo autem ĩ
pñtia Stephanæ, & Fortunati & Achaici]. i. de hoc le
tor q̃d tales perſonę vobiſcum ſũt, [qm̃illud quod vo
bis deerat] q̃tum ad ſalutarẽ doctrinam. [ipſi ſuppleue
rũt] docendo vos plenius. [Refecerunt enim]. i. ſpiritu
aliter nutrierũt, & impleuerunt [& meũ ſpiritum]. i. ani
mam meam iucunditate, eo q̃d inſtruant vos, [& ve
ſtrũ] ſpiritũ, refecerũt veritatis notitia. Vel ſic, Gaudeo
autem in preſentia Stephane & c. i. de hoc q̃ venerunt
ad me qm̃ illud quod vobis deerat. i. q̃d vos minus de
bito mihi feciſtis, ipſi ſuppleuerunt. Refecerunt enim
. i. cõſolati ſunt, vel pauerunt & meũ ſpiritũ, & veſtrũ,
quia mihi benefaciendo, benefecerunt & vobis quibus
Apoſtolum ſeruauerunt. [Cognoſcite ergo]. i. diligen
ter attendite, & honorate [qui eiuſmodi ſunt], id eſt, ta
les perſonas. ¶ [Salutant vos]. i. ſalutem vobis cupi

unt, atq; annuntiant [omnes ecclesię Asię] minoris, cuius mętropolis est Ephesus, vbi cōscripta est pens epistola. [Salutant vos i domino multū]. i. cū igēti affectu [Prisca] mulier [& Aquila] vir ei⁹ [cum domestica sua ecclesia]. i. cū societate fidelium commorante in domo eorū [apud quos & hospitor] Horum duorum frequēter apostolus meminit, quia in primitiua ecclesia notabiles erant, & bene instructi in fide: [Salutant vos fratres oēs] in Epheso existentes. [Salutate inuicem osculo sancto]. i. spirituali et puro etiā corporali, sicut in primitiua ecclesia fuerat cōsuetudo. [Salutatio mea manu Pauli], i. propria manu subscrita. Scripsit enim apostolus propria manu in fine epistolarū suarum salutationē, ne deciperent fideles, recipiendo epistolas pseudapostolorum p epistolis Pauli. [Si quis non amat dominum nostrum Iesum Christum, [sit anathema]. i. separatus a consortio fidelium, & cō demnatus deo [Maranatha]. i. i ad uentu domini, vel donec domin⁹. Maranatha interptat dominus venit. Dicitq; Lira quod sint duæ dictiones Augustinus vero (cui potius creditur) ait q̄ sit vnum nomen cōpositū ex greco & syro: & potius est syrum quā hebreū. Hæc aūt ip catio mali, nō est itelligenda dicta de zelo vltionis seu inuidię, sed affectu iusticię: vel mō prenuntiationis propheticę· [Gratia dñi nostri Iesu Chri] quę est formale ac habituale principium totius vitæ meritorię, sed [& charitas mea]. i. talis dilectio, qualem ego habeo, sit [cū omnibus vobis in Christo Iesu] id est, finaliter propter [Christum. Amen Christus enim est finis noster, sicut in Apocal. testatur. Ego sum alpha & o, principium & finis. Cui semper sit omnis honor, virtus, beatitudo, & gloria, quoniam ipse cum patre & spiritu sancto est super omnia deus sublimis & benedictus, Amen

maranatha

Apoc. 1

1. Timo. 1

Hactenus de prima ad Corinthios epistola.

INSECVN
DAM AD CORINTH.
EPISTOLAM.

VDI fili disciplinã patris tui, vt addat gratia capiti. Prou. 1. Cũ prælatis ecclesiæ dicat Saluator: Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, constat quod pari audientia accipienda atq; implenda sunt verba prælatorum, & Chri. Quidã itaque Corinthiorũ hoc attendentes ex priori epistola Pauli correcti fuerunt, obedientes præceptis Apli, tanq; Chri. Quidã vero eorũ, in suo pstiterũt errore, pferentes Paulo pseudapostolos. Propter hoc scribit Aplus Corinthijs hanc secundã epistolã, in qua se verũ Chri pbat aplm, atq; fallacium apostolorum vanitatem ac falsitatem demonstrat errãtes Corinthios reducit ad viã iusticiæ, bonos vero incitat ad meliora, præsertim ad obseruationem patientiæ, pponens seipm illis in exemplũ. Nõ ergo cessandũ est bono prelato a spirituali cura infirmi subiecti, si statim nõ emendetur, sed continuanda est admonitio, increpatio, exercitatio, quãdiu spes est de reparatione errantis.

¶Expositio primi Cap. secundę ad Corinthios epistolæ. ¶Arti. primus.

QVoniam Corinthiorũ nonnulli minus digne de Paulo senserunt, atq; ob hoc ppriam salutẽ neglexerũt, paruipendentes verba Pauli, & pseudaplis credentes, idcirco in exordio huiꝰ epistolæ, in qua more solito præmittitur salutatio, cum dixisset. [Paulus] statim adiecit [Apostolus Iesu Christi p voluntatẽ dei] nõ vt seipm magnificaret, sed vtillorũ ꝓuideret saluti. Põt em, & dũ rõ postulat debet, ꝓlatus authoritatem suã ondere, ne sui cõtemptus impediat subditorũ salutẽ. Ponens ergo Aplus psonas scribentes, seu salutantes ait. [¶Paulus Apostolus Iesu Christi p voluntatem dei] i. a deo, seu diuina voluntate

te ad gratiam apostolat⁹ assumpt⁹, non a seipso, vel ab hominibus intrus⁹ inordinate si [& Timotheus] Ephesorum episcopus [frater] noster spiritualis. Hūc sibi adiūgit apostolus, ne Corinthñ aliquid sinistrū suspicentur de eo, quasi eos accusauerit apud Apostolū ex rācore priorem enim epistolam tulit Corinthñs ridēsq; nuntiauit Apostolo facta & verba Corinthiorum. Quamuis autem Apostolus solus istam epistolā dictauerit, vterq; tamen mādat & mittit eam Corinthñs, & forte gaPaulus multa scripsit ex Timothei relatu. Itaq; Paulus & Timotęus mandant [ecclesię dei] .i. congregationi fidelium [que est Corinthi] .i. i ciuitate sic dicta metropolitana Achaiæ [cū sctis oībus] .i. & sctis oībus, vtpote cūctis veraciter christianis: qui vtiq; sctī & virtuosi sūt [qui sunt] .i. demorant [in vniuersa Achaia] .i. quocūq; loco puinciæ sic vocatæ, (q̄ erat pars græciæ) [Gratia] quę est supernaturalis habitus, principiū omnis meritoriæ operationis, essentiā aīæ imediate pficiens [vobis] præstetur, [& pax] .i. tranquillitas mentis, de qua angeli cecinerunt. Et in terra pax hominib⁹ bonę volū-
Luc.2. tatis [a deo pre nro] per gratiā adoptionis .i. a tota sup-
benedicta trinitate, quę est vnus verus deus creator &
Mat.6. pr noster, cui quotidie dicim⁹. Pater noster qui es in cęlis [& dño nro Iesu Christo] .i. per Chm mediatorem dei ac hominū, per quem omnis gloria nobis conferē. Christus enim vt deus, est idem collator principalis cū patre spiritu sancto sed secundum naturam assumptā est dator gratiæ mediatus ac instrumentalis, quia per ipsum tanquam per causam meritoriam ac mediatricem dantur nobis charismata spiritus sancti. ¶ Consequenter procedit Apostolus ad narrationem, captās que beneuolētiam Corinthiorum & a gratiarum actione incipiens, affatur perfectos. [Bñdictus deus] .i. ab oībus bñdicat, & exaltet semp q̄ sit bñdictus de⁹ trinitas, [& pater domini nostri Iesu Christi] .i. persona patris æterni qui est genitor Christi secundum eius diuinam naturam. Hinc patrem Apostolus specialiter ex

primit exẽplo Chr̃i, q̃ ꝑ totũ euangeliũ oĩa refert ſpẽaliter ad gloriã pr̃is, quemadmodũ ait Io.8. Honorifico patrẽ meũ. Nõ qđ pr̃ maior ſit filio: aut ſpũi ſctõ, ſed quia authoritas eſt ĩ pr̃e, atq; fontalis origo reſpectu filij & ſpũs ſcti: quorũ vterq; ſuſcepit a pr̃e q̃cquid habet & eſt. Vel ſic: bñdictus deꝰ & pater dñi nr̃i Ieſu Chr̃i. i. ꝑſona patris, qui eſt deꝰ Chr̃i ſcđm naturã humanã, & pater ipſius ſcđm naturã diuinã. Vñ. Io. vlt. Chriſtꝰ teſtat̃. Aſcendo ad patrẽ meũ, & patrẽ veſtrũ: deũ meum, & deum veſtrũ. Vel deus ratione eſſentię & emanatiõis ad extra: pr̃ vero ratione ꝓprietatis relatiuę, & emanationis ad intra. Porro q̃d ſubdit̃, ſimili ſenſu accipi põt, tã de ꝑſona pr̃is, q̃ de tota trinitate, pr̃e noſtro, ratione creationis gubernationis & adoptationis. [Pater mĩarũ]. i. cauſa paterna piorũ effectuũ ex diuĩa benignitate manãtiũ. Vel pr̃ miſericordiarũ intranſitiue. i. pater multũ miſericors ſeu miſeridia plenꝰ. Et dr̃ pater miſericordiarũ, q̃uis mĩa dei ſit vna ac ſimplex ꝓpter diuerſos effectus pietatis diuinę. Vnde etiam ait pſalmiſt. Miſericordias dñi inæternũ cãtabo. [& deus totius conſolationis]. i. dator atq; benignus infuſor omnis veræ, ꝑfectæ, ac ſpũalis conſolationis, ſiue læticiæ: [q̃ conſolat̃ nos in oĩ tribulatione nr̃a] q̃ propter iuſticiã patimur a mũdo carne, aut diabolo. Conſolat̃ aũt nos, vel a tribulationibꝰ liberãdo, vel in tribulationibus patientiã dando, ita vt oẽ gaudiũ æſtimemus, cũ diuerſas inciderimus tentatiões. Vel in ipſo corde copioſã exultationẽ concitãdo ex cõtemplatiõe diuinorũ, ſic vt tribulationis acerbitas vix ſentiat̃. Hinc ſcriptũ eſt Iob. 5. Ipſe vulnerat, & me detur percutit, & manus eiꝰ ſanabunt. Et aba. 3. Cũ iratus fueris miſericodiæ recordaberis. [vt poſſimus & ipſi cõſolari eos]. i. tã copioſe, & ad hoc cõſolat̃ deꝰ nos apoſtolos, viroſq; ꝑfectos vt ex plenitudĩe, guſtu, & experentia, cõſolationis nobis ĩfuſę, valeamꝰ et nos cõſolari eos [q̃ ĩ omĩ preſſura ſunt] in quacunq; afflixione ꝓponendo nos eis in exemplũ. Poſſumus inq̃ conſolari eos [per exhortationẽ] qua ex-

ps. 88.

hortamur & ipſi a deo] .i. admonēdo eos taliter p̄ pdi
cationē vocalē, ſicut admonemur a dño p̄ iſpirationem
ſeu allocutionē iternā. Videlicet cōmemorādo p̄mia ſē
piterna p̄ prēſentibus breuibuſq; tribulationib⁹ repen
dēda, p̄ponendo etiā p̄ſecutiones, paſſiones Chriſti,
& aliorū electorū p̄ exēplo. Quēadmodū retulit Iud.
Iud. 8. Memores iquiēs eē debēt, quō p̄ nē Abrahā tentatus
eſt: & oēs qui placuerunt deo, p̄ multas tribulatiōes trā
ſierūt fideles. Eluſceſcit aē ex deo p̄ mūl alios ſpūaliter
cōſolari aptus nō eſt, qui diuinā cōſolatiuē expertus
Eccl. 39. nō eſt. Ideo p̄ ſapientē dr̄. Vir in multis exp̄tus, cogita
bit multa. Verūtñ aliqui ad deū cōuerſi tribulantur, ten
tant, & anguſtiant, nullā tñ cōſolationē experiūt qui
b⁹ cœlū eſt æneū, terraq; ferrea, qui cū B. Iob dño dice
re p̄ñt. Sto, & nō reſpicis me, clamo, & nō exaudis me
mutat⁹ eſt mihi in crudelē. Sed iſti nō deſperent, nō fran
gant, nec puſillanimes fiant, ſed manū dñi longanimi
Iob. 13. ter p̄ſtolent, ſcientes qđ deus nō deſerat ſperantes in ſe,
dicenteſq; cū Iob. Etiamſi occiderit me, in ipſo ſpera
bo. Interim vero carnalē cōſolationē deſpiciant, quate
p̄s. 76. nus in dei cōtemplatione refloreāt, luxta illđ p̄ſal. Re
nuit cōſolari aīa mea: memorfui dei, & delectatus ſum.
2. Theſſ. 1 Deniq; qđ cōſolemur a deo: alioſq; conſolari poſſim⁹
patet ex hoc [Qm̄ ſicut abundant paſſiōes Chri] .i. p̄ſe
cutiones, q̄ in Chro capite nro p̄ceſſerūt, & p̄pter eū
fidelib⁹ infligūt, eius q̄q; amore æquanimiter tolerant
[in nobis] famulis Chriſti, quib⁹ ipſe ait Io. 15. Si mei p̄ſe
cuti ſūt, & vos perſequent, quia non eſt ſeruus maior
Roma. 8. dño ſuo, [ita & per Chm] .i. per gratiā & miam Chri
[abundat conſolatio noſtra] Qui enim compatitur, &
cōglorificabitur. Propterea dicit propheta. Secundum
multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſo
p̄s. 93. lationes tuæ lætificauerunt animam meam. Alibi quo
2. Mach. 5. que dicit ſcriptura. Qui derelictus eſt in ira dei omnipo
tentis, iterum in magna reconciliatione cū ſumma glo
ria exaltabitur. [Siue autem tribulamur,] tribulatio
iſta accidit nobis, [p̄ veſtra exhortatione & ſalute]

.i. vtilis est ad exhortandum vos salubriter, s. vt vos ex emplo nostri tribulationes sustineatis libẽter. [siue cõsolamur] a deo, hoc fit [pro vra cõsolatione]. i. utile est ad consolandum vos, qm̃ eadẽ merces nobis & vobis ꝓmittitur, [siue exhortamur] diuinitus admonemur õnia fortiter ꝓpeti, hoc fit [pro vestra exhortatione & salute] qa per hoc idonei efficimur admonere vos adve strã salutem sicut & ipsi a deo monemur [quia] exhortatio [operatur in vobis tollerantiam earũdem passiõum] .i. inducit & prouocat vos ad tolerantiam pro Christo pſecutiones & aduersitates [quas & nos patimur, vt & spes nostra]. i. fiditia qua speramus vos beatitudinem adepturos [firma]. i. constans & efficax [sit pro vobis] .i. ad cõmodum vestrũ. Deum enim ꝑlati conspiciunt subditos suos in ꝓtutibus agiles, secure & firmiter spe rant bona æterna eis fore parata Vnde & Salomõ, Filius sapiens lętificat patrẽ [scientes] certitudine reuelatio nis diuinę & expientię, nõ rõcinationis humanę. De qua scientia ait Iob. Scio quod redemptor meꝰ viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sim [qm̃] id est ꝙd [sicut socñ]. i. ꝑticipes & cõsortes estis [passionũ], i tribulationum ꝓ Christo, imitãdo eiꝰ vestigia, [sic eritis &] socñ [cõsolationis] diuinę ꝑ gratiam Christi, in ꝑ senti inchoatiue & imꝑfecte, in futuro autẽ plene ac iugiter, si enim sustinemus & cõregnabimus gaudete vt & in reuelatione glorię eius gaudeatis. ¶ Pręterea narrat Apostolus magnitudinẽ pſecutionum sui i speciali. Primo. vt alñ exemplo sui ad patiẽtiam animẽt. Secundo, vt discipulis insinuet q̃ta pro eorũ patiatur salute. Tertio, vt nos aduertẽtes quã modicum patiamur cõpatione Apostoli: ab ordinato mœrore cessemus. Ita q̃ ait: [Nolo em̃ vos ignorare fratres,] Raro Apostolus discipulos suos nominat filios sępe autem fratres. In q̃ percutiẽt q̃rundã superiorum superbia, qui nimium pro ni sunt vocare subditos suos ifilios, non tam paterna dilectione quam ex quadam animositate. Idcirco

1. Cor. 4
2. Timo. 2
1. Petr. 4

Eccleſia. 32

Eccl.32 ait ſcriptura. Rectorē te poſuerūt: noli extolli eſto in illis quaſi vnus ex ipſis. Nolo ergo vos ignorare [de tribulatione noſtra q̄ facta eſt] .i. nobis illata eſt [in Aſia] .i. in Epheſo vrbe Aſię: ab Alexandro argentario qui fecit ædes Dianæ: de qua tribulatione multa ſcripta ſūt in
Act.19 Actu. [quoniā ſupra modum] ſolitum [grauati ſum⁹ & ſupra ⁊ vtutem] naturalem atq; humanam, non tamē vltra virtutem vobis per gratiam cōmunicatam: quia
2.Cor.10 ſuperius dictum eſt. Fidelis deus, q̄ non patietur vos tē tari ſupra id quod poteſtis [ita vt tederet vos etiam vi uere,] ſecūdum inferiorem partem animæ, .i. ſecūdum ſenſualitatē, vel ſenſitiuū appetitum. Quemadmodū
Mar.14. ſcriptū eſt de Chriſto. Cœpit Ieſ⁹ pauere & tędere. Nō tamen ſecundū rationē fide & ſpe adornatam: quia hoc eſſet cōtra patientię perfectionē. ¶ Poſſet interea ſciſcitari quis hoc loco, an liceat homini mortem optare
3.Regu.19. Tobiæ.3 Iob.7. ꝓpter aduerſitatum acerbitatem. Et primo apparet q̄d ſic, authoritate Apoſtoli loco p̄ſenti. Secundo quoniā Helias. perſecutiōem Iſabel fugiens dixit. Sufficit mihi dñe, tolle aīmam meā. Tobias quoq; excecatus orauit. Precipe dñe in pace recipe ſpiritum meū. Simili modo Iob ait. Elegit ſuſpendium anima mea, & mortem oſſa mea. Et reſpondendum, Quod nō licet ꝓpter perſecutiones vitādas optare mortem abſolute, & ſicut terminū vitæ, licet tñ ſub cōditione, videlicet diuina volūtate ſuppoſita, & mortē cōſiderandæ tāq; ingreſſū vitę futurę, ſic tñ vt q̄uis p̄ſecutio ſit occaſio huius deſiderij, charitatis ſit p̄cipiens atq; eliciens actum hunc [Sed & ipſi] .i. ego, & adherentes mihi [in nobis reſponſum mortis habuim⁹] .i. ex p̄ſecutionis illi⁹ conſideratione anim⁹ noſter nobis reſpondit, & certe putauim⁹, quod mors nobis iſtaret, nō em̄ arbitrabamur nos poſſe euadere. Quod ideo de⁹ ꝓmiſit [vt nō ſim⁹ fidētes in
Hie.17. Eſa.50. nobis] .i. ne in ꝓpria poteſtate ſperem⁹. Maledictus enim inq̄t Hieremias q̄ cōfūdit in homine, [ſed in deo] Vñ p Eſaiā quoq; dicit. Quis ambulat in tenebris & nō ē ei lumē? ſperet in nomine domini, & innittaur ſup deū

ſuũ. Et Hiere. iterũ. Benedictus vir qui cõfidit in dño Hier.17.
qui ſuſcitat mortuos corporaliter, animam iterũ corpo
ri viuendo, & ſpiritualiter, charitatẽ & gratiã peccato-
ribus cõferendo. De talibus ſpiritualiter mortuis Chriſ
in Euangelio loquit. Dimitte mortuos ſepelire mortu- Mat.8.
tuos ſuos [qui de tantis periculis] vitæ corpalis [eripu-
it nos] in Ephelo, & eruit inceſſanter cũ tribulamur [in
quem ſperamus,] .i. de cuius bonitate cõfidim⁹ [qm̃ &
adhuc eripiet] in futuro a ſimilibus periculis. Nõ quod
Aplꝰ a tribulationibus erui concupiuit, quaſi mortem
ꝓ Chriſto pati imparatus, ſed quia in carne manere neceſ
ſariũ fuit ꝓpter diſcipulos. Eripiet ergo nos [adiuuãti
bus & vobis in oratione] fuſa [pro nobis] .i. vſa oratio-
ne nobis ſuccurrente, & iſtã orationem nobis promerẽ
te, ſeu impetrante, ad hũc finem [vt ex multarũ ꝑſonis
facierum] .i. a ꝑſonis diuerſarũ diſpoſitionum, ætatum
virtutũ, meritorum atq; reſpectuum. ſ. a cunctis gradi
bus fideliũ, qui ſunt [eius quę in nobis eſt donationis]
.i. gratię nobis diuinitus diſtributæ [ꝓticipes, per mul-
tos] .i. ab ꝯs diuerſis pluribuſq; fidelibus [gratiæ agã
deo pro nobis] .i. ꝓ noſtri ereptione. Videlicet vt oẽs
fideles gratias referant deo pro conſeruatiõe vitę mee
ad ꝓfectum eorum. Et merito hoc agere debent, digni
q; eſt ſic fieri. [Nã gloria noſtra] .i. cauſa atq; matera
næ ſpiritualis exultationis in deo [hæc eſt, teſtimoniũ
cõſcientię noſtrę] .i. fiducialis teſtificatio conſcientię ꝓ
prię. Secura enim mens, quaſi iuge conuiuiũ. Semp ve Prouer.15.
ro præſumit ſæua conſcientia perturbata. Deinde po- Sapien.17.
nit quid ſibi perhibeat atq; teſtetur conſcientia ſua vi-
delicet quod in ſimplicitate bona quæ duplicitatiſ pli-
cam excludit [& ſynceritate] .i. munda intentiõe ac pu
ra veritate [dei, & non in ſapientia carnali,] aut ſeculari
quę docet ſenſibilia bona exquirere. De qua dicitur. nõ Iaco.3.
eſt iſta ſapientia deſurſum, ſed terrena, aïalis, & diabo-
lica, [ſed in gratia dei] id eſt, ſecundum inſtinctum &
opera gratiæ nobis a deo infuſę [conuerſati ſumus in
hoc mundo], a tempore conuerſionis noſtræ ad Chriſm

[abundantius autem] id est gratiosius conuersati sum⁹] ad vos], id est, vobiscum, a quibus nihil recepimus. De hac laudabili simplicitate qua homo corde, ore, & ope, vniformi modo se habet, omne m vitans simulationem hypocritarū: scriptum est Prouerbio. 3. Recti habitabunt in terra, & simplices ꝓmanebūt in ea. Et iterū. Cum simplicibus sermocinatio dei. Ad hanc simplicitatē hortat Iac. 4. dicēs. Purificate corda duplices aio Porro qđ ita habuerimus nos ad vos patet. [Nō enim alia]. i. oppositā [scribimus vobis,] in hac secunda epla [quā quæ legistis] in prima epistola vobis a me missa [& cognouistis.] ex lectione illius epistolę, immo & ꝓ experientiā operum meorū inter vos [Spero autem qđ vsq; in finē]. i. perseueranter ac firmiter [cognoscetis] nos in simplicitate & syncericate conuersari [sicut & cognouistis nos ex parte:. i. quemadmodum partim iam rectitudinem nostrā consyderastis, expertiq; estis [quia gloria vestra]. i. causa vr̄ę leticiæ [nos sumus] Honest⁹ Prou. 17. em & sapiens pater lætificat filios bonos, qui vtiq; in Pro. 10. 15. gratia patris sui cordialiter iucundant̄ [sicut & vos] estis gloria [nostra] Nam filius sapiens, gloria est patris vt Salomō dicit, maxim e enim gaudent boni patres de filiorū suorū ꝓfectu, sicut Io. 1. sua ait canonica Maiorē horū gratiā non habēs, quā vt audiam filios meos ī veritate ambulare. Vnde infra dicit Aplꝰ. Nunc viuim⁹ 1. Thes. 3. si vos statis in dño. Sic autem vnus nostrū, est gloria alterius, [in die domini nostri Iesu Christi] .i. ad hoc vt in die iudicij simul glorificemur. Vel quod vnus sit gloria alterius, euidentius apparebit in die prædicto, Heb. 4. quando oia aperta erunt ac nuda, propter quod tēpus illud, dies vocat̄ [Et hac cōfidentia] qua ita syncere me circa vos habui, & quia vnus nostrū, alterius gloria est [volui prius venire ad vos,] quam ire in Macedoniā sicut promisi me venturū ad vos, quāuis ita non feci propter culpam vestram, scilicet propter vestram peruersitatē & litem [vt secundam gratiam]. i. alium profectum [haberetis,] ex meo aduentu, quia infructuo-

sus nō est, hoc est vt sicut in primo aduētu meo ad vos instruxi vos circa credenda: sic mō docerē vos circa agēda, [& p vos] .i. a vobis. & vso ducatu [trāsire in Macedoniā] ꝓuinciā grecie [& a Macedonia] voluī [venire ad vos] vt tertiā gram. i. pfectā ifotmationem haberetis, [& a vobis deduci i Iudeā] vt sanctis qui ibi sūt vras eleemolynas ferrens. Sed qa Apls nō venit sicut ꝑdixit: qdā Corinthiorū reꝑhēderūt ipsū de leuitate, falsitate, & carnalitate, quasi ꝓpter corpale cōmodū venire distulerit. Iō de his malis se excusans adiecit [Cū ergo hoc voluisse] .i. vos visitare optasse, sicut iā dixi [nunquid leuitate] aut instabilitate [vsus sum] mutādo ꝓpositū sine rationabili causa, [aut quę cogito,] facere [scdm carnē cogito] .i. nunqd carnali sensu vtor, dū vos visitare ꝓpono, qd tn nō facio, tanq ꝓpter carnis cōmoditatē hoc differā? [Vt sit apud me, est, & nō] .i. affirmatio & negatio de eodē, puta mendaciū. Non vtiq, qm nihil dixi itētiōe fallēdi, & hoc ipsū qd dixi itelligendū erat, nisi rōnale ipedimentū occurreret. Mę daciū vero est falsa vocis significatio, cū itentiōe fallēdi. [Fidelis aūt] .i. verꝰ i ꝓmissis [deꝰ] est, idcirco nō mittit nūcios falsos & ifideles, cuiꝰ signū vt rō est [qa sermo nr q finit ap dd vos] .i. ꝑdicatio nra vobis ꝓposita [nō est i illo, est, & nō] .i. affirmās & negās aliqd de eode scdm idē, sic ei mēdax esset, [sed est i illo, est] .i. sipliciter affirmauit eē i deo, vt i effectibꝰ eiꝰ qd i eis est. i. qd eis veraciter cōpetit. [Dei em filius Christus Iesꝰ q i vobis p nos ꝑdicatꝰ est] .i. a nobis vobis euāgelizatus, videlicet [p me] sicut p principalē [& Siluanum] (Quē aliqui dicūt esse Silea apostolū) [& Timotheū] cooperatores, adiutor es q̄ meos. [nō fuit in illo, est, & nō est] .i. contradictionē includens, seu falsitatem, [sed est in illo fuit] .i. sermo noster de Christo sic ꝓnuncia, tus est, sicut vere in Christo impletum est. Vere em natus, passus, ac resuscitatus est sicut docuimus. [Quotq enim ꝓmissiones dei sunt] .i. vniuersę ꝓmissiones patris factæ de Christo [in illo etiam] est, id est, in Christo

Mendaciū qm est

Io.1. vere implētur. Vnde Io. dicit. Gratia & veritas p Chri
stum facta est. Et Christus in cruce dicebat. Cōsumma-
Io.19. tum est. [Ideo dicimus & per ipsum] Chm, [Amen],
id est verū est [deo patri] quia p Christum fatemur ve-
Ioan.17. rificata esse patris promissa [ad gloriā nostram] .i. ad
Mar.8. nostram salutem: quæ consistit in hoc quod diuinā ve-
Luc.11. ritatē agnoscimus atq; fatemur, sicut ait saluator. Qui
Mat.10 me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & e-
go eum coram patre meo. [Qui autē cōfirmat nos vo-
biscum], id est nos & vos simul [in Christo], id est, in
fide & dilectione Christi [& qui vnxit nos,] interna &
1.Io.3. spiriuali vnctione. videlicet perfusione spiritus sancti,
De qua dicitur. Vos vnctionem habetis a sancto, & vn
ctio eius docet vos de omnibus. Hæc vnctio primo cō
fertur in baptismo. Qui ergo sic confirmauit, & vnxit
nos, est [deus: & qui signauit nos,] .i. in libro vitæ con
scripsit: ab alijs discreuit, & ad se pertinere monstrauit:
[& dedit pignus spiritus] .i. arram spiritus sancti, vide
licet dona diuina, q̄ sunt pignus certificans nos de inha
bitatione spiritus sancti, & futura beatitudine nobis prę
standa. (Ex perceptione quippe præsentium munerū,
Iaco.1. certa fit expectatio futurorum) Itaq; q̄ dedit pignus
istud [in cordibus nostris] in quibus dona spūs sancti re
cipiunt, est deus. Ideo omne bonū ei asscribimus. ¶ In-
super pandit cur ad eos non venerit. [Ego autē testem
inuoco deum] .i. per deum testor & iuro, & hoc [in ani
mam meam] .i. contra bonū animæ meæ si mentior [qđ
1.Cor.4. p̄cens vobis] .i. vestrę infirmitati condescendens ac p
uidens [non veni vltra] .i. post primam vicem, vel atē
pore vltimi recessus mei a vobis [Corinthum] videli
cet ne cogerer vehemēter dure corripere vos, ideo mal
ui vos scripto corrigere, vobisq; aliquantum correctis
venire [nō quia dominamur fidei vestrę,] id est vobis
fidelibus. Tanquā dicat. Non ideo asserо me vobis spe
perciſſe, quasi fides vestra nostro subiaciatur imperio
cum fides sit voluntatis, vel quasi vobis dominemur.
1.Pet.5. Vnde Petrus. Pascite, inquit, qui in vobis est gregē, nō

vt dominātes in claris, sed forma gregis effecti [sed adiutores] .i. cooperatores [sumus gaudij vestri] spūalis, qđ nunc habetis per fidem, & in futuro sortituri estis per speciem. Hoc est. inducimus vos per exhortationē ad opera bona, ex quibus gloriamini in domino iam in isto exilio: & per quæ futuram fœlicitatē meremini, de qua saluator: Intra, inquit, in gaudiū domini tui. Adiutores, inquā, sumus gaudij vestri, idcirco. [Nam fide statis] .i. ꝑ fidem erecti estis ad deum in bonis operib⁹ ideo cooperamur vobis inducendo vos ad perseuerantiam atq; profectum.

2. Cor. 5
1. Cor. 13.
Mat. 25

¶ Secū di Cap. expositio, videlicet, Statui autem hoc. &c. ¶ Artic. II.

DEniq; plenius reserās Apl's cur ad Corinthios vltra nō venerit, ait [Statui autē hoc apđ me] .i. in aīo meo firmiter ordinaui atq; proposui, [ne iterū in tristitia] .i. cū cordis dolore [venirē ad vos] dolēdo ꝓpter vestrā discordiā. Vel in tristitia .i. ne veniēs vos tristes efficerē, corripiēdo vos dure doleo nanq; de vr̄a īꝑfectiōe. Qđ patet per hoc, [Si eī ego cōtristo vos] redarguendo vr̄a pctā [& quis] ex vobis [est qui me lętificet,] .i. tristitiā meā in lętitiā mutet [nisi q cōtristat] .i. ad bonā tristitiā. s. pœnitētiā salutarem mouet [ex me?] .i. ex mea increpatiōe? Quēadmodū ergo de vestris culpis doleo, ita de pœnitetia vestra exulto. [Et hoc ipsum] Videlicet quod nemo errātiū in vobis me lętificat, nisi qui cōtristat ex me [scripsi vobis] in ista epl'a [vt non cum venero] ad vos [tristiā] nouam super tristitiā] ante conceptam [habeam] ne vehementer doleā inueniendo vos in dissensionibus constitutos, [de quibus] .i, de quorum profectu atq; salute [oportuerat], id est. decens erat [me gaudere] in domino, eo quod sum [confidens in omnibus vobis] .i. de vestra correctione & obedientia pręsumo & spero: [quia meum gaudium] spirituale, quo de vestri emendatione & gratia lętor [omnium vestrum est] ,id est, in vos redundat, vobisq; prodest, atq; cōmune est. Si-

cut enim ego de vestri correctione glorior, sic & vos de eadem gloriari debetis. Habui autem magnam tristitiam percepta vestra dissensione, cuius signū est. [Nā ex multa tribulatione] .i. afflictionē [& angustia] pressura, & solicitudine cordis [scripsi vobis] superiorē epistolam [per multas lachrymas] .i. copiose lugendo ob vestros errores. Et hoc feci, vel me hoc fecisse tā recito [Non] finaliter ad hoc [vt contristemini] Tristitia non est finis vltimate intentus, sed gloria, [sed vt sciatis] per experientiam curę meę ad vos [quam charitatē] .i. quantā quanq; specialem dilectionem [habeam abundantius] .i. multū abundanter [in vobis] .i. ad vras personas, hocque scientes, libentius acquiescatis admonitionibus meis, certi quod est charitate procedant. Nihil enim prouocat dilectionē, sicut dū vnus sentit se amari ab alio. Hinc etiam constat, quod bonū ac vtile sit alī manifestare dilectionem quę ad ipsū habet, quia amanti facilius consentit, per accidens tamen hoc malū est. Primo, si habeat speciem adulationis. Secundo, si alter per hoc moueatur ad gloriam vanam.

1. Cor. 5 ¶ Deinde agit Apostolus de illo enormi & publico fornicatore, qui patris sui habebat vxorem, quē & Apostolus tradidit Sathanæ, sicut in prima epistola patuit. [Si quis autē] .i. aliquis vestrū [me contristauit] maxime fornicator prędictus [non me contristauit] tristitia immoderata actū rationis impediente, quę in sapientem non cadit secundum philosophum. Dę qua tristitia scriptum est. Prou. 12. Non contristabit iustū quicquid ei acciderit. Item q;, Tristitiam lōge expelle a te, multos enim occidit tristitia, & Eccle. 30. nō est vtilitas in ea. Ita q; non me cōtristauit omnino [sed ex parte] .i. aliquo modo, & moderate, put charitas exigit tristari de pctō alterius. Vel nō me cōtristauit .i. solū [sed ex pte] .i. etiā aliq; aliorū me cōtristarūt, & hoc dico [vt nō onerē oēs vos] .i. ne videar oīb9 vobis graue culpā ponere, & increpationē inducere. [Sufficit illi] .i. satis grauis, & p sufficiēti pœna reputāda est [q; ciusmodi ē.] .i. fornicatori p̄fato [obiurgatio hec] .i. increp

patio & excõicatio[quæ fit]facta est illi[a pluribus].i. ab oĩbus vobis qb9 collectis obiurgatus fuit. Magnũ em̃ intra se fert tormentũ, q vitia sua cernit ab oĩb9 dete stari. Et in tantũ fussicit ei obiurgatio ista[ita vt econtra rio].s.pro excõicatione[magis donetis]ei.i. ignoscatis & consolemini eũ verbis atq; exẽplis sacræ scripturæ ad diuinę miæ cõmendationẽ spectantibus, vt est illud in Ezechi Nolo mortẽ peccatoris. Et illud zachari: Conuertimini ad me, & cõuertar ad vos, dicit dñs, [ne forte abundãtiori tristitia absorbeat].i. inordinato mœrore, & excessiuo cordis dolore desperet & pereat, qui eiusmodi est.i. fornicator iã dictus. Quia vt Salomon ait, In mœrore animi deiicitur spiritus[Propter quod obsecro vos]ex humilitate, qui possem præcipere apostolica authoritate[vt confirmetis].i. per opera charitatiua ac fortia ostendatis[in illũ]pœnitentem[charitatẽ] fraternã, hortando, cõsolando, atq; ad prisiimã societatem & cõmunionem ipsum admittendo.[Ideo enim & scripsi vobis, vt cognoscã].i. videã[experimentũ vr̃m .i.facta experimentalia, p quę experimentaliter constet an in omnibus præceptis admonitionibus obedientes sitis mihi, quatenus si ita non est, instruam vos pleni9 de obedientia generaliter obseruanda. Viris quippe heroicis, diuinis atq; perfectis, q̃s certũ est a spũ s. moueri, in omnibus obediendũ videt, etiãsi supra vires & contra rationẽ naturalẽ videt quod iubetur. Cur vero donare & parcere debeant p̃dicto pœnitenti, quẽ Apl̃s nõ ex primit nominatim ne confundatur, subiungitur. [Cui aũt aliquid donastis].i. ei cui vos ignouistis[& ego donaui]Nã cũ illi rogabãt Apostolũ p indulgentia & reconciliatione alicuius iniusti, Apostol9 consensit, ideo dignũ est, vt & ipsi q̃q; ignoscant pro quo rogat Apl̃s & vt donatio seu remissio Apostoli agnoscatur rata & efficax.[Nam & ego donaui], id est, ignoui & absolui pœnitẽtem[si quid donaui]Hoc addit Apostolus ad innuendum, quod non passim aut indiscrete donauit, sicut & Timotheo transcripsit. Manus cito ne

Ezech.18. zacha.1.

Pro.15.

Mat. 16. mini imposueris. [Propter vos] .i. ad vestrā instantiam [hoc feci in pſona Christi] .i. vice & loco Christi, cuius vicarij sumus, qbus & ipse suā ptātem commisit: & solvendi item cp ligādi virtutem largit⁹ est, [vt nō circūueniamur a sathana] .i. nea diabolo decipiamur, habendo nos nimiū rigorose, aut nimis remisse circa subiectos quorū vtrūcp plato vitandūest. [Nō enim ignoram⁹ cogitationes eius] In cōmuni .i. machinamenta, altutias, atcp suggestiones, quibus conatur fideles a medio virtutis retrahere. In speciali tamen nescit aliquis cogitationes dæmonū, sicut nec hominum, nisi ex speciali revelatione. Pręterea manifestat Apl's cp occasione Corinthiorū ipeditus sit Troade. [Cū autem venissē Troadem propter euāgelium Christi] illic prędicandū [& ostium mihi apertū esset] .i. corda hoim aperta & ppārata recipere verbū dei [in domino] .i. in virtute & gra dei. Vel in domino .i. secundū placitū voluntatis diuinę [non habui requiem spiritui meo] .i. mente quietus non fui, nec desiderio meo satisfacere potui, [eo cp nō inuenerim] ibi [Titū fratrē meum] episcopum Cretensium, sicut cōdixeram⁹. Impeditus enim Titus & retardatus mansit apud Corinthios. Vnde eo absente non potuit Apl's & aduersarijs resistere, & fideles satis instruere: [sed vale faciens eis] videlicet Troianis cōuersis [profectus sum in Macedoniā] ad qđ forsitan illud

Actu. 16. pertinet actu. Cum autem pertransissent Mysiam descenderunt Troadem: & visio per noctem Paulo ostensa est, Vir macedo quidā erat stans & deprecans eum, & dicens, Transiens in Macedoniā, adiuua nos. ¶Incipit insuper Apl's commendare seipsum, propter causas superius assignatas. [De eo aūt gratias] referim⁹ [q̄ semper triūphat] triūphare [nos] facit [in Chro Ieſu] .i.

1. Cor. 9. in virtute & gra Christi [& odorē notitiæ suæ] .i. dulcem ac odoriferā suæ maiestatis sapientiā .i. sacræ scripturæ doctrinā, quæ dulcis ē, qa inflāmata affectū, qđ non facit naturalis sapientia, nisi debili modo [manifestat per nos] .i. per nostrā prædicationem [in omni lo-

eo. Quemadmodum scriptum est. In omnem terrā exiuit sonꝰ eorū. [Quia Christi bonus odor sumꝰ].i. per nos, videlicet nostrę prędicationis institūtiam, operatiōe miraculosam, & conuersationem exemplarem, Christi bonitas, veritas, atq; dulcedo alīs innotescit ac sapit. De tali odore in Cāt. legitur. Curremus in odorem vnguētorū tuorū. Et rursus. Odor oris tui, sicut odor malorū punicorū. Sic ergo sumꝰ bonꝰ odor Christi [deo].i. ad gloriam sanctæ & superbeatissime trinitatis, cuius fides & gloria mundo p nos reuelatur. [In his qui saluj fiunt & in his q pereūt] sed differēter [alīs quidē] videlicet reprobis, sumꝰ [odor mortis] culpę [in mortē] pene æternæ p accidens tamen, ratione peruersitatis eorū quia ex nīa p̄dictioe & bonitate ad inuidiā incitant, grauiusq; delinquūt [alīs aūt] putaelectis, summus [odor vitę] gratię, tendentis [in vitā] glorię. Quia ex nostra prędicatione diuino accendunt amore, q̄ nihil est dulcius. [Et ad hæc] agēda, videlicet vt sit aliquis bonus odor Chri (secundum modum dictū) [quis] illorū pseudapostolorū [tā idoneꝰ?] est sicut nos apli? nemo vtiq; [Nō em sumꝰ sicut plurimi] falsi doctores [adulterātes verbū dei].i. puerse interp̄tātes, & sine fructu debito faciē te diuinā scripturā, [sed ex synceritate].i. pura intētiōe & vero intellectu verba diuina p̄dicam⁹ [sicut ex deo] edocte, tāq; diuinitus iformati & loquētes [corā deo].i. tā reuerenter & sancte ac si deum cerneremus p̄ntem, cuius p̄sentiā oculo itellectuali attēdimus [i Chro].i. secundū Chri voluntatē & institutionē [loqmur]

¶ Declaratio Cap. tertij, scilicet. Incipimus & c ¶ Artic. III.

MAnifestatum erat Apło q̄ aliq; Cornthiorū scādalizabantur in hoc quod toties commendauit seipsum, quasi inaniter moueret, ppriā magis q̄ dei gloriā quærens, q̄d est cōtra Salomonis doctrinā, dicentis. Laudet te alienus & non os tuū, extraneus, & non labia tua. Vnde & saluator. Si glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Ideo Apostolus in Cant. 1. 7. Prouer. 27 Iohan. 8

huius Capitis exordio excludit malā suspitionem illorū dicendo [Incipimus iterū] in hac epistola, sicut in pria [commendare] .i. laudare [nos ipsos?] Videlicet propter propriam gloriam nostram & non potius ꝓpter gloriam dei ad vestrī instructionem, vt agnita veritate nobis credatis, non Pseudapostolis. [Aut nunquid egemus sicut quidā] fallaces, atq; hypocritæ [commēdatī cīs] .i. laudatorīs [epistolis] mittendis [ad vos aut ex vobis] .i. a vobis ad alios transmittendis: quasi diceret. Nequaquam indigemus huiusmodi epistolis ex parte nostri, quem propria virtus satis commendat: tamē ꝓpter ignaros necessarium est ne fallantur: Quod autem non indigemus commendaticīs literis patet [Nā epistola] .i. aliquid simile epistolæ nostræ, videlicet conuersi ac instituti a nobis [vos estis] quia in vobis nostra virtus & sapientia declarantur, quasi in libro. Epistola inquā [scripta], id est, vehementer impressa [in cordibus nostris] quoniam indesinenter memoriam, solicitudinē que pro vestra salute habemus [quæ] epistola [scitur, & legitur ab omnibus hoibus] .i. cunctis fidelibus constat vos esse conuersos & institutos a nobis. Legunt quoq; & discunt seu pensant in vobis, vel ex vestræ conuersationis intuitu quales nos simus: sicut ex consideratione discipuli innotescit prudentia perfectio q; magistri [manifestati], id est, per fidem & opera bona hoc alīs de vobis ostensum est [quoniam epistola estis Christi] id est, a Christo principaliter instituti & scripti, cuius etiā virtus & gratia in vobis repræsentatur, [ministrata], id est, nostro ministerio ad fidē eductī, & Christo exhibiti estis. Epistola inquam scripta [non atramento] quomodo scripsit Baruch ex ore Hieremiæ [sed spiritu dei viui] id est, spiritu sancto, a quo instituti estis, & inter electos ascripti. Ipse em̄ est digitus dei, q̄ diuina in nobis scribūt, seu īprimunt. De q̄ loq̄t Christ⁹. Si in digito dei eīcio dęmonia &c. Scripti aūt [nō in tabulis lapideis] (quō scripta erat lex Moysi) .i. nō instituti i cordibus duris, nec hmōi cordibus impressi

Hie. 36.

Lucę. xi.

ſed in tabuł cordis carnalib9. i. cordib9 pñs ac mollib9 Vel in int ellectu prudēti, voluntate benigna, memoria ſtabili. De qb9 tabulis legīt in Prou. Serua mādata & legē quaſi pupillā oculi tui: & ī tabulis cordis tui ſcribe ea. In talib9 ergo tabulis fideles ſcripti dicūtur a ſpiritu ſācto. Primo, quia p eius inſtitutionem & gr̄am corda habēt hmōi lota, ſcilicet p charitatē: apta, p obediētialē promptitudinē. plena, p manſuetudinē. mollia, p diuini verbi receptionē celerē, & cōpunctionē. Vnde dñs p Exec. pmittit. Auferam cor lapideū de carne veſtra, & dabo vobis cor carneū, & ſpiritū nouū ponā in medio veſtri. Secundo, quia pñs fidelibuſq; p̄latis ac p̄ximis impſſit ſpūs ſ, curā de ſalute aliorum. ¶Pr̄eterea declarat Apoſtolus quod nō proprie commendet ſe ipſū ſed deū, cum omne bonum ei aſſcribat [Fiduciā aūt talē]. i audaciam, ſic loquēdi de noſtris p̄conīs, [habem9 per Chriſtum]. i. a Chro per gratiam eius [ad deum trinitatē,] coram quo iſta fiducialiter dicimus. [Non q̄d ſufficientes ſimus cogitare] & p conſeq̄ns nec dicere, nec facere poſſumus [aliq̄d] meritorium [a nobis]. i. propria poteſtate [quaſi ex nobis]. i. tanq̄ ex prima & principali ꝟtute, licet em̄ nos ſimus cauſa opis boni p liberū arbitriū (qa nec aliter meremur) natura tamen noſtra īdiget gratia, nā liberū arbitriū indiget non ſolū habitu gratie ſupnaturalis, & diuinenę dilectionis, ſed etiam actuali motione ſpiritus ſancti nos excitantis. In quo dānat error Pelagī, aſſerentis quod inchoatio opum meritoriorū ſit a nobis, conſūmatio vero a deo. Inchoatio enim in nobis, eſt cogitatio, in qua operatur deus ſecundum apoſtolum. Vnde alibi loquit̄. Deus operat̄ ī nobis velle & perficere. Ideo ſubdit̄ [ſed ſufficiētia nr̄a]. i. ꝟtus & efficatia meritorie cogitandi, loq̄ndi, ac opandi [ex deo eſt]. i. ex motione & grā dei a q̄ eſt oīe donū optimū, & datū p fect̄u. Propter q̄d ait ſaluator. Sine me nihil poteſtis facere. Et p pphetā. Perditio tua Iſrael ex te, i me tm̄mō auxiliū tuū [q et idoneos nos fecit miſtros] i. efficaces & dignos p̄dicatores [noui teſtamenti]

EPISTO.

Error pelag

.i. euangelicę legis, [non litera]. i. nō instructione litera li[sed spiritu]. i. illustratione spiritus sancti a q̄ vitā & sapientiā nos ad tm̄ officium dignificantē accepim⁹. Nouū q̄ppe testamentū nō est datū apl̄is p exteriorē scripturā: sed internam illustrationē. Ideo vocatur lex spiritus. Lex aūt Mosayca appellat lex literę: qa in libro ac tabulis scripta. Ad cui⁹ distinctionis insinuationē dns ait Hier. 13. Ecce dies veniūt, & feriā domui Israel, & domui Iuda pactū nouū non tale quale pepigi cū p̄ribus eorū &c. Ratio aūt cur deus nos fecit idoneos non litera sed spiritu, est. [Litera em̄]. i. lex scripta [occidit] ex occasione: qa nō cōtulit gratiā, & auxit cōcupiscentiā: eo q̄d hō nitat inuetitum: auxit q̄q̄ gñaliter culpā, qm̄ posit veritatis notitiā, grauius est peccare q̄ añ, [spirit⁹ autē] sanctus, q̄ per apl̄orū ministrationē dabat fidelib⁹: & nunc per sacramenta ecclesię dat hoib⁹ [viuificat] vita gratię corda credentiū. Vel sic: Litera. i. sens⁹ literalis, vel potius, qui Iralis videt occidit, spiritus aūt .i. intellectus spiritualis ac mystic⁹ viuificat. Proinde ostendit Apl̄s dignitatem ministrorū noui testamenti, comparatione ministrorū veteris testamēti. [Quod si] .i. q̄a [ministratio mortis]. i. exhibitio instrumentalis veteris legis, per occasionē occidentis animā transgressoris (vt dictum est sæpius) Virtus enim peccati lex & etiam mortem corporalem facile ferenti s [literis] visibilibus [deformata]. i. scripta [in lapidibus]. i. in lapideis tabulis [fuit in gloria]. i. gloriā habuit in suo ministro seu mysteriali legislatore, [ita vt non possent filij Israel intēdere] i. visū figere [in faciē Moysi propter gloriam]. i. claritatem [vultus eius], In quo apparuerunt radij splendidi, angulariter ascendentes in similitudine cornuum repercutientes intuitum filiorū Israel. Vñ & facies eius dicitur fuisse cornuta, [quæ euacuatur]. i. q̄ claritas moysi, vel q̄ ministratio finit & cessat. Cito em̄ desinit claritas illa. Vetus q̄q̄ lex cessauit, noua lege p mulgata, [quomō non magis ministratio spiritus]. i. euangelicę legis, gratiā sancti spūs ratiōe sacramētorū

2. Cor. 15.

continentis [etit in gloria] .i. dignitatē & gl̄iam habebit in ſuis miniſtris (puta ap̄lis) in p̄ſenti atq; futuro, etiā ampliorē q̄ miniſtratio mortis. Q. d. immo habebit. Ideo ſubdit [Nā ſi miniſtratio dānationis] .i. veteris legis, dānationē accidenter ęternā augentis, & inferentis qm̄ peccatum p̄hibendo, nec tm̄ gratiā largiēdo, auxiit pctm̄, ficq; dānatiōi fecit obnoxiū, ſicut em occidit, ita & dānauit. De cuius rei intellectu tractatum eſt pleni⁹ ad Roma. 6. 7. 8. Si ergo miniſtratio iſta [gloria eſt,] .i. honor & dignitas Moyſi, [multomagis abundat miniſterīū iuſticię] .i. miniſtratio nouę legis verā perfectionē & gratiā iuſte viuendi ĩcludentis [in gloria] .i. copioſiorē gloriā habet annexā. Ecce quō ſanctus Ap̄s ſeipſū, & coapoſtolos ſuos Moyſi p̄fert, ſaltē quantū ad gratias gratis datas. [Nā nec dum glorificatū eſt] i. glorioſum reputandū nō eſt [quod claruit in hac parte] .i. lumen vultus Moyſi [propter excellentem gloriā] .i. p̄pter vehementē exceſſū dignitatis & glorię miniſtris noui teſtamenti cōceſſū, quę tanta eſt vt comparatione eius gloria vult⁹ Moyſi quaſi nihil ſit. Vel ſic: Nā nec glorificatū eſt. i. hoibus perfecte reuelari nō potuit q̄d claruit in hac parte. i. gloria miniſtris nouę legis collata Tanta enim eſt gloria & dignitas apoſtolorū, vt viatores capere nequeant. Porro q̄d ſubdit, vtriq; cōſonat expoſitioni. [Si enim q̄d euacuat] .i. vetus teſtamentū quod ceſſauit [p gl̄iam ē] .i. p gl̄iam & claritatē Moyſi p̄ſtitū, datum, ac receptū eſt, [multomagis, q̄d manet] .i. noua lex, cui alia non ſuccedet danda a deo [in gloria eſt] .i. dignitatem glorioſā habet annexā. [Habentes igitur talem ſpem] Videlicet quod tanta nobis collata eſt gratia, & tanta gloria p̄parata, [multa fiducia vtimur] .i. cum ingenti confidentia noſtrum officium exercem⁹ certi de gloria remunerationis, & non cælamus myſteria ſcripturarum, ſeu myſticos ſenſus, [& nō ſicut Moyſes ponebat velamen] .i. pannum quendā ſeu operimentum [ſuper faciem ſuā] cornutam, ſeu lucidam ex colloquio dei, Exodi. 34. [vt non intenderent filij Iſrael Roma. 3.

in faciē eius] qa nec eā inspicere poterāt p̄ splendore. ni si esset velo obducta. Per figurabatur, q̄d spūalis & verus intellectus veteris testamenti tegebat̄ obscuritatib⁹ figurarum legalium, [quod] velamen [euacuatur] .i. p̄ doctrinam apostolorum atq; doctorum aufertur, dum veteris testamenti scriptura vere elucidatur], sed obtusi .i. excęcati [sunt sensus eorum] .i. mentales oculi infidelium Iudęorum. Iuxta illud: Obscurentur oculi eorū ne
ps.68 videant, [Vsq; in hodiernum enim diem idipsum velamen], i. figuralis obscuritas legis [i lectione veteris testamenti,] .i. dum legitur scriptura veteris testamenti [Iudęis manet non reuelatum] .i. occulta, seu non intellecta quia non aliter intelligunt scripturas legis veteris modo, quam ante. Ideo velamen non est amotum a corde eorū q̄uis a re ipsa amotum sit. Vnde subditur [quoniā in Christo euacuatur] .i. per fidem & doctrinam Chri-
Mat.27 sti amouetur & veritas scripturarum ostenditur. In cu-
Mar.15 ius figura, tempore dominicæ passionis velum templi ē
Luc.23. scissum a summo vsq; deorsum. Per Christi etenim passionem reuelantur legis ac prophetarum sacramenta. Velamen itaq; appellatur opertio prophetię q̄ in Christo impletur. [Sed vsq; in hodiernum diem] .i. tempus gratię [cum legitur Moyses] .i. Pentatheucum videlicet scriptura quinq; librorum Moysi [velamen] .i. cęcitas seu optio ista [est positum super cor eorū] .i. Infidelium Iudeorū. [Cum autem conuersi fuerint ad dominum] recipiendo fidem Catholicam [auferetur velamē] prædictum corde eorum, immo ista conuersio aliquid aliud non videtur, nisi velaminis huius ablatio: tunc enim illuminabuntur corda ipsorum iuxta illud ꝓpheti-
Oze.3. cū. Post hęc reuertentur, filij Israel, & quærēt dn̄m deum suū, & Dauid regem suū .i. Messiā, sicut Iudęi quoq; exponūt. Deniq; quod p̄ spm̄, s. auferatur velamen
Ioan.4 declarat, [Dn̄s aūt spūs est] Quamuis hoc deo trinitate verū sit iuxta illd̄. Spūs ē de⁹ iam tn̄ de spū sancto asserit̄, qui cum sit dominus, omnia agit quæ vult, & quō vult, sicut supi⁹ dictū est. Hæc omnia opat̄ vnus atq;

idem spūs diuidens singulis prout vult. Illuminat ergo quos vult: & derelinquit quos vult, sicut legitur. Spūs vbi vult spirat. [Vbi autem est spūs domini].i.i mente quam per gram spūs s.inhabitat, [ibi libertas] dilectionis, non coactio timoris, id est, libera vacatio animi a iugo diaboli, & a seruitute peccati, ad contēplādum, diligendum, ac operandum ea quę dei sunt. Infidelibus ita q; inest velamen [Nos vero omnes] fideles, præsertim apostoli & viri perfecti [reuelata facie] interiori.i.intellectu a prædicto velamine liberato [gloriā dei].i.maiestatem diuinam, seu dīm glorioſum. Vel filium dei patris: de quo Esaias. Reuelabitur, inquit, gloria dñi. Siqdē filius sapiens, gloria patris est [speculantes] nunc p fidem, & speculum in ænigmate [in eandē imaginē].i. diuinæ maiestatis, seu filij dei quandā deiformē assimilationē [transformamur] quia cognitio fit per assimilationē cognoscētis ad cognitū, secundum Boetiū. Ideo cōtēplator diuinorū diuinꝰ, seu deiformis efficitur. Transformamur autē.i.salubriter cōmutamur [a claritate] luminis naturalis [in claritatē] luminis gratiæ, & a claritate vię seu gratię: in claritatē patrię & glorię. Vel sic: & melius, vt opinor. A claritate i claritatē.i. de gra minori i gram ampliorem, proficiendo in bonis. & proficiscendo de virtutibus in virtutes. Quāto ei diuinorū contēplationi magis iīsistimus, tāto exuberantiori lumine cœlestis gratię pfundimur, atq; iplemur, & transformamur, id est, a forma seu modo propriæ subsistentiæ transferimur ad diuę naturę seu formę modum ac imitationē. Imo vnum cum deo per charitatem efficimur, angelicā & diuinam in hoc exilio conuersationem inchoantes. ¶Et omna hæc vobis insunt & competūt non a vobis, sed [tanquam a domini spiritu,] id est, virtute & gratia spiritus sancti, sicut prędictū est. Spūs ad iuuat infirmitatem nostram.

Esa.40. Pro.10. 15.&17. 10.3. Boetius. ps.83. Rom.8

¶Elucidatio Cap. quarti, videlicet: Ideo habentes hanc ministrationem.

¶Articulus IIII.

Ephe. 4. Rom. 12

Pro. 4.

Ioan. 14

LAudauit se sanctus Apostolus ad gloriam dei & edificationē audientium ī precedenti capitulo rōne dignitatis ministerij sibi cōmissi: nunc idem facit ex debito vsu obsequij sui, ostendens se fructuose et optime vsum grā sibi cōcessa. [¶ Ideo] .i. qm̄ tātam claritatem a spiritu sancto suscepim⁹ [habentes hanc ministrationem] nouę legis, videlicet apostolatum, seu ministerium tantæ dignitatis [iuxta q̄d misericordiam consequuti sumus] .i. secundum mensurā diuinæ pietatis nobis impensę [non deficim⁹] in aduersis, nec ab executiōe nostri cessamus officij [sed abdicam⁹] .i. abijcimus [occulta dedecoris] .i. vitia latentia, q̄ nō decent, sed deformant & indecorant [non ambulantes in astutia] .i. non dolose aut simulatorie cōuersantes sicut hypocritæ, simulatores nanq; & callidi ꝓuocant iram dei. Astucia aūt quandoq; ī bono accipit pro quadam circūspectione, sicut in prouerbijs legit. Astutus cōsiderat gressꝰ suos. Nūc vero ꝓ versutia sumit. Vñ Salomon. Vir, inquit, versutus odiosus est [neq; adulterātes] .i. peruerse interꝑtantes, seu admiscentes falsitatibus [verbum dei, videlicet euāgelium Christi, [sed in manifestatione veritatis] cōuersamur. i. ipsam veritatē publice ꝑdicamus, & clare exponim⁹ [cōmendantes] .i. cōmēdabiles seu laude dignos faciētes [nosmetipos] recte docendo, & beneagendo [ad oēm sciētiam hominum] .i. testimonia cōscientiarum, vel in conscientijs hominū, ita vt nemo bona conscientia vituperare nos poterit. Et hoc facimus [coram deo] .i. diuinam presentiā cogitando, nosq; in dei cuncta cernentis conspectu ponendo cū omni reuerentia, atq; custodia cordis. [Q d̄ si etiam opertum est euangelium nostrum] .i. si prędicatio nostra de Christo aliquibus absconditur, ita vt eam non audiant, vel auditam non capiant [in his qui pereunt] .i. in cordibus reproborum [opertum est], id est, occultatum [est] hoc modo [in quibus deus huius sæculi] .i. diabolus dominꝰ impiorū. De quo ait saluator. Venit princeps huius mundi [excæcauit] cooperatiue

seu suggestiue [mentes infidelium] Vel deus huius seculi .i. deus verus omniū seculorū, hominumq; malorum creator & deus excęcauit mentes .i. intellectus, infideliū permissiue. Quemadmodū dicitur Pharaonis cor indurasse. Vnde & Christus in Euangelio. In iudicium, inquit, ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant: & qui vident, cęci fiant [vt non fulgeat] innotescat [eis illuminatio euangelij] .i. euangelica doctrina ꝓ gloriæ .i. maiestatis [Christi, qui est imago dei] .i. a patre secundum rationē similitudinis genitus. Est enim a patre procedēs, eiq; similis & ęqualis ꝑ omnia. Propter quod ipse ait. Qui videt me, videt & patrem. Portoq; Christus sit imago dei hinc liquet. [Non enī nos metipsos prędicamꝰ] quasi in nobis salus vestra consistat [sed] dnm nostrum Iesum Christum prędicamꝰ esse omnium saluatorem: [nos seruos vestros] esse prædicamus, hoc est vobis seruientes in exhibitione spiritualium alimentorū, parantes vobis mensā dñi, spiritualēq; escam proponentes [per Iesum] .i. ex commissione & ꝑ gratiā Chri, qui nobis hoc iniunxit officiū. [Quoniā deꝰ] trinus, simplex atq; oipotens [qui dixit] .i. interiori verbo fecit [de tenebris] .i. post tenebras. Vel de tenebris .i. de materia ob scurā [lucē] sēsibilē splēdescere .i. ichoatiue oriri. Vñ dicit in Gene. In principio creauit deus cœlū & terrā, & tenebrę erāt super faciē abyssi, dixitq; deꝰ: Fiat lux, & facta est lux [illuxit in cordibꝰ nostris] .i. lumen fidei, atq; diuinę sapientię mētibꝰ nostris ifudit [ad illuminationē scientię claritatis dei] .i. ad hoc vt nos illuminemur ad cognoscendā claritatem .i. obilitatem, seu excellentiā dei. Vel ad illuminationem &c. .i. ad hoc vt alios doceamus de notitia claritatis dei, i. perfectionis diuinæ. Illuminationem inquam scientiæ tendentis in faciem Iesu Christi, id est, dirigentis nos ad veram Christi notitiam, qua eum agnoscimꝰ esse deum & hominem. Facies autem notitiam significat, quia per faciem vnusquisque potissimum cognoscitur [Habemus autem thesaurum istum,] id est, gratiam

1. Tim. 1.
Exod. 14.
Roma. 9.
Io 9.
Io. 14.
EPISTO.
Gen. 1.
Esa. 9. 69.
ps. 96. 111.

Prou.31. tantę illuminationis Vnde & Salomon. Thesaur⁹ inq̃t,
Prou.3. desiderabilis in ore sapientis. Et rursus. Preciosior est sapientia cunctis opibus: & omnia quæ desiderant, huic nō valent cōparari, [in vasis fictilibus:] .i. corporibus fragilib⁹: non quod corpus, quod est pars integralis hominis, sit hui⁹ thesauri subiectum immediatum, sed aia. Quoniā tamen animę subiectū est corpus: ideo nos in corpore peregrinātes, dicimur thesaurum istū habere in vasis fictilibus: [vt sublimitas] .i. altitudo nostræ perfectionis in vita, in signis, in documentis [sit virtutis dei] .i. deo asscribatur, nō nostrę fragilitati. Ideo addit, [& non ex nobis] .i. non ex nostra naturali potestate oriri putetur [in omnibus] loco, causa, & tempore, saltē i genere [tribulationē patimur,] propter iustitiā, [sed nō angustiamur]. i nō opprimimur mēte: quia de dei auxilio certi sumus [Aporiamur]. i. temporalibus bonis priuamur, & pauperes sumus: [sed non destituimur] .i. nō caremus spiritualibus, versus diuitijs: Immo in ijs tanto magis abundamus: quanto in illis pauperiores propter Christum sumus. Etenim beati pauperes: quoniam ipsorum est regnum cœlorū. [persecutionē] .i. de loco ad locū fugationem [patimur, sed nō derelinquimur] a deo
Mat.5. [deijcimur]. i. cōculcamur: sed non primus qm̃ liberamur sp a dño corpaliter aut spualiter, & interim vtroq; mō. [Semp mortificationē Iesu]. i. passionem dñicā [in corpore nostro circūferētes], p̃ cruciformē imitationē: & corporis quotidianam flagellationem. Vnde alibi dicit Aplꝰ. In omni fiducia magnificabit Christus
Gala.6. in corpore meo siue per vitam, siue per mortem. Item: Ego stigmata domini Iesu in corpore meo porto, vt & vita Iesu. i. conuersatio quā habuit in hoc mundo [in corporib⁹ nostris manifestetur], id est, Christi vestigia in agendo sectemur. Vel vita Iesu, immortalis quam nunc habet, in corpibus nris manifestet in resurrectiōe futura qñ reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. [Semper enim], id
Phil.3. est, in omni differentia temporis, in genere [nos]

apostoli, & alij successores nostri [qui viuimus] nūc vi- 1. Cor. 15.
ta naturę & gratiæ [in mortē tradimur]. i. periculis mor
tis afficimur [propter Iesum]. i. eiꝰ amore, & propter
prædicationē euāgelicæ veritatis. Sicut & Chrs p̄ dixit
Ioā. 16. Venit hora vt omnis qui interficit vos, arbitretꝰ
obsequiū se præstare deo. Dt denuo. Eritis odio oibus
hominibus ꝓpter filium hominis, [vt & vita Iesu] quā
habet iam immortalis [manifestetur in carne nra morta
li]. i. gloria īmortalitatis carni nræ præstet, quādo cor 1. Cor. 15.
ruptibile hoc induet incorruptionē [& mortale hoc im-
mortalitatem] Ergo mors. i. passio Christi [operatur
in nobis]. i. fructuosa est nobis, & excitando nos ad Iui
īmitationem [Vita autē] naturæ seu culpæ operatur [in
vobis] qui Christi vestigia īmitari negligitis. Vel vita
gratiæ scilicet fides & charitas operatur in vobis opera
meritoria, quia per hoc quod nos taliter mortifica-
mur vos ad deum conuertimini, & viuitis coram illo.
¶ Consequenter ostendit eandem fuisse fidem in popu
lo vtriusq; testamenti tractatque de diuersis effectibꝰ,
meritis & actibus fidei. [Habentes autem] nos noui te-
stamenti ministri [eundem spiritum fidei] id est, spiri-
tum sanctum fidei datorem quem habuerunt sancti an-
tiqui. Vel per spiritum fidei, intelligenda est ipsa fides,
vel gratia seu motio fidei, quæ vna & eadem est, in
his qui ante Christi aduentum fuerunt, & in posterio-
ribus, quamuis sit modo magis explicita [sicut scriptū
est,] in libro psalmorum a Dauid. [Credidi] corde, p p̄s. 5. 11.
pter quod locutus sum] ore, verba fidelis confessionis.
Confessio nanque ista est actus fidei. Vnde superius di- Rom. 10.
ctum est. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confes
sio fit ad salutem. [& nos credimus] ea quæ illi [pro-
pter quod & loquimur,] fidem catholicam confiten-
do ac prædicando [scientes] fide certissima [quoniā
deus pater seu trinitas [qui suscitauit Iesum] occisum, a Ro. 8.
morte, [& nos] electos [cum Iesu] .i. sicut & Iesum
vel ad hoc vt simus cum Iesu in regno [suscitabit,] in
die nouissimo, [& constituet] nos [vobiscum] ad de-

xteram atq; in patria, vbi agni ponent. [Omnis enim propter vos:] .i. vniuersa ministeria nostra ad vestram ordinatur salutem, [vt gratia] dei [abundās p multos] .i. ab vno transfusa seu ministrata in alium, secundū qđ Petrus hortatur. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes, [gratiarum actione abūdet,] .i. cum gratiarum actione copiose referatur & ordinetur, seu refluat ad suum principium scilicet deum [in glorīa dei] quatenus omnes deo gratias referant & omne charisma gratię illi tribuant. [Propter quod] prosequendum, videlicet vt deo gratię referant [non defi-
Ma.10.24. cimus] in aduersis, nec fatigamur in opere bono, nec cessamus, quoniam sola perseuerantia coronat. [Sed licet
Gen.1. is qui foris est noster homo] .i. caro nostra mortalis, in qua ē humana effigies, qua homines esse cognoscimur [corrumpatur] quotidie tendendo ad mortem, & sustinēdo læsuras ac plagas: [tamen is qui intus est] .i. anima nostra, in qua est summę trinitatis imago [renouat] recipiendo noua lumina gratiarū, reflorendo in dei cognitione, ascendendo in diuino amore [de die in diē] .i. assiduo, dū spiritualiter crescimus atq; p ficim9. Hoc lau-
tē dī non quasi in nobis sint duo homines, sed propter
Ro.5. distinctionē essentialium partiū hominis. [Id enim qđ in prēsenti] exilio seu tēpore [est momentaneū & leue tribulationis nostrę] .i. tribulatio ista leuis atq; breuissima, cōparatione futurę iucunditatis ac æternitatis, quā patimur iā [supra modum] .i. vltra cōdignū & capacitatem nostri intellectus [in sublimitate] .i. in regno cœlesti: Vel in liberalitate bonitatis diuinę [ęternū gloriæ
Mat.4. pondus] .i. perpetuam fœlicitatis mensurā, de qua salLuc.6. uator: Mensurā bonam, & confertam, & cogitatam dabunt in sin9 vestros [operatur] .i. meretur & efficit [in nobis] nūc p spem, postmodum vero in re nō cōtemplātib9 nobis] .i. quia non principaliter aspicimus, nec finaliter intuemur [quę videntur] .i. visibilia & terrena, [sed quæ non videntur] .i. bona supercœlestia, quę oculus non vidit, nec auris audiuit. [Quæ enim viden-

tur]a nobis oculo corporali[temporalia sunt].i.trāsito tia & caduca[quæ autem non videntur].i. ſpūali a bona nobis præparata,in regno[æterna sunt] essentialiter vel participatiue.

¶Elucidatio Cap.V.Videlicet.Scimꝰ em̄ qm̄ ſi terrestris &c.

Articulus quintus.

Dixit Apostolus in fine p̄cedentis Capituli,q̄d leuis ac momentanea tribulatio p̄sentis exilij ęternū glorię pondus operet in nobis. Huiꝰ autē nunc assignat rationē.[Scimus enim]p reuelationē diuinā[qm̄ ſi terrestris domꝰ nr̄a].i.q̄d ſi caro nr̄a mortalis[huius habitationis].i.p̄sentis mansiōis qua aīa degit,ac hospitat in corpore[dissoluat]p mortē,vel p Chr̄o occidat q̄d ædificationem habituculū [ex deo]a diuina virtute[habemꝰ]in spe,& habebimꝰ tādē in re,videlicet[domū nō manufactā].i.carnē impassibilē,glorificatā,non humana potētia sed diuina[ęternā in cœlis].i.in cœlo perpetuo duraturā.Vel ab ęterno p̄destinatā.Sed qm̄ hanc domū nō habebimꝰ añ diē iudicij,apostolus loqui videt de eo q̄d statim post dissolutionē corporis,aīę perfectorū consequunt.Ideo alij p domū istam nō manufactā intelligunt gloriā aīę quę dicitur domus propter excellentiā suam ad animæ capacitatem.Vnde Io.14.testat Christus:In domo patris mei māsiones multę sunt.i.distincti gradus p̄miorū.Alij vero per domū istam intelligūt cœlū empyreum,quod est locus atq; palatiū beatorū.Et d̄r,nō manufactū:iuxta illd ad Heb.9 Nō i manufacta sctā Iesꝰ introijt,sed in ipsum cœlum.Nam & in hoc ingemiscimus.i desiderio huius domus,& gloriæ suspiramus,& flemus præ tædio dilationis. Spes enim quæ differtur affligit animam habitationem nostram quæ de cœlo ē. .i.hanc domum non manufactam,cœlestē,vel cœlesti virtute formatam,seu gloriæ consecutionem superindui,id est,ea operiri,circundari,siue ornari cupientes, quod vtique desiderium ortum habet a fide,non alu-

2.Cor.4.

1.Cor.15.

1.Pet.5.

mine naturali. Sumus autem veraciter & efficaciter ista cupientes, [si tñ vestiti] donis & gratijs spūs sancti [nō nudi] a bonis opib⁹, [iueniamur] a deo cūcta spectante. [Nā & q sum⁹ in hoc tabernaculo,].i. in hoc passibili corpe degim⁹, [ingemiscim⁹] suspirādo ad habitationē cœlestē [grauati] pōdere atq; miserijs corruptibilis carnis: Corp⁹ nāq; qđ corrūpit, aggrauat aīam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē, Sa. 1. In gemiscimus aūt [eo qđ nolum⁹ expoliari,].i. a corpis vnione penitus atq; finaliter seperari, cū naturale sit animę corp⁹ iformare, & sctī in patria cupiūt scorpibus glificandis cōiūgi, [sed supuestiri] i. immortalitatē & glorificationē corpis adipisci [vt absorbeat qđ mortale est.i. mortalitas, pœnalitas, & ipfectio auferant a corpore [a vita].i. ab ipassibilitate & gloria supueniente, p dictā ipfectionē excludente. [Qui aūt efficit nos i hoc ipsū].i. q p dictam volūtatē ispirat, vel ad hui⁹ desiderij cōsumationem p ducit est [de?] nō causa naturalis, [q dedit nobis [signū spūs]. Hoc idē. 2. Cap. huius epistolę dictū est atq; expositū. [Audentes igit semp].i inceslāter audemus ex magna in deū fiducia futurā habitationē appetere, atq; in oībus viriliter agere [& scientes] auxiliū gr̄ę nobis collatū. Causa aūt audaciæ subdit [qm dū sumus].i. viuim⁹ [in corpe] isto mortali [peregrinamur a dño].i. a patria seperamur, atq; a deo distamus, cōuersando in valle lachrymarū, in carcere mortis, i graui exilio. [Per fidē em̄ ābulamus].i. p ob scurā noticiā ad patriā tendim⁹, [& non p speciem].i. ppriā & adequatā similitudinē, deū nō cernim⁹. Nō em̄ videm⁹ eū, sicuti est.i. clare, seu facie ad faciē, sed p formas creatas: quæ a repsentatione pfecta ac faciali diuinæ essentiæ in infinitum deficiunt, sicut in præcedēti epla p tractatum est planius. [Audemus autē].i. fiducialiter quærimus: non metu mortis retracti aut aliqua difficultate victi [& bonam voluntatem].i. rationabile desiderium [habemus magis peregrinari a corpe].i. potius a corpore per mortē seperari [& pre-

Sap. 9.

Roma. 8.

1. Io. 3.
1. Cor. 13.

Rom. 8.
Phil. 1.

[sentes esse ad dominum].i.deo immediate vniri, eum que coram, & per speciem intueri. Loqtur aũt de prę sentia glorię, non de pręsentia gr̃ę tantũ. Vnde ait psal mograp. Adimpliebis me lętitia cũ vultu tuo. Itẽ. Quã do veniam & apparebo ante faciem dei. [Et ideo].i.vt deo fœliciter vniamur [cõtendimus].i.forti conatu stu demus [siue absentes].i.a domino peregrinantes, & in hac vita manentes, [siue p̃sentes].i.diuino iudicio prę sentati [placere illi].i.ne separemur ab eius conspectu. Nam & in diuino iudicio satagemus respondere pro nobis ad ea quę contra nos proponẽt diaboli. Merito autem contendimus deo placere [Omnes enim nos].i. homines vniuersos, bonos ac malos [manifestari].i. pu blice pręsentari, seu apparere [oportet] vel in iudicio p ticulari statim post mortem, vel in iudicio vniuersali in die nouissimo, vel poti⁹ in vtroq; [añ tribunal Christi] .i.coram iudice Christo, seu añ districtam iudiciariam eius potestatẽ, [vt referat vnusquisq;].i.reportet [pro pria corporis].i.debitã mercede videlicet pœnã vl̃ glo riã, p̃ actibus p̃ corpus opatis, seu tempore corporalis vitę exhibitis, [sive bonũ, sive malũ] gessit. Sub peccato aũt cõmissiõis, includit pct̃m omissionis: qa & arbor q̃ nõ facit fructũ bonũ, in ignẽ mittet, etiã si malũ nõ gessit [Sciẽtes ergo timorem dñi].i.q̃ timo rate atq; solicite ambulãdũ sit corã deo sctõ & metuẽ do. De quo ait B. Iob. Semper quasi tumẽtes super me fluctus timui deũ: Et rursus. Considerans eũ timore so licitor [hominibus suademus].i.consilia monitaque sa lutis proponim⁹, quatenus deum præ omnibus timeãt: non seruili, sed filiali, aut saltem iniciali timore. Timor enim dei expellit peccatum. [deo autem manifesti] id est, plenissime cogniti, vel per approbationem no ti [sumus. Spero autem & in conscientijs vestris ma nifestos nos esse], id est, confido quod conscientiæ ve strę de nobis recte vereq; sentiant, quia sic viximus in ter vos, vt nõ possitis rationabiliter cõtra nos moueri [Non iterum commendamus nos vobis].i.ad ꝓpriã

p̃s. 4. p̃s. 41.

omissio et commissio.

Luc. 6.]

Ecc. 1. Prou. 2.

FINIS.

laudem ista nõ dicim⁹, sicut nec ante [sed occasionem] .i. causã incidentalẽ atq; materiã [dam⁹ vobis] ꝑ cõmemorationẽ istorũ [gloriandi] .i. spiritualiter exultandi [pro nobis] .i. ꝓ gratia nobis concessa: vel ꝓ defẽsiõe nr̃a contra æmulos & detractores nostros, qui conant̃ se nobis pręferre: & vos a nobis auertere vt habeatis rationabilẽ responsionẽ, & verã læticiã [ad eos q̃ in facie] .i. de apparente & simulata iusticia gloriãtur: & non in corde .i. non ex conscientię puritate, neq; de veris vir-
1. Cor. 1. tutibus. Quod autem autem nõ cõmendemus nos ip-
2. Cor. 10. sos inaniter: & quod vos ꝓ nobis gloriari possitis, patet ex hoc. [Siue enim mente excedimus] contẽplando diuina, & supergrediendo terrena. [deo] .i. hoc gratiæ dei asscribimus, atque ad gloriam eius referimus.
1. Cor. 15. [Siue sobrij sumus] instruendo vos in moralib⁹, & cõdescedẽdo infirmitatibus vestris, [vobis] .i. ad vestram vtilitatẽ hoc facimus. Vel sic, [Siue mẽte excedim⁹] .i. laudãdo nos ipsos, insensati esse videamur, (quia stultorũ est laudibus proprijs inhęrere) deo .i. ad gloriam dei hoc agimus, vt bñdicat̃ deus in donis suis. Siue sobrij sumus, moderate loquendo de ꝑfectionib⁹ nr̃is, sicut ad virtuosũ sapientem que pertinet, vt in ijs quæ propriã laudẽ concernũt, magis declinet ad minus, quam ad maius, vobis .i. pro vr̃i informatione & commodo hoc facimus. [Charitas enim Chr̃i] .i. dilectio qua Christum proximumque diligimus [vrget] .i. incitat & vehementer inclinat nos, ista efficere, quoniam Christi
Inf. 15. gloriam & praximorum salutem tonto amplius zela-
Eph. 3. mus, quanto in vera charitate perfectiores fuerimus, [æstimãtes] .i. firmiter reputantes [hoc, quoniã si] (ꝑ quia) vnus vt pote solus Christus [pro omnibus] hoĩb⁹ liberãdis [mortu⁹ ẽ, ergo oẽs mortui sumus] .i. vitijs mortificati merito passiõis Chr̃i, q̃tũ est ex ꝑte ipsi⁹ saluatoris, q̃ moriẽdo oĩa ad se traxit. Vel, Oẽs mortui sunt .i. mortẽ culpę incurrerunt ex originali pcto, aliter nõ egerent saluatore. [& pro omnibus mortuus ẽ Chri-
Ro. 14. stus, vt & qui viuũt,] vita naturæ, seu gratiæ. [iam

non sibi viuant], i. non proprię voluntati deseruiãt, vi delicet ad honorem ꝓprium vitam suam ordinẽt, [sed ei] viuant. i. ad eius honorem & gloriam omnia opera sua interiora exteriora ꝙ referant, [qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit] videlicet Christi. Sit viuere Chro, est vere abnegare, at ꝙ viuificare mortificarare seipsum. Gal.2. 1.Pe.2.

[Ita ꝙ], i. quia ꝓ omnibus mortuus est Christus [nos] apostoli, & viri perfecti [ex hoc]. i. posthac [neminem nouimus] notícia approbationis. i. nullum viatorẽ laudamus [sc̃dm carnem]. i. carnaliter, scilicet ꝓpter causas indignas. Vel, neminem nouim⁹ sc̃dm carnem. i. secundũ ea q̃ carnis conditionem cõspiciũt, talia em̃ nõ curamus ne ꝙ attendimus. [Et si cognouim⁹ sc̃dm carnẽ Christum]. i. quamuis mysteriia Christi carnaliter & superficialiter intellexerim⁹, & Chrm nõ nisi sc̃dm humanam naturã nouerimus sensu humano [sed nunc iã] spũ sancto recepto [nõ nouim⁹] eum hoc modo sed spiritualiter ac supnaturaliter, tanq̃ deum & hominem [Si qua ergo]. i. quia aliqua [in Christo] est [noua creatura]. i. aliquis in Chri baptismo renatus est [vetera trã sierunt]. i. pristina vicia ab illo remota sũt, pœnalitates q̃ ꝙ deletę sunt, modo in spe, tandẽ delendæ i re, [ecce facta sunt noua]. i. per infusionẽ spiritus sancti oĩa spirtualiter renouata sunt, corpus, anima, cogitatio, verbum & opera. Vnde Apoc. 12. dicitur. Dixit qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia. [Omnia autem ex deo] patre, vel sancta trinitate originaliter profluxerunt & condita sunt [qui reconciliauit nos sibi]. i. peccata nostra nobis ignouit [per Christum]. i. incarnatione passione, seu merito Christi hominis, immo Christus, vt deus, reconciliauit nos sibi per seipsum, vt hominẽ talem, [& dedit nobis ministerium recõciliationis]. i. officium euangelicæ ꝓdicationis, qua ista reconciliatio'an nunciatur hominibus cõmisit nobis suis vicarijs. [Qñ quidem deus] pater, vel verbũ increatũ, immo & spũs sctũs, hoc est deus trinitas [erat in Chro] hoie. [mundum]. i. electos [reconcilians sibi,] vt dictum est, [non Mat.13 Luc.8. Rom.5. Rom.3.4.

Rom.3.4. reputans non iuste vlciscens, nec in æternum reseruãs
Ioan.1. illis delicta ipsorũ [originalia aut actualia. Christus nã-
q; agn⁹ dei omnia tulit peccata. [Et posuit in nobis ꝟ-
bum reconciliationis].i. p̃dicationẽ pacificationis inter
Rm.5.8. deũ & homines factæ [Pro Christo].i. ꝓ Christi amo
1.Tim.18 re & gloria [legatione].i. missiõe [fungimur] qa a deo
Heb.9.12. missi sumus annunciare euangelium Christi. [tanq̃ deo
exhortante] corda audientium [per nos].i. per p̃dica-
tionẽ nostram. Ipse em̃ loquitur per nos. [Obsecramus
Rom.15. ꝓ Christo].i. vice, loco, vel amore Christi [reconcilia-
mini deo].i. peccata vestra deflete, vitã corrigite, deo
placere contendite. [Eum qui nõ nouerat peccatũ] Per
Rom.8. approbationẽ, vel experiẽtiã.i. Chr̃m pater [ꝓ nobis]
Esa.5.53. i. pro nostri redẽptione [peccatum fecit].i. hostiã pro
peccato. Sumit̃ em̃ peccatũ pro hostia peccati ĩ Ozea,
vbi dicit̃. Peccata populi mei comedẽt. Vel sic, Eũ qui
non nouerat: peccatum pro nobis peccatũ.i. culpã fecit.
Peccatum enim (Præcipue originale) occasio fuit in-
carnationis, Passionisq; Christi, sicq; quodã modo fe-
Rom.3.4. cit eum hominẽ [vt nos efficeremur iusticia dei].i. iusti
1.Cor.1. ficati a deo [in illo.] id est, merito Christi.

¶ Explanatio Cap. VI. Adiuuantes autem exhor. ¶ Artic. VI.

Ecommandatis noui testamẽti mysteriis, iã oẽs
Prouer.18. ad perfectionẽ inuitant̃, dicẽte Apl̃o. [Adiuuã
tes autẽ] verbo opatiõe, oratione vestrã imbe-
Epist. cilitatẽ. Vel, adiuuãtes.i. Christo coopantes in
vr̃a cõuersiõe [exhortamur, ne in vacuũ].i. sine fructu
& perseuerantia [gr̃am dei] habitualẽ & gratũ facientẽ
[recipiatis] in baptismo, vel pniæ sacramẽto. Gratiæ ei
finis est adeptio gl̃ie. Idcirco gr̃am de ĩ vacuũ recepit.
Heb.6. q̃ per eam bene viuẽdo æternã beatitudinẽ non acq̃rit.
Apoc.20 Melius est em̃ viã iusticię ignorasse, q̃ post agnitionẽ re
2.Pet.2. uerti retrorsum. Simili mõ, melius quodã mõ est, gra-
tiã nõ recepisse q̃ receptã ꝑdidisse. ¶ Qđ aũt de⁹ pa-
Esa.49. rat⁹ sit gr̃am dare ꝓbat̃. [Ait ei] dñs [Tp̃e accepto].i.
tp̃e opportuno & cõgruo, maxime nouæ legis & gr̃æ

[exaudiui te:] instanter orantē pro quocunq; negocio tibi salubri. Omnis enim q petit accipit, & qui q̄rit inuenit: & pulsanti aperietur [& in die salutis]. i. tpe libe ratiōis humanę, factę p Christū [audiui te] dando tibi supnaturale auxiliū gr̄æ atq; virtutū, sicut ait Psalmista. Auxiliū meum a dño. Et, nisi quia dñs adiuuit me, paulomin⁹ habitasset in inferno ania mea. ¶ Deniq; prēallegatā Ysaię authoritatē quasi exponit. applicans eam ad tps Christi. [Ecce nunc tempus acceptabile]. i. gratum & aptum ad gratiam ꝓmerendā, qa nūc maxime operatur meritum passionis dñice [ecce nunc dies salutis]. i. tps salutationis a Christo exhibitæ. Vñ legitur. Oēs ꝓphæte a Samuel, & deinceps annunciauerunt dies istos [Nemini dantes vllam offēsionem]. i. aliquod scādalū, verbo aut facto nr̄o minus recto. Vñ supius dictū est. Hoc iudicate, ne ponatis fratribus offendiculū, hoc em̄ est charitatis [vt nō vituperet ministeriū nr̄m]. i. obsequiū quo Chr̄o seruimus docendo & opando, Si aūt reprehensibiliter egerim⁹, seruitiū nr̄m vituperat a subditis. & scandalizātur, minusq; diligēter aduertūt ac implēt, qđ eis ꝓponit. [Sed in oībus] obseruantēs mandatoriū atq; cōsiliorū [exhibeam⁹ nosmetipos sicut dei ministros]. i. ꝓ ut decet veros famulos Chr̄i & primo [in multa patientia]. i. copiosa & prōpta tolerātia aduersitatum, ne passio tristitię regnet in nobis. In patiētia inquā seruāda [in tribulationibus]. i. afflictionibus a quocūq; inflictis [in necessitatib⁹,] id est, penurēs victus atq; vestitus, [in angustiēs], id est cordis pressuris [in plagis, in carceribus,] quibus læsi, captiq; fuimus, ne liberi & in columes prædicem⁹ vbiq;, [in seditionib⁹,] cōtra nos motis, [in laboribꝰ] manualibꝰ pro alimonia corporis, [in ieiunēs] pro carne domāda, & gr̄a impetrāda, [in vigilēs] propter protractionē prædicationis, velorationis, [in castitate,] mentis & corporis, [in scientia], id est, notitia eorum quæ ad salutem exiguntur, [in longanimitate], id est, longa & certa expectatione fu-

Math.7
Luce.11.
Marc.11.
Psal.120.
Esa.49
Luc.11.
Rom.5.12.
1.Timo.6.
Infra.11.
Actuū.16.
1.Cor.3.
2.Thess.3.
Mat.17
Ionæ.3.
Psal.54.

turæ beatitudinis, [in suauitate]. i. mentis dulcedine, & blanda quadam applicatione ad proximū [in spū sancto]. i. in omni directiõe spūs san. [in charitate non ficta]. i. non simulata aut falsa, qualẽ habent hypocritæ.

1.Io.3. Vnde dicit Io. Non diligamus verbo, neq; lingua: sed

Io.14.1 opere & veritate, [in verbo veritatis]. i. prædicatione Christi, qui est via, veritas & vita: seu euangelicæ theorię [in virtute dei]. diuinę potestati semp innitendo, nõ proprijs viribus [Per arma iustitię]. i. virtutes, seu opera virtuosa animam munientia per modum armorum [a dextris]. i. in prosperis [& a sinistris]. i. desi, aduersis, quatenus nec in prosperis erigamur, nec aduersis deiciamur: sed animo roborato in gratia, regia semper via tendamus ad patriam electorũ. Exhibeamus insuper nos

Gala.1. dei ministros, [Per gloriã & ingnobilitatem]. i. honorationem & vilipensionẽ: Vt siue glorificemur ab hoibus, siue vilipendamur ab eis, in Chri seruitio firmiter stemus. [Per infamiam] q̃q; [& bonam famã]. i. siue difamemur, siue celebre nomen habeamus corã hoib9 in Christo stabiliter perseueremus non curãtes laudes, aut

ps.52. vituperia hominum, [Vt seductores] reputati a multis erratibus, [& veraces] sumus verbo ac rebus [sicut qui ignoti] quasi a deo reprobati, secundum opinionẽ illorũ [&] tamen [cogniti] sumus deo per approbationem.

Ro.6. [Quasi morientes] vitam naturalem perdendo. Quoti die enim putabant quidem aduersarij fidei apostolos occidendos [& ecce viuimus] deo nos cõseruante i vita naturę & gratię [Vt castigati]. i. deo pmittente flagellati pro culpis nostris, vel aliorũ, vel propter exẽplum atque coronam. Deus enim flagellat omnem filiũ quẽ recipit. Vt Salomon loquitur [& nõ mortificati]. i. non occisi. Sępe enim a morte corporali diuina virtute erepti sunt. Vnde fertur in psalmo. Castigans castiga-

ps.117. nit me dominus, & morti non tradidit me. [Quasi tristes,] propter aduersa, [semper aduersa gaudentes] in domino, per veram patientiam, & consolationem internam. Propter quod in Actibus recolitur. Ibant apo-

stoli gaudentes a cõspectu cõcilñ, qm̃ digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati, [sicut egentes] temporalibus bonis secundum veritatem: vel spiritualibus donis secundum errantium suspitiones, [multos autẽ] id est, omneis quos ad Christũ conuertimus, sum9. [locupletantes] spũalibus bonis: [Tanquam nihil habẽtes] quoniam omnia dereliquimus propter Chrm [& omnia possidentes] quantum ad necessitatem, vel vtilitatẽ timentibus quippe deum, nihil deest. Vnde dicit saluator. Primum querite regnum dei, & iustitiam eius, & hęc omnia adꝯcient vobis. Christus quoq; subiecit apostolis animata, dęmones & homines, quorũ peccata soluere, & non soluere potuerunt. ¶ Consequenter ostendit se ista loqui ex charitatis feruore. [Os nostrum patet ad vos] id est, ad vestram informationem apertum est. [O Corinthñ] quoniam de ministerñ mei dignitate, euangelñ veritate, proprię quoq; personæ commendatione, iam multa loquutus sum vobis, [Cor nostrũ dilatatum est] spiritualiter, latitudine charitatis, id est affectus noster interior extendit mentem nostram ad vos. [Non angustiamini in nobis] id est, ex parte nostri noli te angustias seu minorationes scientię atq; virtutũ incurrere: nos enim parati sumus oĩa nostra vobis communi care, & cor vestrum dilatare ad diligendum cœlestia. [Angustiamini autẽ] id est, constringimini ac minoramini [in cordibus vestris] duris, quę ob suam malitiam non dilatantur per copiosam spiritualium receptionem bonorum, hoc est, Paruitatem & paupertatem vestræ scientiæ atq; virtutis nolite ascribere nobis, sed ꝓprijs cordibus incapacibus & indignis. [Eandem autem remunerationem] id est, idem præmium [habentes] vos nunc in spe, habituri illud tandem in re, quod nos habemus, habituri q; sumus, videlicet visionem dei per speciem, quę est tota merces [tanquã filijs] meis spiritualibus [dico, dilatamini est vos] corde, quemadmodum dilatatũ est cor nostrum. [Nolite iugum ducere,] idẽ, societatem aut familiaritatem habere [cum infideli-

Heb.11.

Mat.6.

Deut.31.

Ro.8.

bus[& peruersis Iugum enim a iungēdo nomen[sortitur. Sicut ergo dilectio est iugum Christi per quo dei nectūtur, & ab eo ducuntur electi: sic iugū diaboli est peccatū. Idcirco iniquis & perfidis iungi nō debem⁹, id est, cōmunicare eorum peccatis, imo & occasiōes
Tit.5. huius communionis vitare oportet, videlicet societatē & familiaritatē. Hui⁹ ratio subditur [Quæ enim participatio,] id est, mutua communio seu cōuenientia [iusticiæ cum iniquitate?] nulla vtique, cum sint omnino
Psalm.140 contrariæ. Vos autem iusti estis per fidem formatā, illi vero iniqui, non ergo iungi debetis, [Aut quæ societas luci ad tenebras?] nulla, videlicet naturalis ac fixa, sed lux tenebras pellit. Vos aūt per dei cognitionē lux estis illi vero tenebris ignorantię pleni. [Quæ aūt cōuētio Christi ad Belial?] nulla plane. Belial autē interpretatur apostata, quo significatur diabolus: sed ñs duob⁹
Mat.5. dominis nemo potest seruire. Vos igitur Christiani cū filiis Belial nolite cōiungi. [Aut quæ pars] id est, cōmunio [fideli cū infideli?] Quis aūt consensus tēplo dei]. i. personæ fideli in qua per gratiam habitat deus [cū idolis?] id est, idolatris qui idola sunt per similitudinē. Iux
Psalm.134 ta illud in psalmo: Similes illis fiant qui faciunt ea. Non ergo debetis illis sociari. [Vos enim] in quorum cordibus habitat deus [estis templum] animatum ac mystícū [dei viui, sicut dicit dominus] per Moysen. Ezechielem, atque Ioannem in Apocalypsi, [Quoniam inhabitabo in illis], id est, intima mentis electorum inhabitabo per charitatem & gratiam, [& inambulabo.] id est, in corde eorum quasi in paradiso voluptatis conuersa-
Eccl.24. bor, (quia deliciæ meæ, esse cum filiis hominum). Inambulabo autem: id est, eos faciam ambulare de virtute in virtutem, & de via ad patriam, [& ero illorū deus] non solum generaliter, sicut omnium deus sum, propter vniuersalem creationem ac prouidentiam, sed singulariter valde, dirigendo, protegendo, finaliterq; saluando, [& ipsi erunt mihi] id est: ad honorē & gloriam nominis mei, [populus] colendo, & diligendo

me sup omnia. Sicut in prima sua epistola asserit Petr9 Vos genus electum, gens sancta, populus acquisitiōis Et psal. Beneplacitum est domino in populo suo. ¶Ex dictis infert apostolus admonitionā intentā. [Propter quod].i.quia non est societas inter prædicta [exite] spiritualiter: & si fieri potest & expedit etiam corporliter [de medio eorū].i.de cōuentu prauorū: quid enim pateis ad triticū, Hoc est, nolite cordis similitudine eis cō iungi, sed fugite actus eorum. & separamini ab eisloco vel corde [dicit dominus, & immundum ne tetigeritis] id est peccato nolite consentire. Digni enim sunt morte, non solum qui faciunt, sed etiam qui consenserit [& ego recipiam vos] id est pie amplectar venientes ad me, brachijs pietatis. De quibus per prophetā loquor Portaui in brachijs meis, [& ero vobis in patrem] id est, paterne vos fouebo ac diligam [& vos eritis mihi in filios] quantum ad viros [& filias quatum ad feminas [dicit dominus omnipotens] Porro scriptura hic allegata quantum ad sensum in diuersis sacræ pagine locis habetur. Pro eo enim quod dictum est. Inhabitabo in illis. Scriptum est Leuitici vigesimo sexto. Ponā tabernaculum meum in medio vestri. Pro eo quod subditur. Et ambulabo legitur, Deutronomij vigesimo tertio: Dominus deus tuus ambulat in medio castrorū Totum tamen istud et item quod subditur, & ero illorum deus: & ipsi mihi erunt populi &c. Leuitici vigesimo sexto includitur. Ei quoque quod subinfertur. Exite de medio eorum, consonat quod Petrus disseruit. Separamini inquiens a generatione hac praua. Sed & Apocaly. 12. ait scriptura. Ecce tabernaculū dei cū hoībus & habitabit cum eis & ipsi populus rius erunt: & ipse deus cum eis erit illorum deus. Quę vtiq; verba plena sunt omni dulcedine charitate atq; fiducia. 1.Pet.2. Hier.21. Rom.1. Ose.11. Actu.2.

¶Expositio Cap. septimi, scilicet: Has igitur habentes promissiōes,

EXpręinductis in fine p̄cedentis capituli, infert Apostolus admonitionē salubrem & ait: [Has igitur habentes promissiones] o [charissimi] fratres immediate expressas. Videlicet quod deꝰ habitabit & ambulabit in nobis, recipietq; nos, & erit in nobis, [mundemus nos] per veram confessionē, (Omnia em̄ in confessione lauant̄) per contritionem, per dominice passiōis memoriam, pręsertim p̄ diuini amoris accensionem, qm̄ charitas operit multitudinem peccatorū [ab omni iquinamento carnis & spiritus]. i. ab vniuersis peccatis carnalibus, vt sunt Gula, Luxuria, & spiritualibus, vt sunt Inuidia, Superbia, [perficientes sāctificationem]. i. inchoatam in batismo vel pœnitentia sāctitatem ad p̄fectionem ducentes, perseuerando ac p̄ficiēdo in bonis vsq; in finē. Et hoc [in timore dei] calto ac filiali. Deq̄ in Ecclesiastico dicit. Qui sine timore est, iustificari non potest. Atq; in psal. Timete dm̄n oēs sctī eius. [Capite nos]. i. verba nostra sapienter pensate, & nos ipsos in exemplū accipite. [Neminē lesimus] post nostrā conuersionem. i. nullum ad peccatum induximus directo verbo vel opere. [Neminē corrupimus] p̄ falsam doctrinam [neminem circumuenimus]. i. defraudando decepimus [non ad condemnationem vestram dico]. i. non ideo ista cūmemoro, vt aggrauem vestra pcā, vosque relinquam ac pereatis. [Prędiximus em̄] & supra ia scripsimus quod in cordibꝰ nostris estis. scripti, per curam & charitatis affectum, ac iugem memoriam [ad commoriendū & conuiuendū]. i. in tantū vos meo cordi impressi, vt p̄ vestra salute paratꝰ sim mori, aut manere in vita pręsenti, vt instruā vos. [Multa mihi fiducia est ap̄d vos]. i. de vestra charitate & pietate multū cōfido, & firmiter spero de felicitate vīa futura, [mꝛta mihi gloriatio] inest spūalis in dño [pro vobis]. i. ex consideratiōe gratiæ vobis cōcessæ. [Repletꝰ sum consolatione] audita vīa emendatione, [supabundo gaudio] spūali, propter bñficia dei vobis collata [in omi tribulatiōe nr̄a] quā ab aduersarijs fidei patimur.

Ioan. 26
Nu. 5
1. Ioa. 1.
ps. 50.
Pro. 10.
1. Pet 4
Gal. 5

Eccle. 1.
FINIS.
ps. 33

Col. 1.
Phil. 1.
Acto. 21.
1. Cor. 15

Iaco. 1.
Rom. 5.
Apoc. 1.

[Nam & cum venissemus Macedoniam, nullā requiē habuit caro nostra].nosipsi. Ponit enim partē pro toto Nā superi⁹ dixit. Nō habuit requiē spiritui meo [sed omnem].i.multiplicē seu ꝑfectā [tribulationē] videlicet exteriorem & interiorē [passi sumus. Foris pugnę] .i.impugnationes a ꝑuersis ac ꝑfidis, [intus].i.in corde, fuerunt timores paternæ solicitudinis pro ecclesiis dei ne subuerterent̄. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos deus in aduentu Titi de cuius aduentu gauisi sumus, ꝓpter adiutoriū quod nobis impēdit. [Nō solum autem in aduentu eius] consolatus est nos deus sed etiam a deo principaliter consolati sumus [in consolatione].i.ꝑ consolationem [qua consolatus est nos] Titus dei minister [in vobis].i.de vr̄i correctione [referens nobis vestrū desideriū] pro gratia acquirenda, vel pro mea p̄sentia, [vestrum fletum] propter pc̄tā pręterita, [vestrā ęmulationem].i.bonum zelum, [pro me] .i. pro nr̄a defensione contra detractores nostros & pseudapostolos, quibus rationabiliter indignati estis, [ita vt magis gauderē] de vr̄a prosperitate. q̄ dolui de mea aduersitate. Deniq̧ qđ consolat⁹ sim patet. [Quoniā etsi contristaui vos in epistola] superiori, in qua dure correpti estis [non me pœnitet] hoc fecisse. Etsi .i.licet [pœniteret] me vos contristasse, considerando tristitiam sub ratione tristitię tantum, secundū quem modū non habet rationē boni & appetibilis, tn̄ [videns q̧ epistola illa & si ad horam vos contristauit, nunc gaudeo de vestra contristatione pœnitentiali [nō quia cōtristati estis] in gn̄e, seu qualitercūq̧ (non, n. oīs tristitia bona est) [sed quia cōtristati estis ad pœnitentiā] salutarem ac sacramētalē.i.vr̄a cōtristatio bonū finē sortita est. Nā ad pœnitentiā vos induxit, q̄ est dolor de malis p̄teritis. [Cōtristati.n.estis secundū deū] i.secundum bn̄ placitū dei, dolētes de pc̄tis vr̄is, q̄d cōplacet deo, q̄ ait ꝑ zec. Cōfundimini, & erubescite suꝑ vr̄is vr̄is. Et ibi, Pœnitentiā agite, approquabit em̄ regnum cœlorū [vt in nullo].i.nec in blandis, nec in prosperis [de-

Eph.4. 1.Pet.1. Io.6.

Ezec.36.

trimentum] salutis [patiamini ex nobis] .i. ne nos aliq̃ mõ simus vobis occasio detrimenti: sed totũ qđ ꝓ vobis agimus, vestrę profit saluti. [Quæ enim secundum deũ tristitia est] .i. tristitia ordinata de peccato cõmisso [pœnitentiam] .i. cessationem a malo & satisfactionem tendentẽ [in salutem stabilem] .i. veram atq; ꝓpetuam beatitudinem promerentẽ [operatur] in genere causæ
Eccl.7 formalis. De hac bona tristitia scriptũ est. Cor sapiẽtum vbi tristitia, & cor stultorum, vbi lętitia. Et iterum. Per tristitiam vult9, corrigitur animus derelinquentis. De prædicta quoq; stabili salute alibi dicitur. Israel saluat9 est in domino salute æterna. [Sęculi autẽ tristitia] .i. dolor de amissione temporalium rerum, & manifestatione proprię iniquitatis [mortem] culpę [operatur] .i. ad peccandum inducit, immo & mortem naturę conscisicit, quoniã nulla passio aĩę adeo corruptiua, atq; cõtraria vitę est, sicut tristitia, sicut in prima secundæ Thomas pulchre demonstrat. Propter quod Salomon loquitur. Spiritus tristis exciccat ossa. In Eccle. quoq; legitur Multos occidit tristitia. ¶ Insuper quod tristitia ista secundum deum operatiua sit pœnitentię in salutem ostẽdit Apl's. [Ecce enim hoc ipsum secundum deum contristari vos] .i. tristitia hęc domino placens [quantum in vobis operatur solicitudinẽ] placandi deũ, & cauendi a pctis [sed defensionem], id est, resistentiã contra tentationes diaboli, & incentiua peccati (Pœnitens em̃ munit & armat se contra causas peccandi) [sed indignationem] .i. horrorem peccati, vel abominationẽ contra vosipsos, q tam praue egistis [sed timorem] diuini iudicij, infernalis tormẽti, similisq; peccati (pœnitens nẽpe formidat incidere man9 dei viuẽtis, & timet me denuo peccet) [sed desideriũ] venię ac ꝓfect9 [sed æmulationẽ] .i. bonorũ imitationẽ ac zelũ. Vñ in Apo. dicit,
Apoc.3. Æmulare ergo, & pniam age. Vel, æmulationẽ .i. zelum cõtra falsos, q vos ad vitia induxerunt [sed vindictã] .i. punitionẽ pctĩ. Qui. n. veracit pœnitet, pctã sua in seipo vlciscit, infligẽdo sibi pœnã scđm culpę mẽsurã. Nã &

satis facio est pars pnīę, sicut contritio atq; cōfessio, [In oibus] agendis [exhibuistis vos incontaminatos esse].i. inculpabiles [negotio] chr̄iano exercēdo.i.ita vos reformastis, vt in omnib⁹ chr̄ianę cōuersatiōis officijs incōtaminati sitis, saltē a mortali peccato. Pōt q̄q; specialter accipi de negotio q̄d eis cōmisit Apostolus circa punitionē ei⁹ q vxorē habuit sui patris q̄d vtiq; negotiū Corinthij fideliter expediuerunt. [Igit̄ & si scripsi vobis] in p̄cedētie pl̄a: hoc feci [nō] solū [propter eū q fecit iniuriā].i. ꝓpter correctionē fornicatoris, q rapuit p̄ris sui vxorē, [nec] solū [ꝓpter eum qui pass⁹ est] iniuriā .i. patrē cui ablata & rapta est vxor a ꝓprio filio [sed ad manifestandā solicitudinē nostrā, quā pro vobis].i. ꝓ vr̄a salute [Habem⁹ corā deo].i. deo spectāte, nostrūq; affectū effundendo coram eo pro nobis cum humili prece. [Ideo consolati sumus] de vestri correctione. [In consolatione aūt nostra] (iam sępe p̄dicta).i. vltra hanc consolationē [abundantius· magis].i. abūdātissime, vel plus q̄ ante doluimus [gauisi sum⁹ super].i. de [gaudio Titi.] Ita vt gaudiū ei⁹ esset obiectū atq; materia gaudij nostri [quia refect⁹ est].i. recreat⁹ & cōfortatus [spūs eius] paulo ante ꝓpter vr̄a peccata mœstus [ac omnibus vobis· de correctione, vel ꝓfectu, vel bono proposito cuiuslibet vestrū, q enim nondum correctisūt, se emedare decreuerūt, & ita spes bona letificat Titum [Etsi quid apud illum].i. quia de aliq̄ apud titū [de vobis gl̄iatus sū] cōmendādo vos, & de vr̄a emendatiōe spē bonā ei prestādo [nō sū cōfusus] de hac gl̄iatiōe cum nō sim mendax inuent⁹, [sed sicut omnia] ad vr̄am salutem ꝑtinentia [vobis in veritate loquuti sum⁹ p̄dicatione vocali, vel ꝑ epistolas, [ita & gloriatio nr̄a q̄ fuit ad Titum] de vobis, vt dictum est [veritas facta est].i. ad effectū ꝑducta: Vel, sic esse īnotuit Tito, sicut ei p̄dixi, qm̄ estis correcti, & laude digni inuēti, [& viscera eius].i. intima charitas, ac desideriū titi [abundantius] nunc q̄ an̄, qa nūc videt vr̄am obedientiā [in vobis sunt].i. in vos tēdunt, atq; figuntur. Amor em̄

1.Cor.5.

Eph.5.

Eccl.7.

Sapien 3.

Eccl.3. tendit in amatum, & quiescit in ipso. Titi inquam [remi
p̄s.2. niscentis omnium vestrum obedientiā,] Retulit ei Tit⁹
Apostolo cum ingenti lęticia obedientiā Corinthiorū,
Gal.4. [quō cū timore] cordis [& tremore] corp̄is [excepistis
eū] cum debita reuerentia, sicut & vobis præcepi tales
recipere tanq̄ meipsū, īmo vt Chr̄m [Gaudeo] de hoc,
& ad hoc [quod in omnibus] rebus [confido in vobis]
sperans vos semper ad obediendum paratos, sicut &
nūc obedientiā vr̄am expertus sū. Vna equidē actio ꝟ
tuosa, p̄stat fidutiā de alia, atq; maiori.

¶ Declaratio Capitis octaui. Notam au
tem facimus ¶ Articulus VIII.

Præterea admonet Apostol⁹ Corinthios ad faci
endam atq; mittendā eleemosynam pauperib⁹
re humana pręsidia, nec sine necessitate ad solũ dei cõ-
uolare auxilium, Hãc persecutionẽ est in Damasco pas-
sus Paulus, statim post sui conuersionẽ. Vt patet Act.9.

¶Expositio Cap. XII. Si gloriari opor-
tet, non expedit. Articulus.12.

DEclaruit Apostol⁹ excellentiam suam in supe
riori capitulo per mala quæ pertulit. Iam ostẽ
dit eandem per specialia bona sibi concessa, &

ait. [Si gloriari oportet] .i. quia necesse est vt gloriando cõmendem meipsum ad dei honorem, vt reprimã gloriam illorum pseudodoctorum, & fideles ędificationẽ recipiant [non expedit quidem.] seipsum laudado gloriari secundum apparentiam & quorundam opinionẽ, vel secundum legem communem, (sicut iam sępius tactum est) tamen propter rationabilem causam expediens est. [Veniam autem] .i. describendo procedam [ad visiones & tribulationes domini] .i. diuina secreta quæ vidi mẽte ac intellexi. Visio aũt & reuelatio sępe pro eodem sumuntur. Interdum vero distinguntur. vt Visio appelletur cum aliqua Prędentamur visione corporali, vel imaginaria, quorum significatio ignoratur: quẽadmodum Pharao vidit boues & spicas. Et Nabugodonosor statuã: significationes vero Danieli & Ioseph reuelatę fuerunt. Porro reuelatio dicitur, qñ significatio ostensę veritatis innotescit, instruente spũ sancto per seipsum vel angelum. Vñ cum in reuelatione seu mãifestatione diuinę sint duo Videlicet signum & signatum: visio refert ad signũ: reuelatio ad signatũ. Visio itaq; & & reuelatio sic sumpta interdũ separantur, sicut i Pharaone & Ioseph. interdum sũt simul sicut in oĩb⁹ pœne prophetis: intelligẽtia em̃ opus est visione. [Scio hominem in Christo] p fidem & charitatem stabilitum: videlicet meipsum. Consuetudo autem est viris sanctis, cum aliquid magnificum de seipsis cõscribũt aut asserunt, non exprimere proprium nomen, sed loqui de seipsis: velut de alijs. Scio itaque hominem [ante annos quatuordecim] qui lapsi sunt a tempore reuelationis vsque ad horam narrationis prędentis. Vnde tenendum videtur, quod rapt⁹ de quo ĩa sermo est, fuit statim in ipsa conuersione Pauli cum triduo erat cœcus nõ manducans neque bibens [siue in corpore, siue extra corp⁹ nescio], id est, on homo iste tempore huius reuelationis seu raptus, fuit viuens in corpore, anima existente in corpore per suam essentiam, an anima eius fuit realiter a corpore separata, & substãtialiter in cœlum ter-

Prou.27.

Visio Reuelatio.

Gen.41.

Da.2.&.4

Dan.1.

Tob.32.

Actu.9.

Luc.21. tium subleuata, ac denuo corpori reunita, visione cessãte, hoc nescio. [Deꝰ scit] quomodo fuerat. Vel, deꝰ scit, quod veracitèr dico me istud nescire. Sciebat autẽ Apostolus corpus suũ mansisse in terra, sed de anima sua dubius fuit an erat in cœlo solum per contemplationẽ, an per essentiam tanquam a corpore seperata. Scio ergo [raptum] in spiritu supernaturaliter atque fertissime huiusmodi vsque ad tertium cœlũ], id est cœlum empyreum, quod est locus beatorum. Et dicitur empyreum, quasi igneum, non a calore, sed splendore. Vocatq; tertiũ, respectu octauæ spheræ: quæ dicitur firmamentum, seu cœlum syderium, & cœli cristallini seu aquei, quod secũdum philosophos dicitur nona sphera.

¶ Quidam exponũt hos cœlos spiritualiter, vt per primum cœlum intelligatur visio corporalis diuinitus facta, qua vnus videt quod alius astans videre nõ potest quẽadmodũ Baltasar vidit articulos manus in pariete scribentis, quę visio dicitur cœlum: quia in ea vni celatur & alteri reuelatur. Secundum autem cœlum est visio imaginaria, quando in somno vel extasi videnť imagines corporales, non corpora, sicut Petrus vigilando in extasi vidit vas, quoddam Et Pharao dormiẽs vidit boues. Tertium cœlum est visio pure intellectualis, qua nec corpus, nec corporis species cernitur, sed in contẽplatione, diuinorũ anagogica. mens ipsa supernaturaliter figitur. Iuxta quẽ modũ Paulus in raptu vidit deũ vidit, ei diuinam essẽtiam clare & immediate, seu facie ad faciem, atq; per speciem sicut beati in patria, prout Augustinus testatur in libro de videndo deum ad Paulinam. Vnde certissimum est quod PAVLVS tũc non vixit sicut homo, seu vita sensitiua naturali: atque humana, eo quod dominus dicat ad Moysen. Non videbit me homo & viuet. Nam etsi anima eius mansit in corpore, tamẽ suspensa & abstracta erat ab omni actione interiorum exteriorumque sensuum.

Dan.5. Act.10. Gen.41. .Cor.13. Gen.32. Augustin. Exod.33.

¶ Quidam insuper per primum cœlum intelligunt infimam hierarchiã, in qua sunt angeli, archangeli, prin-

cipatus. Per secundum cœlum, mediam hierarchiam, ī qua sunt potestates, virtutes & dominationes. Per tertium, summam, in qua sunt throni, Cherubin, & Seraphin. Dicunt ergo Apostolum raptum vsque ad tertiū cœlū, id est, vsq; ad æqualitatē cognitionis angelorū sūmæ hierarchiæ, ita vt tā clare viderit deum quā illi.

¶ Postremo non nulli per primum cœlum intelligunt cognitionem cœlestium orbium. Per secundum cognitionē cœlestiū, aīorū, Per tertium, noticiam diuinarum personarum, ad quarum contemplationem raptus est Paulus. nec dubiū, quin alia quoq; vidit in deo. [Et scio huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit, qm raptus est in paradysū]. i. in predictum tertium cœlum spirituale seu corporale. Qđ dicitur paradysus rōne dulcedinis & tranquillitatis. quæ ibi sentit̄. De qua paradyso scriptum est Apoc. 2. Vincenti dabo edere de ligno vitę quod est in paradiso dei mei. Loquitur autem Apostolus de paradyso terrestri, vt aliqui opinantur, dicentes Apostolum bis raptū fuisse, semel in cœlum tertium, & semel in paradysum, quando videlicet ingressus est templum dei de quo dicebat Factum est (inquiens) reuertente me in Hierusalem & orante in templo, fieri me in excessu mentis. Et isti sequuntur Ambrosium, quorum positionem reprobant quidam per hoc quod visio ista secunda facta fuit diu post scripturam ac missionem præsentis epistolæ, vt pote instāte captiōe & ductiōe Apostoli ad Romanorum imperatorem. Hanc vero epistolam iam antea scripsit a Troade, vt dicit Hieronymus in præsentis epistolę prologo. Sed ista reprobatio non valet, quamuis enim Apostolus hanc secundam visionem recitet, Actuum. 22. Vbi describitur eius captiuitas, ex qua Romam delatus, est tamen intuenti diligenter textum præallegati capituli constat, quod Apostolus visionem illam habuerit statim post primam, quando videlicet a Damasco reuersus, ingressus est templum. Quomōcūq; aūt dicat̄, sequētia ꝟba, veritatē hn̄t, & magis cō-

Gen. 1.

Ezech. 28.

Ambrosi9

Hyerony.

Gal. & 2.

uenit raptui eius in tertiū cœlum, q̄ in paradysum, si distinctæ visiones dicātur. Et licet distinctæ visiones essent tamē per paradysum posset spiritualiter accipi sua uissima quædā tranquilitas mentis. Subdit ergo [Et audiuit arcana uerba] .i. deo in anima eius loquente per illuminationē internā, percepit atq; cognouit quædā se creta de deo, & creaturis, p̄sertim de mysteriis Chri de prædestinatione diuina, de angelorū ordinibus, multisq; aliis quorū cognitio oēm naturalē cognitionē excedit. Denicq; cessante hoc raptu ad intellectū pertinentes, remanserunt in anima Pauli quædam similitudines, p̄ quas memor erat eorū quæ vidit in raptu. Nec oportet dicere qđ omniū memor māsit quæ vidit in raptu, qa corpus qđ corrūpit, aggrauat aniam, sed tanta mā sit in eo illorum memoria siue sciētia quāta necessaria fuit sibi ad instructionem ecclesiæ, vel profectum animæ suæ, [quę non licet homini loqui,] id est, manifestari, cum non sint capaces aut digni, nisi forte essent tales qualis Paul⁹, vt potius dici possent dñi q̄ homines. Vnde Tobiæ Raphael dixit. Sacramentum regis abscondere bonum est. Et Esaias Secretum. ait, meum mihi, secretum meum mihi. Aliquibus tāmen sanctissimis, diuinissimisq; hominibus, vt Dionysio, Creditur Paulus multa de his arcanis reuelasse. [Pro hmōi gloriabor,] id est pro tantis beneficiis mihi diuinitus distributis lętaborin domino gratias referēdo. [Pro me autē], id est, de me metipso [nihil gloriabor [nisi in infirmitatibus meis] id est. persecutionibus, & calamitatibus atq; languoribus, quæ pro Chro, vel propter ipsius amorē libenter sustineo, de quibus in domino glorior. Iuxta illud. Lętati sumus pro diebus quib⁹ nos humiliasti, annis quib⁹ vidimus mala. [Nā & si voluero gl'iari] de reuelationibus seu infirmitatibus meis [non ero insipiens,] secūdū veritatem, quamuis quidā hoc putent, non enim inaniter sed in domino gloriabor, [veritatem enim dicam] laudando, & gloriando hoc mō. [Parco autē,] id est, moderate & sobrie refero gratiasmihi donatas, nō omneis

Sapien. 9.

Psalm. 81.
Tobię. 12.
Esaiæ. 24.

2. Cor. 10.
Psal. 89.

exprimens, [ne quis me existimet me supra id quod vi
det me].i.ne aliquis homo putet me altioris naturę vel Gen.2.
dignioris conditionis quam sum, vt puta angelum in- 3.Reg.8.
carnatū vel hominem impassibilem, cuius tamen oppo 2.Para.8.
sitū videt [aut audit] ab alīs [aliquid ex me].i.de me, Iob.13.25.
videlicet q̄d, lū hō passibilis sicut & cęteri. Vel ex me.i ps.143
ex ore meo q̄ dico me similem alīs mortalem atq; pa-
ssibilem ne ergo putet me aliqs esse altiorē quam talem
ideo parco. Vel sic. Parco aūt ne qs suspicios⁹ me exi-
stimet erigi p tumorē supbię, supra id quod videt me,
aut audit aliq̄d ex me.i. vltra famam meritorū meorū.
¶ Conseq̄nter, ostendit Apostolus datum sibi esse reme
dium cōtra supbiam. Magna em̄ specialisq; gratia so-
let esse elationis occasio cætera em̄ vicia regnant in ím-
pīs, superbia vero de spūali excellentia virtuosos forti
us tangere solet. [Et ne magnitudo reuelationū] diuina
rum [extollat me] ex occasione, id est, ad supbiendū in-
ducat me [datus est mihi] a deo effectiue vel permissi-
ue [stimulus carnis meę] Per hunc stimulum quidā in-
telligunt corpalem infirmitatem, ac pœnam quandam
punctiuam videlicet dolorem laterum, vel passionem
iliacam aut simimile aliquid. Corpis autē infirmitas,
mentis humilitatem conseruat, quia per eam inducitur
homo ad ꝓprię fragilitatis ac imperfectionis conside-
rationem. Subditur autem [angelus Satanę].i. dæmon,
a suo principe apostotata missus ad affligendum me, si
cut afflixit Iob, scilicet: [vt me colaphiset], id est, ictib⁹
infirmitatis fatiget, Non quod stimulus iste fuerit reali
ter angelus Satanę, sed quia inferebatur & concitabatur
ab eo. Alī p stimulum carnis intelligunt tentationem
libidinis, seu cōcupiscentiā carnis, quam dicūt graui⁹ in
citasse Apostolum post raptum quam ante. Et ne æsti-
metur stimulatio ista fuisse a causa ĩteriori (hoc est a car
ne) sed a diabolo, subditur angelus Satanæ, stimulū istū
in me agitans indefesse, vt me colaphiset, id est, confu-
sibiliter. tractet. Talis autem tentatio maxime repri-
mit motus spiritualis superbiæ, quoniam facit homi-

Esa.64. nem experimento scire propriæ conditionis miserabilē
3.Reg.8. inclinationem, & pronitatē in malum. Tentatio aūt cui
non consentitur, non est peccatum, sed materia exercen
dæ virtutis. Quod tamen intelligendum est de tentatio
ne exteriori, illa videlicet quæ fit ab hoste, non a carne,
q̄ ei a carne est, siue interior, p̄ctm̄ est veniale, licet ei de
neget consensus. Veruntn̄ scd̄m doctores, motus prio
primi, qui sunt ex causa pure naturali nequaquam vo
luntaria, nullo modo habent rationē peccati. [Propter
quod] id est, propter stimuli huius inquietudinem siue
molestiam [ter rogaui dominum] supplicatione præci
pua ac solenni [vt discederet a me] tribulatio stimuli hu
ius quæ videbatur mihi magis obesse quam p̄desse.

zacha,10 [Et dixit mihi] dominus per inspirationem internam, sī
Eph.6. ue angelum [sufficit tibi gratia mea] id est, excellentia
spiritualis perfectionis quam tibi largitus sum satis effi
cax est vt per eam omni tētationi prualeas, omnemq̄
languorem æquanimiter feras, [Nam virtus], id est, ac
tus virtuosus seu habitus virtutis [in infirmitate perfi
citur] Dupliciter. Scilicet materialiter, prout infirmitas
est materia exercendæ virtutis, videlicet humilitatis &
patientiæ. Secundo, occasionaliter, quoniam proprię i
firmitatis experimentalis cognitio efficit hominē ad vi
tia præcauenda cautiorem, & ad diuinę miæ implora
tionem magis diligentem ac humilem. Vel sic, Virtus
in infirmitate, id est, p̄ infirmitatē perficitur, quia con
Iac.1. tra eam pugnādo, eam q̄ vincendo augetur, ac robora
tur. Propter quod dicit scriptura, Probatio fidei patien
Mat.18. tiam operatur, patientia autem opus perfectum habet.
Præterea cum dicat Saluator: Quodcunq̄ petieritis pa
trem in nomine meo, dabit vobis, certum est Paulum
istum non petīsse in nomine Iesu, id est, secundum rati
onem veræ salutis. Homo enim comparatur ad deū,
sicut ægrotus ad medicum. Quemadmodum ergo pius ac sapiens medicus non semper exaudiuit pre
cem ægroti ad votum, quamuis exaudiat eum ad com
modum eius, sic deus nō semper exaudit electos &

ctos ſcdm votum ipſorũ, quia quod poſtulant nõ ſim pliciter expedit eis, expedit tamen eos quãtum ad aliquid melius [libenter ergo gloriabor in nfirmitatibus meis]. i. de hoc quod trbulationes iſtas ſuſtineo, hoc erñ ad perfectam obedientiam pertinet, delectabiliter agit. Sicut & Iacobus dicit: Omne gaudium exiſtimate fratres, cum in diuerſas tentationes incideritis, [vt ihabitet in me virtus Chri,]. i. gratia Chri pficiat in me. Chrs ei teſtatur. In pacientia veſtra poſſidebitis animas veſtras. [Propter quod placeo mihi]. i. vehementer delector [in infirmitatib9] corpis. [in contumelñs] verborũ ab alñs mihi illatis [in neceſſitatibus]. i. indigẽtñs victualium [i pſecutionib9], quibus de loco ad locum expellor, [in angustñs] animi pro Chriſto. In his nãq; gaudendũ eſt, q homini proſunt ad promerẽdam uitam ẽternã, ad pficiendum in gratia, ad ſatiſfaciendum pro culpa, ad imitandũ veſtigia Chriſti. Talia aũt ſunt omnia prẽiducta, ideo habenda in illis cõplacentia. Ad quam pfectiõem non peruenit, niſi qui priuato exterminato amore, in diuina pfecerit charitate. In prẽdictis ergo placeo mihi. [cum enim infirmor]. i. affligor, vel corpore langueo, [tunc potens ſum] in anima p gratiam patienter ferẽdo aduerſa. [Factus ſum inſipiens,]. i. ſimilis ſtulto laudando meipſum, cum hoc ſit op9 ignaui [vos me coegiſtis] id eſt, ardens dilectio, qua veſtram quæro ſalutem, compulit me ad hoc. [Ego enim a vobis debui commendari] tanquam magiſter, pater, atque Apoſtolus veſter, quod non feciſtis, ſed pſeudapoſtolis mihi detrahentibus conſenſiſtis. Subditi ergo laudare debent bonos prælatos ſuos. [nihil enim minus feci] prædicando, miracula operando, & multipliciter laborando in eccleſia dei, præſertim in vobis [ab his] id eſt, quam hi [qui ſunt ſupra modum] communem, id eſt, excellenter [Apoſtoli] ſcilicet Petrus, Iacobus, & Ioannes. Vel ſenſus Apoſtoli eſt. Quod ipſe non minus fecit conuerſis a ſe, quam illi con-

Eſa. 49

Ro. 5.

Iac. 1.

Luc. 21.

Mat. 5.

Gal. 1.

uersis ab ipsis. [Tamen etsi nihil sū] ex meipso vel comparatione illorū sublimiū apostolorū vt aliq opinātur: [signatum apl̄olatus mei] .i. opera sup naturalia p quę probor ver⁹ dei apl̄s [facta sunt sup vos] .i. in vobis [in omni], i. pfecta [patientia] quæ declarat veram esse doctrinam meam: quia doctrina viri per patientiā nosciē [in signis] .i. miraculis minoribꝰ, vt sunt sanatio febris, illuminatio cęci [& prodigiis] .i. miraculis maioribus, vt sunt suscitatio mortui cognitio secretorū cordis: & futurorū pure cōtingentiū [& virtutibus] aīæ vniuersis, vt sunt Humilitas, Charitas &c. Vel, virtutibus .i. cęteris quibuscū q operibus diuina potestate pactis. Virtus enim vno modo est genus ad signū & prodigium. Nam omne miraculum dicitur virtus, quia diuina virtute peragitur. [Quid est em̄ qđ min⁹ habuistis] a me [Præ cęteris ecclesiis] a suis apl̄s vel etiā a me [nisi quod ego nō grauaui vos?] stipendia seu sumptus vitę sumendo a vobis, qđ certum est nō pertinere ad minorem beneficentiam sed maiorem. Vnde in hoc plus habuistis quā ecclesię alię. Vnde ironice subdit. [Donate mihi hanc iniuriā] .i. si quid peccaui non grauādo vos, hoc mihi ignoscite.

Rom. 1.

2. Cor. 5.
1. Pet. 5.

¶ Expositio Cap. vlti. Ecce tertio hoc.

Articulus XIII.

Videndum incipiunt huius epistolę capitulum vltimum hoc loco q̄ dicitur [Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos] Quidam vero infra vbi scriptū est. Ecce tertio hoc venio ad vos: q̄ forte diuersitas contigit, ꝓpter coincidētiam verborū istorū sed modica vis est quo loco incipiatur. Oīdēs ergo beneuolentiā suam Apostol⁹ ad Corinthios. ait. Ecce tertio hoc tempore. i. hac tertia vice paratus sum voluntate venire ad vos. Nō quod ante bis venerit, sed semel: & alia vice venire proposuit, nō tamē venit. Nūc autem tertio paratum se dicit venire ad eos, & non ero grauis vobis vestra recipiendo. Quod ideo dico, ne me putetis primo callide nil sumpsisse, vt modo abun-

Phil. 2.

dantius capiam [Non enim quæro quæ vestra sunt,] i. temporalia vestra. [sed vos] .i. salutem animarū vestrarum. [Non enim debēt filij parētibus thesaurizare, sed parentes filijs.] Hoc de carnalibus parētibus verum est quibus incumbit filios suos nutrire, eisq; in temporalib⁹ prouidere. In casu tamen iustum & condecens est, filios carnales parentibus thesaurizare, vel saltem necessaria ministrare. Spirituales vero filios dignum est necessaria vitæ spiritualibus patribus ministrare: dūmodo filij tales habeant propria, monachi enim a patribus suis prouisionem accipiūt. Apostolus vero in tantum se asserit nil velle accipere: vt legem patris carnalis, filiorūq; ei⁹ ad spiritualem referat patrem ac filios spirituales, quod & suo modo verum est. Nam filij spirituales non debēt suis prælatis thesaurizare. i. diuitias congregare, quamuis debeant eis necessaria ministrare, sed parētes spūales filijs spiritūalibus thesaurizare debent præsertim spirituales diuitias vitę ęterne, immo & tēporalia eis præbere, si sibi adsit facultas, ipsiq; egeāt, sicut & ego Paulus q̄dammō feci alias ecclesias expoliando ad ministerium vestrum. Deniq; non solū mea, sed & meipm paratus sum vobis cōmunicare. [Ego autem libentissime] i. promptissima charitate [impendam,] vobis spiritualia bona quæ habeo, & tēporalia si qua habuero, [& super impendar ipse], id est, vltra illa meipsum impendā [pro animabus vestris.] id est, pro salute earum, tanquā paratus mori pro vobis. Hinc alibi loquitur scriptura. In hoc cognouim⁹ charitatē dei, quoniā ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere, [Licet plus vos diligens] quam alios quosdā. Vel quam pseudo illi apostoli vos diligant, [minus diligar] a vobis quam falsi illi, vel quam ab alijs, & sic estis charitati meę p ꝑte ingrati. Dilectio em̄ primū & maximū donū gratuitū, i quo cætera dona seu bñficia cōferunt. [Sed esto] .i. concedat sic esse vt dixi, nunc q̄ resumo videlicet. [Ego vos non grauaui] vestra exigendo aut recipiendo, [sed] dici posset [cum essem

1. Pet. 5. Iudæ

Rom. 15 2. Thess. 38

1. Tess. 4. 1. Io. 4

Phil. 2.

2. cor. 11.

Pro.26. astutus], id est, nequiter callidus [dolo vos cepi] id est, fraudulentur veltra obtinui, aliorū mediante auxilio. [Nunquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circumueni vos?], id est, decepi? non vtiq;. Nam [Rogaui Titum] ire ad suos [& misi cum illo fratrem] cui? laus

2.Cor:8. est in euangelio per omnes ecclesias scilicet Lucā vel Barnabam. [Nunquid Titus vos circūuenit? Nonne eodem spiritu] , id est, ductu eiusdē spiritus sancti, vel pari voluntate [ābulauim9?] inter vos? [Nōne eisdem

1.Pet:2. vestigijs?], id est similibus actibus exterioribus? Quive

Mat.7. stigia appellant, quia in eis relucet ac representat bonitas

Num.5. & malicia voluntatis. Iuxta illd: A fructibus eorū cognoscetis eos. [Olim putatis], id est, iā dudū vel iādiu existimatis falsa suspitione [quod excusemus nos apud vos] tanquam in aliquo rei quantum ad vos: quod ita non est [Coram deo], id est in diuinę presentię conspectu nosipsos constituendo [in Christo]. i. secūm Christi voluntatem & sapientiam [loquimur] omnia ista [Omnia autem] ista [charissimi] operamur & loquimur laudādo nosipsos, & vituperādo pseudapostolos [ppter vestram ędificationem] vt agnita veritate declinetis a malo, & bona agatis. [Timeo enim ne forte cū venero]

Ps.32. ad vos, [non quales volo] vos esse [inueniam vos] videlicet īcorrectos atque discordes: [& ego inueniar a vobis, qualem non vultis] vt pote durus correptor, ita densque eos Sathanę īnteritū carnis, quise nō correxerunt. Timeo itaque [Ne forte contentiones], id est, līites verborum [æmulationes] , id est, inuidiæ, [animositates, [dissensiones] , id est, discordiæ [detractiones,

Rom.2 surrurrationes], id est, occulta semina discordiarum & [inflationes,] superiorum contra subditos [seditiones]

Phil.2. tumultus ad pugnam seu perturbatiōes [sint inter vos]

Eph.6. Timeo itaque ista vicia inueniri in vobis. [Ne iterum cum venero] ad vos [humiliet me deus] , id est, contristet atque affligat [apud vos] quibus condolerem

Heb,5. errantibus: [& lugeam multos ex his qui ante] missi onem primæ epistolæ [peccauerunt] etiam post ba-

ptiſmū: [& non egerūt pœnitētiā ſup immūdicia] de vicio cōtra naturā, vel inceſtu [& fornicatione] ſimplici, q̄ eſt ſoluti cū ſoluta, [& impudicitia] .i. virginū de floratione [q̄ geſſerunt]. Et debetis diſtrictonē meam timere. Nā [Ecce tertio hoc] quātū ad cordis propoſitū [Venio] i breui veniam [ad vos] Semel enim venit: & ſecunda vice diſpoſuit quod nō fecit propter diſcordiā Corinthiorū. Idcirco dicit ſe nunc tertio aduenire. [Vt in ore duorum vel triū teſtium] approbatorū accuſātium vel atteſtantium [ſtabit omne verbum] .i. firmiter recipiet, credetur, & determinabit, quicquid accuſādū vel iudicandum occurrerit. Idē habet in lege Moſayca [Predixi enim] vobis [& p̄dico nunc vt p̄ſens vobis] .i. tanta certitudine, ac ſi corpore p̄ſens eſſem. Vel vt ſpiritus [& nunc abſens] corpore p̄dico [his qui āte peccauerunt] ſecundum ſenſum iam dictum [& cæteris omnibus] qui illis in peccato communicauerunt, vel poſtea, ſcilicet poſt miſſionē primę epiſtolę, inique egerūt [quoniam ſi venero non parcā] eis. Sed duorum vel trium teſtium teſtimonio credens, cōuictos rigide tractabo. Conſquēter oſtendit apoſtolus oīa hæc verba & opa ſua ſe exercere nō propria poteſtate, ſed Chriſti authoritate. [An experimentum eius queritis] .i. vultiſne propter incredulitatem veſtram experiri iu diciariam poteſtatem ipſius, [qui in me loquitur] .i. cuius nutu & inſpiratione hęc loquor, qui eſt [Chriſtus?] cuius [illho]ritate facio vniuerſa pro veſtra ſalute [qui in vobis non infirmatur ſed potens eſt in vobis], id eſt, poteſtatem ſuam in vobis oſtendit, magnalia inter vos operando, [Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate], id eſt, ſecundum naturam humanam paſſibilem [ſed viuit ex virtute dei]. i. diuina poteſtate ſurrexit, & immortaliter viuit. [Nam & nos] imitatores Chriſti [infirmi ſumus in illo]. i. exemplo & amore Chriſti varias perſecutiones tribulationeſque patimur: quoniam non eſt maior ſeruus domino ſuo: [ſed viuimus] vita gratiæ [ex virtute dei] gr̄am infundentis. Viuimus aūt [in nobis]

Luc.19. Ezech.18. Ezech.13 Eccl.11 Phil.2 Ioan.15 Ioa.15 Ro.1.

i.In vestri cõuersione,& sancta conuersatione manifestatur vita gratię nobis concessa, quemãdmodũ causa relucet in suo effectu. Qm̃ ergo potestatem puniẽdi habeo & veniẽs non parca[Vo|metipsos tentate] interiora & exteriora vestra prudẽter discutite[si estis in fide] catholica, in omnibus recte credendo. Vel si estis in fide,formata per opera bona.i.si fide & opere christiani estis,vos probate..i. examinate. Põt.n hõ certo scire se habere fidem informẽ. Cõiectiue vero & probabiliter scire potest an sit in fide formata.i.charitati coniuncta. Quoniam ergo homo seipsum hoc modo cognoscere valet subditur[an non cognoscitis vos metipsos]q̃tum ad dona,& gras spiritus sancti,videlicet an pertineatis ad deũ p fidẽ& gram,vt pote[qa].i.q̃d[Iesus Christ9 in vobis est]habitando in cordibus vris per fidẽ & chaaitatẽ[nisi forte reprobi sitis].i.imo cognoscitis vos metipsos hoc mõ,vel aliqñ saltẽ cognoscetis,si nõ estis p̃sciti,atq; dãnandi,[Spero aũt q; cognoscetis]de nobis p opanra virtuosa atq; miracula:[quia].i.q̃d [nos nõ sum9 reprobi] sed electi Vnaquęq; em arbor,a fructu suo cognoscit̃.[Oram9 aũt deũ: vt nihil mali]mortalis peccati p̃cipue,nec etiam venialis:q̃tum possibile est[faciatis].i.vt detur vobis gra immaculatę vitæ[non vt nos probati pream9].i.virtutibus exerciti,& laude digni videamur hominibus , hñdo discipulos tantę perfectionis. Non enim quærimus gloriam nostram sed dei honorẽ, vram q; salutẽ. Ideo subdit̃ [sed vt vos q̃d bonũ].i.meritoriũ[est faciatis]nõ solũ actu exteriori, sed etiã iteriori[nos autẽ vt reprobi simus].i.abiecti & impotẽtes esse putemur non ostẽdẽtes autoritatẽ nostrã in vestri correctione.[Nõ em possum9]licite agere[aliqd aduersus varitatẽ] vitæ,iustitię, & doctrinæ [sed pro veritate]tueda possum9 aliquid, imo qui hoc potest quod sibi nõ expedit,q̃to id amplio9 pñt:tãto impotentior est. Aliq̃ tamen abutentes potestate sibi concessa veritatem impugnant,& in quibusdã expugnãt, sed tandem a veritate vincũcur. [Gaudemus em in qñ

Rom.ij

Sapien.8

2.Pet.1

Matt.5

Eccles .11.

nos infirmi sumus] in corpore & afflicti [vos autē potentes estis] in anima gratia dei supernaturaliter confirmata [Hoc & oramus] videlicet [vestrā consummationē] i. perfectionis plenitudinē, deprecantes dñm vt omnium virtutum apicē attingatis adiutorio gratię dei. Act.20
[Ideo hæc absens scribo] vobis prēmonendo vos, quia monitio habet correctionē prēcedere [vt non præsens] corpore apud vos [durius agam]. i. multum dure vestra peccata vlciscar [secūdum potestatem] apostolicā & sacerdotalem qua possum excommunicare, soluere & ligare [quā dñs dedit mihi in ædificationem] .i. ad profectum fidelium, [& non in destructionem]. i. non ad hoc vt corda eorū subuertam, & ptāte abutar. [De cętero fratres gaudete] in cultu diuino. Iuxta illud: Seruite dño in lętitia [perfecti estote] in virtute & gratia secundū cōditionē pñtis fragilis statꝰ. Prout dicit saluator: Estote & vos perfecti, sicut pater vester cęlestis perfectus est. Ad hāc perfectionem exigit indefessa custodia cordis. Nā sicut nauis in flumine posita cōtinuo descendit per aquę motum, nisi remigēt in cōtrariū. Sic anima ex carnis corruptione & pronitate in malū, incessanter descēdit a perfectione virtutis, nisi in cōtrariū renitatur. Ideo Salomon: O mi, inquit, custodia custodi cor tuū [exhortamini] mutuo verbis ardentibus [idem sapite]. i. in cognitione veritatis & gustu bonitatis conformes estote. [Pacem] internā. i. mentis tranquilitatē [habete] & q̄tum fieri potest cū omnibus hominibꝰ pacem q̄ ex charitate procedit habere satagite [& deus] amator ac largitor pacis spiritualis [& dilectionis] syncere [erit vobiscum]. i. in cordibus vestris per dona ista manebit. Quemadmodū pollicetur. Ad eum, inquiēs, veniemus, & mansionē apud eum faciemus. Et iterum Beati pacifici, qm̄ filij dei vocabunt. [Salutate inuicem in osculo sancto]. i. charitatiuo & puro, quod est interę vnionis (quam efficit charitas) signū. [Salutāt vos]. i. beatitudinem optant, & dicūt vobis [sancti omnes.] qui mecum sunt, quorū merita vobis communicantur Mat.16 Ps.99. Mat.5. Gen.8. Roma.12.

per desideria charitatiua quę habent de vestra salute. [Gratia domini nostri Iesu Christi] gratificās atq; deificans, quam ipse, vt deus, nobis infūdit, [& charitas dei patris [& communicatio sancti spūs] .i. influxio septem donorū spūs sancti [sit cū omnibus vobis, Amen] Videtur autem Apl's gratiā appropriare filio: quia per eū reconciliati, gratiāq; sortiti sum⁹. Charitatē vero patri, q̄a propter nimiam charitatē suā q̄ dilexit nos filiū suū misit, & contulit nobis. Cōicationem vero spūi sctō, cui cōuenit bonitas, ad quam spectat sui ipsius liberalis diffusio. In his insuper verbis sup̄bn̄dicta trinitas, eiusq; potentię vnitas cōmendatur. cū diuinę p̄sonę distinctis nominibus exprimunt̄, & vni p̄sonę asscribit̄, q̄d certū est fieri ab alia, imo a tribus simul. Quę est super oīa deus sublimis & bendictus, Amen.

ARGVMENTVM INEPISTOLAM ad Galatas

Esto firmus in via domini, & in ꝟitate sens⁹ tui. Perfectio creaturę est, creatori ordīate assimilari. Incōmutabili aūt æternoq; deo assimilat̄ anima rōnis p̄ stabilitatē, firmitatē seu fixionē suā in cōtēplatione ac dilectiōe diuinorū. Idcirco scriptura instabiles multipliciter reprehendit: stabiles quoq; in bono ediuerso cōmendat. Vnde in epl'a nūc exponenda, arguuntur pręcipuę ab Apostolo Galatę de hoc quod ita instabiles erāt in euangelica veritate quā prīo ab apl'o didicerūt, & post eius recessum a pseudapostolis multipliciter subuersi fuerūt, ita vt crederēt euāgelicā legē cęremonialib⁹ veteris te. nequāq̄ sufficerere ad salutē. Deniq; Galatę gręci sūt. Nā Galli olim quādā Gręcię ingredientes ꝓuinciam, Gręcis se miscuerūt, ꝓpter quod illa prouincia primo dicta est Gallogræcia

Pro. 11.

2. Cro. 12.

Deinde Gallacia. Habitatores quoq; ipsius primo vocati sūt Gallogræci, postea Galatę, qui etiā tardi & obtusi fuerunt ingenij, cū tñ Gręci semper fuerint ingeniosi. His igitur scribit Aplūs ab Epheso, reuocans eos ad euangelicę veritatis integritatē, & Chrianę fidei puritatē. Proceditq; in epistola more solito salutationē p̄mittendo: deinde ad narrationem veniendo.

Expositio primi cap. epl̄ę ad Galatas:

Paulus apostolus. Art. I.

QVONIAM improbaturus erat Apostolus in præsentis epistolæ processu detractores suos pseudapostolos, increpaturusq; Galatas e q̄ contra sua m doctrinam pseudapostolis crediderant. Idcirco in exordio huius epistolæ personam suamipsius magnifice laudat, sicut & id sæpius facit, non ex aliqua vanitate, neq; ob propriam laudem, sed ex vera charitate ad filiorū suorū spiritualem ędificationē, sicut in expositione p̄cedentis epistolę plenissime patuit. Ait ergo. ¶ [Paulus] ordinatus seu factus, & missus [apl̄s non ab hoibus] viatoribus. ſ. Anania, aut cęteris apostolis [neq; p hominem] purum, qui fuerit mediator inter deum & Paulū [sed p Iesum Christum & deum patrē] i. a Christo dei filo, eius ęterno patre, imo a tota superfœlicissima trinitate vno simplici deo, cuius essentia vna est, sic opera indiuisa sunt. Verumtamen Paul⁹ factus est apl̄s p Christū ministerialiter mediate & instrumentaliter. secundū q̄d Chr̄s est hō, sic enim in via apparuit Paulo & Ananię in Damasco. Oia q̄q; gratiarū charismata p Chr̄m hominē, & merito eius cōferuntur hominibus [qui] deus p̄ [suscitauit eum] videlicet Christum [a mortuis, & qui mecū sunt] in Epheso [fratres omnes] mandant [ecclesiis] i. congregationib⁹ fideliū [Galatię], puīcię sic vocatę [Gra] gratū faciēs, q̄ est hit⁹ deiformis ac supnaturalis, aiam ponēs in eē diuīo ac meritorio [& pax] i. ordinata trāquillitas vobis pie p̄stēt [a deo p̄re nr̄o]. i. sctā trinitate, cui dicim⁹: P̄r nr̄ qui es in cœlis, [& dño nr̄o Iesu Chr̄o]

2. Cor. 1.

Sapien. 1

1.Tim.2. dei ac hominum mediatore, per quē, seu merito cui⁹ se
cundum, qđ homo est, m unera gratiarū nobis pręstan
tur. Si aūt ꝑ patrē nostrū, qs intelligere velit distinctā
patris ꝑsonā, ꝑ dn̄m Chr̄m designabat̄ ꝑsona filij secū
dū qđ deus est pr̄i ęqualis, & idē actor pacis & gratiæ
Io.5. cū deo patre. Iuxta illud, Quęcunq; facit pater, hęc &
Heb.9. filius similiter facit [q] Christ⁹ [dedit] .i. obtulit [semet
ipsū] tꝑe passionis in patibulo crucis [ꝓ peccatis nr̄is]
.i. pro remissione peccatorū nostrorū. Quemadmodū
Mat.20 in euangelio loquitur. Venit filius hominis dare animā
Io.10. suā redemptionem ꝓ multis, Et rursus. Ego sū pastor
Esaię.53 bonus, & aīam meam pono pro ouibus meis. Hinc &
Esaias. Ipse aūt vulneratus est ꝓpter iniquitates nr̄as:
attritus est propter scelera nostra. Sic aūt obtulit Chr̄s
seip̄m pro nobis ex ardentissima charitate, qua dei pr̄is
1.Io.4. honorē, & nostrā optabat salutē. Ex promptissima q̄q;
obedientia, qua vt homo volūtati patris in omnib⁹ pa-
Phil.2. ruit. Deniq; sicut pater dedit, seu tradidit Christū ho-
Rom.8 minē ꝓ nobis, sic etiā verbum seu Chr̄s, vt deus, dedit
Eph.5 seipsū vt hominē pro nobis. Quō autem pater tradidit
Chr̄m ꝓ nobis, dictum est plenius ad Romanos.8. [vt
eriperet nos de p̄senti sęculo nequā] .i. de mundo isto,
1.Io.2. qui totus in malo positus est, scilicet de cōuersatiōe sæ-
culari, & malis quę fiunt in sęculo, de cōuentu malignā
p̄s.63. tiū, de consortio reproborū. Vel de p̄senti sæculo neq;,
id est, de hoc sensibili inferioriq; mundo trāsferet ad pa
triam beatorū. Hinc scriptura. Non corruptibilib⁹ au-
ro vel argento redēpti estis de vana vr̄a cōuersatione,
p̄s.118. sed p̄tioso sāguine agni īmaculati. Eram⁹ qppe funibus
Esa.23. pctōrū cōstricti, & varijs vitijs irretiti: sed Christi pas
sione ac merito absoluti eductiq; sum⁹. Propter quod
Esaias ait: Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquis
q; in viā suā declinauit: & dn̄s posuit in eo iniquitatem
oīm nostrū. Vere languores nr̄os ipse tulit, & pctā nr̄a
ipse portauit [secundū voluntatē dei & pr̄is nr̄i] .i. ꝓut
deus pater noster Christo homini inspirauit, atq; ꝑ ei⁹
2.Cor.1. sacratissimā passionē genus humanū reparare decre-

uit atq; voluit, Ideo passione instãte Christꝰ dicebat. Pater si nõ potest hic calix transire quin bibam illum: fiat voluntas tua. Itẽ & alibi testatur. Ego quæ placita sunt ei facio semp. Hinc rursus dixit ꝓpheta: Dñs voluit cũ cõterere in infirmitate. [Cui] deo & patri nostro. videlicet summę trinitati [est gloria]. i. frequẽs fama cũ laude de hac redemptione. Vel, Cui. i. Chro, est gloria. Quoniã sua passione meruit p̃miũ accidẽtale: sicut alibi apostolus apit. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortẽ, ꝓpter quod & deus exaltauit illum: & dedit ei nomen q̃d est sup oñe nomen. Propterea q̃q; & ꝓpheta dixit. Si posuerit animã suam ꝓ peccato, videbit semen longeuũ, & volũtas dñi in manu dirigẽt [in sęcula sęculorũ]. i. ĩ sempiternũ [Amẽ]. i. sic fiat, vł verũ est. ¶ Cõsequenter ꝓcedit Apostolꝰ ad narratiõem & primo de leuitate increpat Gallatas. [Miror] q̃si cauſã ignorãs, & inopinatã rem audiens, scilicet [q̃d sic]. i. hoc modo, seu vehementer [tam cito] post meum recessum a vobis quos bene instruxi [trãsferimini]. i. auertimini [ab eo q vos vocauit] ꝓ inspirationem interna, & meã ꝓdicationẽ [ĩ grãm Christi]. i. ad fidẽ & dona gratuita saluatoris. Id ẽ a deo trinitate, q ẽ prima principalisq; causa cõuersionis nr̃e. Propter quod Chr̃s ait: Nemo potest venire ad me nisi pater meus traxerit eũ. Itẽ: Ois, inqt, q audiuit a patre & didicit venit ad me [in alud euãgeliũ]. i. ĩ falsam annunciatiationẽ, & vanã doctrinã a pseudapostolis excogitatã, q asserũt legalia simul cum euãgelio Christi esse seruãda: quã annũciationẽ pseudapostolorum vos æstimatis fore euangeliũ, cũ tñ non sit veraciter euangeliũ: qm̃ euãgelium est bona annunciatio. Id eo subditur [quod non est aliud] euãgelium, cum nõ sit euangeliũ, sed humana inuẽtio [nisi sũt aliqui] falsi [q conturbant vos]. i. in dubitationem atq; errorem corda vestra inducunt. Nisi ergo hi essent, istud aliud euangeliũ, nec esset, nec aliud esse vere vel apparenter [& volunt conuertere]. i. in aliud mutare [euangelium Christi]. i. in carnales ac cæremoni-

Mat.26.

Phil.2.

Esa.55.

Io.8.

1.Tim.6.

ales obseruantias legis, quasi sine illis non sufficiat ad salutem lex noua. Vel sic, Transferiminī aliud euangelīū, id est, in doctrinam legis Mosayce quod non est aliud ab euangelio Christi, secundum mentionem finalem, & intelligentiā spiritualem nisi sunt aliqui qui cō turbant vos, id est, propter hoc quod aliqui interpretātur peruerse documenta legalia, admiscentes carnalia spiritualibus, & noua veteribus. Secundum externam ergo superficiem & carnalem sensum differunt euangelia ista [Sed licet nos] apostoli [aut angelus] sanctus descendens [de cœlo euangelizet vobis præter quā quod euangelizauimus vobis], id est, aliud prædicet nostræ prædicatiōi contrarium [anathema sit] id est, excōicat⁹ & maledictus habeatur talis assertor [sicut prædixi] iā immediate [& nunc iterū dico] id est, resumo, vt repetitio sit confirmationis indicium [Si quis] q̄cunq; sit ille [vobis euāgelizauerit præter id] id est, contrarium ei [quod accepistis] ex nostra prædicatione de Chro [anathema sit] id est diuisus ab alīs, ne eos sua falsitate inficiat [Modo enim hoīb⁹ suadeo]. i. nunquid hęc dico & comprobare laboro ad complacendum hominibus [an deo?] id est, an non ad dei honorem vt ei placeā? [An quæro hominibus placere?] ob propriam laudem, & sicut finale bonum? Non vtiq;. Nam [si adhuc hominibus placerem, Christi seruus nō essē] Videtur huic contrarium quod ante iam dixit Apostolus. Ego per omia omnibus placeo. Et rursus. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum. Sed hęc difficultas sæpe soluta est. Nunc enim Apostolus loquitur de homine quantum ad id quod cōmuniter in hominibus dīnatur, quod est sensualitas & peccatum. luxta quem modum superius ait: Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Est igitur sensus. Si adhuc hominibus placerem, faciendo ea quæ placent carnalibus & iniustis prout ipsi sunt: Christi seruus nō essem, quoniā eius vestigia non imitarer. Ipse enim ait: Quia de mundo non estis, sed elegi vos

Luc.24.
Leui.26.
1.Io.4.
Col.3.
Mat.6.

de mundo, propterea odit vos mundus, Simili quoq; sensu dicit Psalmista. Qm̃ deus dissipauit ossa eorum qui hominibus placent confussi sunt qm̃ deus spreuit eos. Interdū vero Apostolus loquitur de homine, quātum ad id quod conuenit ei secundū partē sui superiorē. i. prout ratiōe ornat, & sanctę trinitatis imagine decoratur. Vt est illud. Si secundū hominē ad bestias pugnaui. i. scd̃m rationis ꝓcessū contra bestiales homines disputaui. Hoc modo de hoīe loquēdo debemus velle placere hominibus ad ędificationem eorū & gloriā dei ¶ Consequenter ostendit Apostolus doctrinam euangelicā a se prędicatā, esse autenticā, perfectā atq; diuinā seu supnaturalem. [Notum ei vobis facio fratres euāgeliū]. i. de euangelio quod euāgelizatū est a me [quia non secundū hominem]. i. humanū, seu naturali ratiōe inuētum, firmatum, aut diuulgatū [neq; em̃ ego ab homie puro [accepi illud] vt illud alīs ꝓdicarem [neque didici] illud ab hoīe puro, [sed ꝓ reuelationē Iesu Christi.]. i. secretā, internā, subitaneā & supnaturalē instructionē filī dei tempore raptus mei in tertiū cœlū. Qd̃ patet [Audistis enim cōuersationem meā] q̃ habui [aliqñ]. s. ante q̃ christian⁹ fierē [in iudaismo]. i. i lege & ritu Iudęorū, [qm̃ supra modū]. i. multū excessiue, & plꝰ alīs [psequebar ecclesiā dei] primitiuā maxīe in Hierusalē [& expugnabam illā] q̃sdā occidendo, quosdā incarcerando, alīsq; modis torquendo fideles [& ꝓficiebam]. i. fortiter agebā [i Iudaismo supra multos coætaneos in gñe meo]. i. prę multis aduleścentibus mihi i ætate cōparibus, atq; de meo gñe natis, puta iudęis. Vt per genus suū intelligit tribū Beniamin [abundantius] illis [ęmulator] amator & imitator [exīs paternarū traditionum] id est, ordinationum ac iussionum moralium seu iudicialium a Moyse & prophetis datarum. vel ab alīs additarum. [Cum autem placuit ei] videlicet deo omnipotēti, qui omnia libere agit, [qui me segregauit ex vtero matris meę] id est, de ventre materno eduxit. Vel segregauit. i. ab aliorum (puta scriba

ꝑs. 52.

1. Cor. 15.

Epistola.

Eph. 1.

rum & phariſęorū) grege ſeparari: & ex vtero matris
meę, id eſt, de cōſortio ſeu medio ſynagogę [vt reuela
ret] i. declararet [filiū ſuum in me] i. in corde meo, dans
1.Cor.1 mihi noticiā verā de Chriſto [vt euangelizarē illū ī gē
tibus] quia gentilib⁹ ſpecialiter dat⁹ ſū ac miſſus apo-
ſtolus [cōtinuo non acquieui carni & ſanguini] .i. cōcu
piſcentijs carnis, neq; Iudęis mihi carne ꝓpinquis, me
q; a Chriſto auertere deſiderantibus [Neq; veni Hie-
Luc.6. roſolymam ad anteceſſores meos apoſtolos] .i. cęteros
10.6. apoſtolos, qui ante ad gratiam apoſtolatus ꝓmoti fue-
runt (vñ pateſcit qđ non fuit ab eis inſtructus) [ſed a-
2.Cor.11. bn̄] a Damaſco [in Arabiam] cauſa prædicādi. Vbi tūc
nullus apoſtolorū prædicauit. ¶ Huic videt diſſonare
& etiam his quæ ſequuntur, qđ ſcriptū eſt in Actibus
apoſt. vbi cum dictum eſt, quod diſcipuli dimiſerūt eū
Act.9. nocte in ſporta a Damaſco, mox ſubdit: Cum autē ve-
niſſet in Hieruſalem, tentauit ſe iungere diſcipulis, &
omnes fugerunt, nō credentes qđ eſſet diſcipulus. Bar
nabas autem apprehēſum illum duxit ad apoſtolos, &
2.Cor.11. narrauit illis quomō in via vidiſſet dn̄m &c. Ad quod
qdā reſpondent, quod Apl̄s poſt ſui conuerſionē, nō
ſtatim venit Hieruſalem, ſed poſt longum temp⁹, for-
Act.9. te poſt treis annos: ſcriptura enim nō ſeruat ſēper ordi-
nem rerum geſtarum. Alij dicunt quod licet venerit,
nō tamen reputat̄ veniſſe, quia mox abijt [& iterū] ab
Arabia [reuerſus ſum Damaſcū] vbi primo diſputaui,
ꝓdicaui, & Iudęos cōfudi [Deinde poſt annos treis]
a mei conuerſione, cū iā trib⁹ circiter annis prędicaſſē
[veni Hieroſolymā videre Petrū] nō propter iforma
tionem, ſed dilectionē, & reuerentiā ei⁹ [& manſi apd
illum diebus quindecim. Alium aūt apoſtolorū vidi
neminem] hac vice [niſi Iacobum fratrē domini] .i. Ia-
cobum primum Hieroſolymorum fidelium epiſcopū
qui propter ſingularem ſimilitudinē ſuā cum Chriſto,
tam in corporis diſpōne, q̄ in animæ ſanctitate, dictus
eſt frater domini [Quæ autem ſcribo vobis, ecce coram
Rom.8 deo quia non mentior]. Iurat Apoſtolus propter tar-

ditatem Galatarum ad credendum. Iuratio em̄ cum de bitis facta circunstantijs suis, est actus virtutis q dicitur Latria, sicut frequenter ostensū est. Christus autem non absolute prohibuit iurationem sed iuratione incautā & nō necessariam. [Deinde] videlicet postq̄ in Hierusalē fui cum Petro [veni in ptes Syrię & Cilitiæ] Vñ & natus eram quia a Tharso Cilicię fui oriundus. Hinc concordat & illd Act. 8. Disputabat cum grecis (videlicet in Hierusalem) Illi aūt querebant interficere eū. Quod cum cognouissent fratres, duxerunt eum Cæsareā & dimiserūt Tharsum. [Eram aute m ignotus facie], i. aspectu [ecclesijs Iudæę]. i. Iudęis conuersis, eram tamen notus per famam [q̄ erāt in Christo] p fidem & charitatē coniunctæ. [tantum autem auditum habebant]. i. hoc audiēdo receperunt de me [quoniā] Paulus iste [qui psequebatur nos aliquādo] anteq̄ conuersus erat ad Christum, [nunc euāgelizat fidem quam aliquando expugnabat]. i. in cordib⁹ Christianorum extinguere nitebatur [Et in me clarificabant deum]. i. de gratia & beneficijs dei mihi concessis gratias domino retulerunt ex charitate fraterna & deum in me famulo honorabant, laudādo potentiam, atq; clementiam eius, qui me tam potenter misericorditerq; cōuertit & tātā grām contulit.

Iura tus Iacob dñi dra

Math. 5

Act. 9. 22

1. Cor. 1.

Ephe. 2.

Finis

¶ Elucidatio II. Cap. 1. Deinde post annos quatuordecim. Art. II.

Deinde [expleta prędicatione in Syria atq; Cilicia [post annos quatuordecim] a Christi passione. In quib⁹ includūtur tres anni prędicti a Pauli cōuersiōe, post q̄s prim⁹ venit Hierusalem [ascendi] a terris humilioribus [iterum Hierosolymam] dum quæstio erat de legaliū obseruatione. Prout in actibus plenius enarrat, [cum Barnaba] ex Iudæis conuerso [assumpto & Tito] ex gentilitate conuerso, quatenus horum testimonio comprobarem falsam esse assertionem dicentium me aliud Iudæis, aliud gentibus prædicare. [Ascendi autem] non meo decreto, sed [secundum reuelationem] Christi mihi osten-

Act. 15.

sã [& contuli cum illis] Hierosolymitis [euangeliũ q̃d
Act.13 prędico in gentib⁹].i.de prędicatione & doctrina euã
1.Tim.2. gelica quam annuntio gentibus, habui tractatum cũ il-
lis, generaliter tñ & quasi superficialiter. [Seorsum autẽ]
Act.15 .i.in priuato ac separatim contuli particulariter & pro-
funde [cum his q̃ videbant̃] veraciter [aliq̃d esse] .i.cæ
teris pręstantiores ac doctiores. Per quos intelligit Pe-
trum, Iacobũ & Ioannẽ, sicut patebit post pauca. Ideo
autẽ contuli [ne forte in vacuum].i.infructuose, quantũ
ad auditores [currerem] prędicando euangelium dei,
[aut cucurrissẽ] inaniter. Prędicatio nẽpe apostoli Pau-
li multis erat suspecta: quia cum Christo in carne cõuer-
satus non fuit: nec cum cæteris apostolis spiritum.s. recep-
pit nec inter apostolos fuerat diu conuersatus. Idcirco
ꝓpter securos reddẽdos alios, necessariũ sibi fuit Hiero
solymam ire, & cum apostolis loqui, vt eorũ authori-
tate sua prędicatio roboraretur. Vnde q̃d ait: Ne forte
&c. nõ sic est intelligendum q̃si apostolus aliquo modo
ambigeret de suę prędicationis veritate, sed ad aliorum
æstimationem refertur, quibus prędicatio Pauli non ꝓ
fuisset, nisi cum alĩs contulisset apostolis. ¶ Ostenso q̃
doctrina Pauli ab apostolis commendata sit, ostenditur
quod facta eius laudata sint. [Sed neq̃ Titus qui mecũ
erat] in Hierusalem [cum esset gentilis] ex vtroq̃
parente, nam græcus erat [compulsus est] aueris a-
postolis [circũcidi] quamuis aliqui ex Iudęis conuersi,
1.Cor.7 pręcipue pharisęi niterentur ad hoc. Non enim idonea
Matth.7. erant motiua eorum. Cur ergo vos Galatę circumcisio-
nẽ recipitis? [Sed ꝓptersubintroductos falsos fatres] .i.
ꝓpter quosdã simulatores Iudęos, hæreticos: vel oino
2.Cor.11 Iudaismo induratos, q̃ callide inducti fuerũt ad nram
societatẽ sub specie religionis pseudapostolis [qui] falsi
fratres [subtroierunt] nostrum conuentum [explora-
re] id est. obseruare & experiri [libertatem nostram]
id est, exonerationem ab obseruantĩs cæremonialium
legis [quam habemus in Christo Iesu,] id est, virtu-
Roman.8. te & merito CHRISTI, qui nos abonere ta ntoab

ſoluit merito ſuę digniſſimę paſſionis: in qua figuralia impleta ſunt, & finem ſumpſerunt. Introierūt ergo nō recta intentione, ſed [vt nos in ſeruitutem] legis, id eſt, ad obſeruantias legales [redigerent] quod erat onus deo graue, qđ neque nos neque patres noſtri ferre potuimus, Propter hos ergo reſtitimus, ſecundum quod ſubditur. [Quibus neq; ad horam] .i. nullo tpis ſpacio [ceſſimus] hac vice in Hieruſalem [ſubiectioni] id eſt ad hoc vt nos ſuæ voluntati, aut legalium obſeruatiōi ſubm̃cerent: [vt veritas euangelij̃,] id eſt, doctrina nouæ legis, quę docet ceſſaſſe legalia [permaneat apud vos,] id eſt, in cordibus veſtris firma & fixa conſiſtat. Aduerſarij̃s nanque veritatis & fidei reſiſtendum ē rationabiliter, dum fides ſeu veritas periclitatur: & talis reſiſtentia non pertinet ad impatientiam, ſed iuſtitiam. [Abij̃s autem], id eſt, prę falſis fratribus iſtis [q̃ videbantur eſſe aliquid] id eſt, maiorem ſapientiam & authoritatem poſſidere. Videlicet veri apoſtoli, Petrus, Iacobus & Ioannes [quales] id eſt, quam illiterati, pauperes, abiecti, & modici [aliquando fuerint] ātequam a Chriſto vocati erāt, imo vſque poſt ei⁹ reſurrectionem, Petrum nanque & Ioannem piſcatores fuiſſe certiſſimum ē Ideo [nihil mea intereſt], id eſt, ad me non pertinet de hoc magnā facere mentionem, ne videar eos contemnere, aut meipſum iactare, qui ante conuerſionem mei doctus & diues, potens & nobilis erā vt pote natus ciuis Romanus. Ideo etiam ad me non pertinet illud narrare, quia necobeſt, nec prodeſt. Nam [Deus perſonam hominis non accipit] id eſt, propter hęc naturalia & accidentalia exteriora, non præfert vnum alteri, ſed propter dona diuina & merita. Vnde non obeſt illis quod tales fuerunt, nec ideo ſunt ſperndi. Hinc etiam in Actibus apoſtolorum capite decimo aſtruit Petrus. In veritate, inquiens, comperi, quod non eſt perſonarum acceptor deus. Nullum enim ad ſe redeuntem contemnit vel abiicit. Veruntamen ideo PAVLVS tecitatiſta, vt Galatæ ſciant cum non

Io.8.

Eccl.4o.

2.Tim.2

Mat.16

Mat.10.

EPISTO.

Ezech.18.

esse ignarum legalium: sed quantum ad humanam pertinet institutionē prædictis apostolis fuisse eruditiorem Vnde constat quod ab eis edoctus non sit.

¶ Denique demōstrato quod nihil in sua doctrina correxerunt, nunc manifestat quod nihil in ea supleuerūt [Mihi aūt qui videbant esse aliquid] .i. prædicti magni apostoli [nihil contulerunt,] de sapientia. Nā quicquid ab illis audiuit: ante cognouit ex reuelatione diuina [Sed
1. Cor. 2. ecōtra] .i. contra opinionem aduersariorum meorum, [cum vidissent] apostoli ipsi [quod creditū est mihi euāgeliū præputij] .i. quod mihi a Christo commissa esset prædicatio enangelica gentibus incircuncisis proponēda, [sicut Petro] creditum est euangelium [circuncisionis] .i. prædicatio iudęis inferenda. Non quod euange
1. Cor. 1. lia ista sint diuersa aut alia, sed vnum euangelium diuersę nominatur propter diuersitatē hominum quibus impenditur. [Qui enim operatus est petro in apostolatum circuncisionis] .i. Christus qui Petro commisit officiū apostolatus sui exercere in populum iudęorū. eos docēdo & cōuertendo [operatus est & mihi inter gentes] .i. gētiliū apostolum me cōstituit, & efficaciam inter eos mihi largitus est. Vnde dominus, Vas inquit electionis est
Act. 9 mihi iste, vt portet nomen meum corā gentibus. Et alibi ad Paulum. Veni, quia ad gentes lōge mittā te. Hæc quo q̄ non sunt intelligenda pręcise, sed appropriate.
Matth. 28 Non enim sic dicitur Petrus iudęis missus: quasi non
Actu. 13 sit missus ad gentes, immo per eum primo conuersi sūt
Actu. 13 Cornelius Centurio, & qui cum eo erāt gentiles. Nec sic Paulus dicitur missus ad gentes: quasi nō sit missus ad iudæos, sed sicut in actib⁹ legit ipe & Barnabas lōgo tempore p̄dicauerūt solis iudęis. Sed ideo ista dicūtur, quia pręcipue erat Petro cōmissa cōuersio synago-
Ioan. 21 Matth. 15 gę. Paulo autē gentilitatis cōuersio. Iudęi q̄ppe signa, greci aūt sapiētiā quęrūt. Petrus ergo qui in signis p̄sul sit ad iudæos cōgrue miss⁹ est. Paul⁹ vero ī sapiētia singularis missus est græcis. Nō tñ simpliciter p̄ferēda vi
1. Tim. 2 detur sapientia Pauli sapientie archiapostoli. [Et cum

cognouissent gratiã].i.virtutem miraculorũ, & sapien
tię affluentiã, prędicationisq; pręstantiã atq; aptitudi- Ephe.3
nẽ[quę data est mihi: Iacobus] Alphęi, frater domini Io.1.
[& Cephas].i.Petrus[& Ioannes] euãgelista[qui vide Mat.17
bantur].i.certo sciebantur & cernebantur[columnę es- Marc.1
se].i.sua perfectione aliorũ imbecillitatẽ sustentare, ec-
clesiam stabilire, & omnibus pręfulgere, [dexteras de
derunt mihi & Barnabę societatis].i.ad suam societatẽ Act.9.
nos receperunt atq; in signum sodalitatis, & apostolicę
communionis dexteras suas nostris dexteris inseruerũt
[vt nos in gentibus] prędicaremus[ipsi autem in circũ Act.13.
cisionẽ].i.inter iudęos[tantũ].i.hoc solũ adiecerũt[vt Marc.10.
pauperum memores essemus] q̃ omnia sua vẽdentes p̃
cium posuerunt ante apostolos: & postea fame exorta Acto.4.
in magna penuria fuerunt. Vnde apl̃i rogauerunt Pau- Act.11.
lum & Barnabam vt gentes cõuersas hortarentur ad 1.Cor.16.
succurrendum istis pauperibus. [Quod etiã solicitus Finis.
fui hoci p̃m facere].i.hanc cõmissionem effectui com-
mendare, inducendo gentiles ad mittendum eleemosy
nas his egenis. Patet nanq; in diuersis epistolis q̃ solici
tus fuerit Paulus pro collectis. ¶ Sed circa prędicta q̃-
ri potest. Cũ Iacobus fuerit primus fidelium Iudęorũ
episcopus, cur non potius ipse q̃ Petrus dr̃ ordinat⁹ Iu
dęorum apostolus. Et respondendũ, quod licet primiti
uam ecclesiã rexit in Hierusalẽ, non tamen sic peram-
bulauit Iudęã euãgelizãdo vt petrus. [Cũ autẽ venis-
set Cephas].i.Petrus[Antiochiam] vrbem gentilium Io.1.
[in faciem].i.manifeste[ei restiti] quia in veritatis euan Act:11
gelicę defensione par ei fui[quia reprehensibilis erat]
incaute agendo. [Prius enim q̃ venirent qdam] ex Iu-
dęis conuersi missi[a Iacobo] Antiochiã[cum gentib⁹]
cõuersis[edebat] non discernens inter cibos[Cum au- Act.10
tem venissent] prędicti fratres a Iacobo ęmulatores le-
gis, qui Christum & legem ęquo iure venerabantur
[subtrahebat & segregabat se,] Petr⁹ a cibo & consor- 1 Cor.8.
tio gentium, [timens] offendere aut scandalizare[eos Roma. 14.
qui ex circuncisione erant,] id est, ex populo Iudæo-

rum, nisi se hoc modo substraxisset & fratribus a Iacobo missis adiunxisset gentibus derelictis. [Et simulatio ni eius] videlicet Petri, qua se simulauit seruare legalia,
Act.15 tanquam necessaria ad salutem, cum tamen ita non seruaret ea. Simulauit enim se idem sentire cū fratribus a Iacobo missis, qui etiam errauerunt, putantes legalia de
Act.10 necessitate seruanda, sed Petrus conformauit se eis, vt eos paulatim corrigeret [consenserunt Iudæi cæteri] cōuersi ad Christum Antiochiæ demorantes, vitando ci-
Act.13 bos & comestionem gētilium [ita vt Barnabas] qui me cum erat ordinatus gentium apostolus [duceretur ab
Lu.16. eis], id est, a Petro, & Iudæis Antiochenis [in illam simulationem] cuius exemplum vidit in Petro. Nā licet Antiocheni isti, & Barnabas tanquam viri perfecti bene sentirent de legalium cessatione, eadem tamen intentione se gentibus subtraxerunt, & fratrib⁹ a Iacobo venientibus conformauerunt, qua & Petrus. Hæc autem indiscreta simulatio gentes scandalizauit, iudaisareque
Act.15 fecit, quoniā gentes his visis arbitrabantur legalia necessario seruanda. Ideo subdit [Sed cum vidissem] ego Paulus [quod non recte ambularent] id est, non iuste nec vere conuersarentur [ad veritatem euangelij] id est secūdū euāgelicę veritatis tenorē. Nā propter scādalū euitandum omiserunt veritatem doctrinæ nouę legis, secūdum quam legalia cessauerunt post Christi passionem, quantum ad obligationem & meritum [dixi Cephę] tanquam principali [coram omnibus] quoniā manifeste fecit id pro quo corripi meruit, & vt eius corruptione cęteri sanarentur: gentes quoq; veritatē cognoscerent. [Si] pro quia [tu] Petre [cum Iudęus sis,]
1.Cor.1 natione, [gentiliter, & non iudaice], id est, secundum ritum & vsum gentium conuersaris, non Iudæorum [viuis] non discernendo cibos. nec vitando genitles communiter, quamuis hac vice aliter agas, [quomo-
Ro.3. do], id est, qua ratione [gentes] conuersas [cogis iu-
Ti.1 daisare?], id est, legales cæremonias obseruare? Cogis
Eze.14 inquam tuæ conuersationis exemplo, quamuis non co

gas doctrinæ imperio.

¶Dicit sanctus Hieronymus. Hunc locum nobis obiecit Porphyrius, arguens Petrum de vitioso errore, & Paulum de procaci increpatione, immo nos omneis de ficti dogmatis mendacio, dum inter se principes ecclesiarum discordant. Vnde ad satis faciendum Porphyrio: & ad excusandum Petrum a culpa: Paulum quoq; a præsumptione Hieronymus dixit: quod Petrus non vere neque ex animo post Christi passionem obseruauit legalia: sed solum quadā pia simulatione ac dispēsatione ad vitandū scandalum Iudæorum. Sicq; in prædicta subtractione & Iudaisatione Petri erat simulatio in facto & apparentia. Et idē dicit Hieronymꝰ de alijs apostolis, q post dominicam passionem legalia obseruasse legūtur. Asserit nanque Beatus Hieronymꝰ, qđ legalia statim post Christi passionem omnibꝰ erāt mortifera, quibus gratia noui testamenti fuerat publicata, si ea veraciter obseruarent: ad quod multas authoritates & rationes adducit. Insuper dicit Hierony. quod Paulus non vere, sed dispensatoria simulatione reprehēdit Petrum, quia nec Petrus vere reprehensibilis fuit (vt dicit) itaq; Paulus & Petrus condixerant sibi, vt Petrus se hoc modo a gentibus subtraheret, & Iudæis misceret, atque ob id Paulus eum argueret, vt videntes gentes tantum apostolum reprehendi, cognoscerent non esse obseruāda legalia, nec ea seruarent. Porro huic positioni HIERONYMI, AVGVSTINVS contradicit, præsertim in tribus, primo igitur ait. Quod Petrus & alij apostoli post Christi passionem iterdum ex certa causa veraciter seruauerūt legalia, vt patet in Actibus apostolorum. Vnde si simulatio Petri (de qua nunc factus est sermo) non est intelligenda quantum ad opus exterius, seu exteriorē experientiam, sed quantum ad cordis intētionem, quo niam simulant se consentire Iudæis, vt expositum est, Secundo dicit Augustinus. Quod legalia ante Chri passionem viua atq; salubria erant, post promulga-

Luc. 24.

Hierony.

Eph. 2.
Act. 2.

Augusti.

Act. 15

1. Cor. 9

tionem vero euāgelicę legis fuerūt mortua atq; morti-
fera obſeruātibus ea. Sed tpe intermedio mortua erant
1.Cor.6. ita ꝙ nullū obligabant, nec aliqd profuerunt, nō autē
Act.11. mortifera Iudęis conuerſis, quia ſine peccato poterant
ea obſeruare ad tps, ex rationabili cauſa, ita tñ vt ſpē in
eis non figerent, quaſi alicuius eſſent virtutis, vel ſine
eorū obſeruatione nō ſufficeret gratia Chriſti ad verita
tē ſalutis, ſed a gentibus conuerſis nullo modo erāt ſer
uanda. Lex qppe, vt ait Auguſtinus, non erat a iudæis
ſubito abñcienda, ſicut a gētibus idololatria, ne videret
non fuiſſe diuina. Eratq; mater ſynagoga cum honore
ad tumulū deducenda, non ſubito obruēda. Poſtremo
phibet Augu. Petrū. a Paulo veraciter repręhēſū, ita ꝙ
Petrus venialiter peccauit. indiſcrete ſeruādo legalia co
rā gētibus in ſcandalū earundē cogens eas iudaizare.
Quod probat Aug. per hoc quod apſi non debuerunt
omittere veritatē doctrinę, ꝓpter vitandū ſcandalum
Mar.12 Iudęorum. Itē qm̄ non eſt veriſimile, quod Paul⁹ in e-
Luc.20 piſtola ad Galatas aliquid ſimulatorie ſcriberet. Rurſ⁹
ſi Petrus vere reprehenſibilis non fuit: Paulus nec vere
nec iuſte ſcripſit, quod in faciem reſtitit ei, quia repre-
henſibilis erat, & quod non recte ambulauit ad verita-
tē euāgelī. Si em̄ in diuinis ſcripturis inueniatur vnum
mendaciū, tota veritas eius nutabit. Hinc ergo eccleſia
magis conſenſit in hac parte dictis Auguſtini, q̄ Sancti
Hieronymi. Ad blaſphemias quoq; Porphyrij facile ē
reſpōdere, videlicet ꝙ nō derogat euangelicę legis ve
ritati, qd ei⁹ miniſtri qñq; venialiter peccauerint, aut
in aliq̄ modico qd fidem directe nō reſpicit errauerūt:
quia in his quę fidē concernūt, ſūma cōcordia eſt. Incre
patio etiā Pauli procax non fuit, ſed ex iuſta libertate ꝓ
ceſſit, q̄ & Petrus humiliter ꝓtulit, vt diſcāt ꝓlati nō in
dignari, dū a ſubditis ſeu inferioribus iuſte corripiunt.
Veruntñ Bea. Hierony. ſuper Eſaiā quodam loco po-
ſitionē ſuā multū ſerioſe, inſtanter, & fortiter ſtabilire
conatur. De hac vero materia in gloſa plenius conti-
netur. ¶ Conſequenter oſtendit Apoſtolus, quod poſt

Christi aduentū, & euangelñ prędicationem, carnales obseruantię legis cessauerunt: eo quod iustificatio sit ex fide, nō autem ex lege. [Nos] apostoli [natura]. i. naturali origine [iudęi] sumus, ex semine patriarcharum prodeuntes, [sed non ex gentibus] sumus. i. de numero & sorte gentilium [peccatores] idololatræ vt illę, quamuis non simus ab omni peccato immunes. Alibi tamen dicit Apostolus: Venit Iesus peccatores saluos facere, quorum ego primus sum, sed nunc dicit: Non ex gentibus peccatores: quoniam vicia gentilitatis non contraxerunt. [Scientes autem] ex reuelatione diuina, & scripturarum noticia [quod non iustificatur homo] Iudęus aut quicunq; alius coram deo [ex operibus legis] duntaxat, id est, per sola opera legis, prędlertim cęremoniali a: immo nec p opa legis moralia, sine fide, charitate & gratia Christi. Ideo subditur, [nisi per fidem Christi Iesu]. Fides enim est prima virtus, sine qua impossibile ē deo placere, nec sine ea vnquam aliquis saluatus est. Sicut enim nos saluamur per fidem qua credim⁹ Christū venisse: sic veteres saluabantur per fidem Christi vēturi, immo illorum, & nostrum vna est fides: quāuis sit modo magis expręssa. Tres quippe virtutes theologicę ad salutem requiruntur, & non in omnibus electis fuerunt: sicut & gratia gratum faciens. Hinc ergo, [Et nos] apostoli, omnesque christiani [in Christo credim⁹]. i. de Christo fidem ei placentem atque formatam habemus [vt iustificemur ex fide, & non ex operibus legis.] fide secluſa. Opera autem legis propriæ appellantur carnales obseruantiæ, seu facta cæremonialia, quia cum lege constituta ac terminata sunt. [Propter quod] sequitur quod [ex operibus legis] secundum se sumptis [non iustificatur omnis caro]. , id est, nullus homo. Ponit enim partem pro toto: carnem scilicet pro homine. [Quod si] nos ipsi [quærentes] id est, cupientes [iustificari in Christo,] , id est, in fide & merito Christi, [inuenti sumus & ipsi peccatores:] id est eo ipso quod quærimus in Christo iu-

Luc.16. Roman.10. Ephe.2 Ephe.2 Rom.3 Heb.11 Hebr.7 Luc.16

stitiam adipiſci, pbati & declarati ſumus eſſe peccatores. Aliter enim non quæreremus in alio iuſtificari [nũ quid Chriſtus peccati miniſter eſti?], id eſt nũquid Chriſtus qui iuſſit nos lege relicta ad ſe confugere, eſt pcti cauſa, ſeu miniſtrator? quod vtique ſequeretur, ſi lex ſine fide & gratia Chriſti poſſet ſaluare. [Abſit] vt Chriſtus dicatur peccati miniſter hoc iubendo: quia nec ego peccaui legem deſerendo. [Si enim quę deſtruxi hæc iterum reędifico,] id eſt, ſi opera legis quæ omiſi ac reprobaui: rurſus aſſumo, & approbo, [pręuaricatorem me conſtituo] id eſt, deum offendo, hoc faciẽdo. [Ego enim per legem] euangelicam [legi] Moſayce [mortuꝰ ſum] id eſt, ab eius obſeruantia liberatus ac mortificatꝰ [vt deo viuã] vita gratiæ in præſenti, & vita glorię in futuro, cuſtodiens legem Chriſti in omnibus ſine querela. Lex etem Chriſti virtute ſacramentorum ſuorũ gratiam confert: ſicque iuſtificat, non autem lex Moyſi. Ea vero quę hic dicunt de inſufficientia legis ſcriptę & efficacia legis nouę in epiſtola ad Romanos plenius, ſubtiliuſq; conſcripta atq; tractata ſunt. [Chriſto confixꝰ ſum cruci] id eſt clauis amoris, & pie compaſſionis, ac cruciformis imitationis, ſimul cum Chriſto confixus ſum cruci ſeu mortificationis labori, ſequendo veſtigia eius, prout ipſe ait: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam quotidie, & ſequatur me. Vnde & alibi Apoſtolus. Qui enim ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Qui autem Chriſto crucifixo ſeipſum conformat, cruci eius affigitur, & ardor peccati virtute dominicæ crucis in ipſo extinguitur, habetque carnes diuino timore confixas, ne membra ſua ad vitia ſolita extendantur.. [Viuo autem iam non ego,] id eſt, poſtquam cum Chriſto confixus ſum cruci, viuo, & non viuo. Viuo enim non ſolum vita naturæ, ſed gratiæ, non vita humana, ſed diuina, non vita carnali, mundana, & conſueta: ſed ſpiritali, cœliformi,

Mat. 5.

Rom. 8

Rom. 6.
Roma. 6

Eph. 2

ac noua. Ideo subditur, [viuit vero in me Christus] .id est, non secundum meipsum viuo seu ago, sed secundū Christi inspirationem, voluntatem, atq; doctrinam. CHRISTVS ergo viuit in me, id est, regnat in anima mea & possidet me, facitque me in se viuere. Viuere autem est actum vitalem habere. Amor vero trā sponit & mutat amantem in amatum. Dum ergo homo in CHRISTI amore succenditur, crescit & perficitur, moritur in semetipso: quia non agit secundum propriam voluntatem, secundum naturalem inclinationem: secundum priuatum amorem: sed secundum diuinæ charitatis instinctum, & CHRISTI iussionem atque consilium. [Quod autem nunc viuo] id est, bene & meritorie ago [in carne,] hac fragili, [in fide viuo filij dei] id est, per virtutem fidei Christi ago, nō propria potestate, aut legis subsidio. Iustus enim ex fide viuit: qui vero incredulus est infideliter agit [qui dilexit me] sicuti ipse protestatur. Sicut dilexit me pater: & ego dilexi vos. Rursus per prophetam. In charitate perpetua dilexi te, [& tradidit seipsum pro me] prout dicit: Ego sum pastor bonus: & animam meam pono pro ouibus meis, Hinc propheta. Tradidit, inquit, in mortem animam suam. Ecce quam affectuosissima, prorsusque dulcissima verba? quod enim generaliter pro omnibus factum est, Apostolus propter ardentissimam ad Christum dilectionem, quasi pro se solo: vel singulariter actum estimat. Nā vt ait Chrysostomus: Hic est affectus serui fidelis, vt quod pro omnib⁹ communiter fecit & pertulit CHRISTVS quasi pro se tantum putet illum fecisse & pertulisse. Et vtique merito hoc estimare debemus, quoniam tanta est Christi misericordia, bonitas & dilectio ad vnumquē que nostrum, vt mallet pro quolibet sigillatim ac singulariter omnia facere & sustinere, quæ pro omnibus simul fecit & passus est, quam aliquem perire, quantum est ex parte ipsius. [Non abiicio gratiam dei] .i. charitatem & beneficia diuina mihi per Christum col-

Ephe.3
Abacuc.2.
Ioan.15
Hiere.31.
Esaiæ.53

lata non ſperno nec defero, legi finaliter inhęrendo. [Si ei per legē iuſtitia] .i. ſi virtute & actibus legis homo
Eph. 1. iuſtificat, remiſſionē peccati, & gratię infuſionē adipiſcendo, vt Iudęi cōſidunt, [ergo Chriſs gratis] .i. ſine cauſa neceſſaria, & quaſi ſupflue [mortuꝰ eſt] cū nō ſit mortuus ſcdm ſcripturas, niſi propter hoīs iuſtificationē. Iuxta illud ꝓpheticū. Spiritus oris nr̄i Chriſs dns captus eſt in peccatis noſtris.

¶Declaratio Cap. tertī: O inſenſati Galatæ. ¶Art. III.

OStenſa ceſſatione legaliū ex perfectione euangelicę legis: nunc idem oſtenditur ex imperfectiōe legis Moſayce. [O inſenſati] .i. ſtulti inſipientesq; [Galatę] Non incurrit Apoſtolus ſententiam
Mat. 5. ſaluatoris dicentis. Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehenne ignis: quia non ex cōtemptu aut malignitate, ſed zelo ęquitatis, & animo corrigendi inſenſatores eos appellat. Sic em̄ & Chriſtus dixit diſcipulis. O ſtulti, & tardi corde ad credendum [quis vos faſcinauit] .i. more magorum ludificauit atq; decepit vel more inficientium oculos, falſitatis veneno immutauit & intoxicauit [nō obedire veritati] .i. verę ꝑdicationi & iuſtis preceptis euangelicę diſciplinę, per quā legalia excludunt [Ante quorū oculos] .i. in quorū notitia euidēti [Chriſtus Ieſus proſcriptus eſt] .i. ad mortē damnatꝰ vel aperte deſcriptus. Hoc em̄ vobis certiſſime cōſtat
Luc. 24. q; Chriſtus propter noſtram ſalutem adiudicatus eſt morti: ipſeq; Chriſtus vobis clare notificatus [& in vobis] eſt [crucifixus] .i. crucifixi o ejus cordibus vr̄is innotuit. Vel, in vobis crucifixus .i. veſtri amore mortē crucis ſuſtinuit. Vel, in nobis crucifixus .i. vr̄a infidelitate
Heb. 6. & culpa rurſus quodammodo cruxifixꝰ videt: quia ſic peccatis in eum, vti qui eum crucifixerunt. Vnde & alibi de quibuſdam aſſeritur. Rurſus crucifigentes ſibimetipſis filiū dei, & oſtentui habentes. Sciendum quod

fascinatio diuersis modis accipitur. Videlicet pro magica ludificatione. Pro inuidia, p immutatione alterius, q̄ Auicenna dixit posse fieri sola imaginatiõe vnius in alium. Quod Egidius de Roma in libro contra errores philosophorum satis redarguit. Fit tñ interdū p quādam materialem effluxionem humorū nocentiū, aerē inficientium, sicut quorundam vrentes, infecti q̄ oculi teneros lędunt pueros, in tantum vt escam euomant at q̄ fastidiāt. Propter q̄ pueri tales fascinari dicunt. Pro inuidentia q̄ q̄ sumi videtur, cum in libro Sapientię dr. Fascinatio malignitatis obscurat bona. Inuidus nanq̄ non solum sibi ipsi, sed etiam his nocet in quibus aliqua bona esse incipiunt [Hoc solum] primo & præcipue [volo a vobis discere]. i. per modum discentis audire Loquitur autem Apostolus ironice, & quęrit hoc non per modum dubitantis, sed admirantis. Vel potius ex obliquo apertissimum errorem ostendentis. [Ex operibus legis]. i. virtute & merito obseruantiarum legaliū [spiritum] sanctum [recepistis] in signo visibili, sicut frequenter fiebat in primitiua ecclesia, quando baptizabātur fideles, & manus apostolorū eis imponebātur, Vel si Galatę non receperūt spiritum sanctum in signo tali externo: tñ tam copiosam gratiā perceperunt, vt certissime pateret eos recepisse spm̄ sc̄tm̄ [ā ex auditu fidei]. i. ex fide, q̄ per auditū acquiritur dispositiue, a deo aūt efficienter. Et qm̄ certū est, q̄d non receperūt spm̄ ex operibus legis quia gentiles erant, legē non habētes, nec obseruātes: sed ex fide. Nā cū ad apostoli prędicationē crederēt, & baptizarentur: descendit in eos spūs sc̄tūs. Idcirco in obseruatione legalium non consistit salus ipsorū aut aliorum gentiliū [Sic stulti estis]. i. diuinorum cognitione priuati [vt cum spiritu] sancto operante in vobis [cœperitis] spiritualiter viuere. Vel, spiritu. i. a spirituali feruore, & interna deuotione, [nunc carne consummemini]. i, in carnalibus obseruantijs legis: & exterioribus exercitijs perfectionē q̄ratis, imo carnales & frigidi efficiamini. Hoc mō multi a spū ordiūtur

Auicenna. fascinatio

Sapien. 4.

Act. 10. 19

Rom. 2. 3.

& carnaliter terminãt, ꝓcedentes ordine retrogrado. Conueniens etenim ordo est, a carnalib⁹ ad spiritualia scandere, non a spiritualibus ad carnalia cadere, sicut his accidit. [Tanta passi estis], i. tam vehementer decepti, fascinatiq; estis a falsis [sine causa]. i. irrationabiliter, [si tamen sine causa] quia fortassis propter peccata meruistis sic ludificari. Vel deus propter aliquid melius illud permisit. Vel sic, Tanta passi estis i. multa iam aduersa passi estis pro Christo sine causa. i. sine fructu & præmio. Nam legalia obseruando, & fallacibus credendo peccatis mortaliter, & omne meritum perdidistis, si tamen sine causa. i. non absolute dico vos illa sine causa perpessos, quoniam pœnitere potestis, sicq; reuiuiscent opera meritoria, quę ante viua fuerunt. [Qui ergo tribuit vobis spiritum] sanctum, videlicet deus pater [& operatur virtutes]. i. opera virtuosa, seu signa [in vobis]

Esa. 26. Omnia enim opera nostra operatus est in nobis [ex operibus legis] Hoc facit in vobis [an ex auditu fidei?] Patet autem ꝙ non ex operibus legis (quę nunquam perpetrastis) deus hoc faciat, sed ex auditu fidei, secundum sensum inductũ. Et ad hoc allegat scripturã, & exẽplũ Abrahę patriarchę. [Sicut Abraham credidit deo,] Si-

Gene. 14. cuti Geneseos testat historia. Credidit enim in spẽ & cõ-

Rom. 4 tra spem, [& reputatum est ei] secũdum diuinę pietatis acceptionem [ad iusticiam] id est, actu fidei suę iustificatus est. [Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt,] id est per fidem agunt, & vere fideles consistunt, [hi sunt] spirituales [filij Abrahę] imitando fidem ac deuotionem ipsius. [Prouidens autem,] id est, prudẽter prænuntians [scriptura] seu deus in scripturis [ꝙa

Roman. 1. ex fide] sine cæremonialibus legis [iustificat gẽtes] conuersas [deus prænunciauit ABRAHAE. Quia benedicentur in te] id est, in fidei tuæ imitatione, seu CHRISTO ex te nascituro [omnes gentes] id est, aliqui de omni genere hominum. [Igitur qui ex fide sunt] id est, qui per fidem in deo esse meritorium habent [benedicentur] id est, diuinarum gra-

tiarum collationē recipient [cum fideli Abrahā] id est, sicut benedictus est Abraham merito fidei suę: quāuis & illud meritum fuerit dei donum, cui⁹ est omne bonū. ¶Quod autē ex operibus cęremonialibus legis nemo iustificetur, ostenditur [Quicunque enim ex operib⁹ legis sunt], id est, virtute legalium se posse saluari confidunt [sub maledicto sunt], id est, transgressionis periculo subiacent, quam euadere nequeunt, quoniam Christi gratiam non requirunt [Scriptum est enim Maledictus omnis] vel simpliciter coram deo, Vel reprehensione aliqua dignus est [qui non permanserit] per obedientiam [in omnibus] mandatis [quę scripta sunt in libro legis] Moysi. i. in Deuteronomio. vbi resumuntur sub compendio præcepta diuina, in alīs Moysi libris p̄ scripta [vt faciat ea]. i. op̄e impleat, quo ad præcepta affirmatiua. Hoc autem sine fide & gratia Christi nō potuit adimpleri, ideo lex mortem atq; damnationem ex occasione operabatur. Iussit enim, & tamen gratiam obediendi non cōtulit. [Quoniam autem in lege] scripta id est, virtute & cęremonīs legis, secluſa fide, & gratia Christi, videlicet per solam legem, & actus eius exteriores [nemo iustificabitur ap̄d deū] qui cordis inspector est īfallibilis [manifestū est] authoritate Habacuck prophetæ, qui ait [Quia iust⁹ ex fide viuit] Sic em̄ scriptura dicit: Ecce qui incredulus est, non erit recta aīa eius in semetipso. Iustus autem in sua fide viuet. Christus quoq; similia his loquitur sępe, vt est illud Ioannis sexto, Qui credit in me, habet vitā æternā. Et fides tua te saluum fecit. &c. [Lex autem] quātū ad cæremonialia (De quibus iam agitur hic [nō ex fide] id est, nō principaliter innititur fidei, quum non sit de incomprehensibilibus. quorum est fides, [sed qui fecerit ea] id est, cæremonialia iussa impleuerit [viuet in illis], id est, corporalis mortis pœnas euadet, sed vitam gratiæ non consequetur: nisi opera illa operata ex interna charitate & fide ducant originem. Insuper manifestat APOSTOLVS, quod a CHRISTO deriuetur

Deut. 27.

Roma. 4.

ad nos iustificatio et benedictio. [Christꝰ nos redemit]
Deu.27 .i. merito suę dignissimę passionis absoluit [de maledicto
ne legis] .i. de iugo, damnatione, & pœna quam lex
transgressoribus infligebat. Absoluit em̄ nos (.i. Iudęos)
ab obligatione seu debito seruandi legē, & per cōsequēs
a maledicto sequenti [factus pro nobis maledictum] .i.
p nostra salute maledictionem hominum passus. Quia
& culpā ei asscripserunt, & pœnam tanquam impio in-
ps.68 flixerūt, qđ totū ipe ꝓpter nos pati dignatꝰ est, sicut in
Psal. testatur. Quę non rapui tunc exoluebam. Et, tu scis
Esa.53. imp roperiū meum, & confusionē meam. Hinc quoq;
Deu.31 Esaias dixit. Cum sceleratis reputatus est. [Quia scriptū
est. Maledictus] maledictione culpę, & merito reproba
tus [omnis] hō [qui pendet in ligno] pro suis sceleribus
Sed hoc in Christo locum non habet. Quomodo ergo
Apostolus applicat authoritatem istam ad Christum? ni
si quantum ad hoc quod Christus cum cæteris maledi-
ctis, & impñs crucifixis reputatus est a reprobis, imo &
assimilatus per pœnas. Propter quod ait per ꝓphetam
Aestimatus sum cum descendentibus in lacum Item.
Ego aūt sum vermis, & non homo, opprobriū hominū
& abiectio plebis. Itaq; Christus nos Iudęos redemit
de maledicto legis [vt in gentibus] quę non erat sub le-
gis maledicto [benedictio Abrahę fieret] id est, gratia
Gen.12. Abrahæ ꝓmissa diffunderet [in Christo Iesu] .i. ꝟtute
1.Tim.2 & merito Christi, seu per Christum tanquam p media
Rom.5 torem [vt pollicitationem spiritꝰ] .i. ęternam fœlicitatē
2.Cor.5 a spiritu sancto (qui nobis datus est in pignus & arram
Ephe.1 futurę beatitudinis) repromissam [accipiamus] post p
sentis peregrinationis exilium [per fidem] non per ope-
ra legis quibus lex ab euangelio distinguitur, puta per
cæremonialia, seu iudicialia: de operibus autem mora
libus non est sermo. ¶Præterea probat Apo
stolus per humanæ consuetu dinis obseruantiam, quod
iusticia & beatitudo, & spiritus sanctꝰ debetur per fi-
dem, non per opera legis. [Fratres, secundum homi-
nem dico] .i. per humanam consuetudinem probo qđ

dixi. [Tamen hominis testamentum confirmatū nemo spernit] .i. quamuis in rebus humanis sit magna instabilitas, tamen hominis cuiuscunque testamētum, id est, ordinationem de successione hereditatis confirmatū testibus, signis, seu morte testatoris. Testamentum em̄ i mortuis confirmatū imo & imobilitatū est, nemo spernit, tā quam inualidum, [aut superordinat] .i. aliquid ei adiū git, aut de rebus alio modo disponit, si tamen sit homo rationabiliter agēs, fueritq; testamētū rite pactū. Multoigitur fortius diuine dispositiones seu ꝓmissiones firmę erunt & inuariabiles. De quibus subiungitur [Abrahę dictę] .i. diuinitus factę [sunt promissiones] diuersæ vel vna frequenter vt patet i diuersis capitulis libri Geneseos. Facta est enim ei promissio de possessione terrę sanctę, per quam mystice designatur possessio terrę viuentiū, seu patrię beatorū. De innumerabili quoq; multiplicatione seminis sui, pręsertim spiritualis qui per fidem eius filiū sunt. Et q̄ in semine benedicerentur oēs gentes [& semini eius] .i. Christo filio Abrahę scdm naturam assumptam, factę sunt promissiones, non qđ ad eum fiebant sed quoniam ptinebant ad eū, tanquam implendæ per ipsum. Per Christum nanque data est benedictio omnibus gentibus: quę erat principalis promissio Abrahę facta. Ideo subditur [Non dicit,] scriptura Geneſis, [in seminib⁹, quasi in multis] .i. promissionem factam semini Abrahæ scriptura non exprimit pluraliter, dicendo ad Abrahā. In seminibus tuis benedicentur oēs gentes: q̄d faceret si de pluribus loqueretur [Sed quasi in vno] .i. singulariter nominat semē istđ dicendo [& semini tuo qui est Christus] id est, in Chro ex te nato benedicentur omnes gentes. Sic em̄ ad Abraham dictum est. In semine tuo benedicentur oēs gentes [Hoc autem dico] quod subditur, scilicet [testamentū confirmatum a deo], id est, promissionem ad Abrahā factam, per Christum implendam. Videlicet de omnium gentium benedictione in Christo [quæ post quadringentos & triginta annos facta est lex] , id est, lex

Heb.9.

Ro.4.. Tit.1: EPISTO

Gen.13.

Gen.15.

Exod.19.

Gen.12.
Act.7.

Act.13

Exod.12.

scripta, quę facta est. i. Moysi data in monte Synai o po quadringentos & triginta annos a tempoe promissiõis quę primo facta est Abrahę veniendi de terra Chaldę orum [non irritum facit]. i. promissionẽ prædictã diuino iuramento firmatam nõ falsificat [ad euacuandã p missionem] hãc suo effectu, videlicet impediendo impletionem ipsius, quod tamen faceret, si p legem daret benedictio quę est hæreditas sempiterna. Hæc enim p missio Abrahæ facta, & p semen eius (i. Christum) implenda, diu præcessit legis lationem. Si ergo bonum p eam promissum (puta benedictio hęc) daretur per legem. Primo sequeretur quod non esset ex promissiõe. Secundo, quod frustra fieret mẽtio de semine Abrahæ qui est Christus. Tertio, q̃d Abraham, Isaac, Iacob, & cęteri sancti qui ante legem fuerunt, diuina benedictione caruissent, neq; æternã iam hęreditatem essent adepti. Vñ certissime liquet, q̃d a principio mũdi p fidẽ Christi futuri dabatur hominibus benedictio gratiæ & salutis. ¶ Sed quæri potest, quomodo ei q̃d nũc dicit Apostolus, legem datam post annos quadringentos & triginta a promissione Abrahę facta, concordet quod idẽ dicit apostolus in Actibus. Sorte distribuit terram eorũ quasi post quadringentos & quinquaginta ãnos. Lex enim data est primo anno egressionis ab Aegypto. Distributio vero terrę facta est post quadraginta ãnos ab egressione prędicta, & ita secundũ ratiocinationẽ hic habitã, distributio terræ facta esset post ãnos quadringẽtos & septuaginta, vel circiter. ¶ Quæritur etiã, quo modo his concordet quod legit. Habitatio autẽ filiorũ Israel qua manserunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorũ, quibꝰ expletis, eodem die egressi sunt. Si enim tamdiu in Aegypto manserũt, nõ poterũt anni de quibus iã tractat Aps computari a promissione Abrahę facta, sed ab ingressu Iacob in Aegyptũ. Et respõdendũ, quod anni de quibus Moyses in Exodo loquit, secundũ doctores, computantur a promissione primo facta Abrahę vsque ad legislationem. Porro ab

exitu Abrahę de Chaldęis cum primo facta est ei diui-
na promissio, vsque ad descensum Iacob in terrā Aegy Genē.46.
ptii, fluxerunt anni ducenti viginti. Deinde vsq; ad mor
tem Ioseph anni septuaginta vnus. Inde vsq; ad egres-
sum de Aegypto. 144. qui simul iuncti, prędictum nu Act.7.
merum constituunt. Anni vero de quibus in Actib⁹ le Genē.12
gitur, computantur ab alio exordio, scilicet a natiuitate
Isaac (secundū Bedā) qñ & dictū est Abrahę, quod se
men suum accola esset in terra aliena annis quadringē-
tis. Hæc secundum alios dicta sunt. Nō eī apposui cor
meum hac vice ad cōsiderandum tpa ista attentius.

¶Quod autem promissio euacuaretur si ex lege esset Treno.5
benedictio, pandit Apostolus. [Nā si ex lege] datur
[hęreditas], id benedictio gratię seu vita fœlicitas q; ę-
terna [iam non ex promissione] daretur, sed ex alia cau
sa, videlicet lege & ita Abraham esset frustrat⁹ spe sua
quod dici non potest, sicut subiungitur [Abrahę autem
per repromissionē] de Christo ei sępius factam, seu p
fidem Christi promissi [donauit deus] hęreditariam be
nedictionē cœlestem, de qua ad eum dicebat. Ego pro Gen.14
tector tuus, & merces tua magna nimis. Sed quia ex di
ctis sequi videtur, quod lex omnino erat inutilis, quæ-
rit Apostolus, vt nostræ dubitationi respōdeat. [Quid
igitur lex?] id est, cur data est, & quæ eius vtilitas? Et
respondet. [Propter transgressiones,] id est, peccata ho
minum reprimenda ac punienda [posita est] quatenus
homines saltem timore pœnarum quæ determinantur
in lege, retraherent a vitijs [donec veniret semen] id ē,
Christus per incarnationē mundum intraret [cui repro
miserat] .i. de q̄ deus promisit q; p ipsum implerent
promissiones diuinę. Sicut ad Abraha dixit, In semine Ge.12.
tuo benedicentur oēs gentes. Lex inquā [ordinata]. i.
ordinate collata a deo [per angelos] Moysi. Vnde Ste- Act.7.
phanus dicebat iudæis. Accepistis legem in dispositio-
ne angelorū [in manu mediatoris] i. lex ista posita est in
ptāte Chri, ita vt ipse eā posset mutare, & ei finē ipone
re, nec esset necessario ei subiectus. Propter q̄d aiebat

dominus est filius hominis etiã sabbati. Sic cõmuniter exponitur. Sed videtur hoc loco per mediatorẽ, Moyses posse intelligi, per cuius manum (.i. ministeriũ) data est lex. Moyses enim inter deum. & populum Israel fuerat mediator, sicut & ipse interdũ testat. Cõstat ergo qđ lex data sit Moysi, non solum vni⁹ ministerio angeli, sed multorum, q̃uis cõmuniter nõ fiat mẽtio in libris Moysi, nisi de angelo singulariter, qui etiã freq̃nter dominus noiatur, in cuius p̃sona apparuit ac loquebatur. [Mediator autem vni⁹ non est] dũtaxat, sed duorum extremorum, inter q̃ mediat, & ea connectit [de⁹ aũt vnus est] in essentia. Tanq̃ dicat. Licet Chr̃s sit mediator dei & hominum, est tamen idem deus cum patre & spiritu [Lex ergo aduersus promissa dei] .i. cum lex p̃pter transgressiones posita sit, nunquid ex hoc sequitur, legem esse contrariam promissioni diuinæ, ita vt irritam faciat eã, eo q̃ ex ipsa lege detur hęreditas sẽpiterna, & non potius ex promissione diuina, sicut promissionis forma cõtinuit: qđ si esset, lex promissionem excluderet [Absit] Vnde q̃ nõ sit ita subiungit. [Si enim data esset] per Moysen [lex, quę posset viuificare] vitam gratię conferendo [vere ex lege] .i. obseruantia legis [esset iustitia] ifusa & meritoria, quę efficit dignũ vita æterna, & non ex promissione. [Sed concluſit] .i. ostendit, conuicit, & accidenter fecit [scriptura] .i. lex scripta [omnia] gñia hominum, seu omneis iudęos [sub peccato] non solum originali, sed etiã actuali. Per legẽ enim erat peccati cognitio directe, & item peccati augmentatio indirecte. Primo, quia inuetitum nitimur. Secundo, quia post prohibitionem peccare, graui⁹ est q̃ ante [vt promissio] .i. promissa beatitudo & gratia [ex fide Iesu Christi daretur credentibus] .Per fidẽ enim Christi salutem consequimur. ¶ Ostenso q̃ lex retraxit a malo, iã declarat quod disponebat ad bonũ [Pri⁹ autem q̃ veniret fides] Christiana .i. anteq̃ catholica fides publica fuisset [sub lege custodiebamur] .i. per legis obseruationem ab aduersarijs nostræ salutis p̃te-

Deut. 6

Ro. 6. 8.

Finis.

gebamur concluſi] .i. de neceſſitate inducti, nos Iudæi de quibus ſita dicuntur [in eam fidem quæ reuelanda erat] .i. in fidē catholicā, in qua publice credenda proponuntur quæ in veteri teſtamento occultabantur. Nō enim potuerūt Iudęi per legem ſaluari, niſi habendo fidem de Chriſti aduentu, ita vt ad fidē confugere cogerētur. [Ita q̄ lex pedagogus] .i. manuductor [noſter] ſ. Iudęorum [fuit in Chriſto] .i. ſcām Chriſti voluntatem ac diſpoſitionem, qui ita inſtituit vt Iudęi per legē qua ſi manuducerētur ac dirigerētur ad ſaluatorem & fidē explicatā. Vel in Chriſto Ieſu .i. in obſeruationibus mādatorum a Chſo datorū, ſine quibus lex nullum ad vitam perduxit [vt ex fide iuſtificemur] credēdo in Chriſtum. Dicitur autem pędagogus proprie ductor puerorum, ſeu pueri. A pędos, quod eſt puer, & gogos ductio. Quemadmodum ergo pedagogus puerum inſolentem & imperfectum ad perfectionem perducit vitia eius p pœnas & minas cōprimendo, ſic lex populum Iſrael carnalem ac rudem prępparauit ad Chriſtum Conſequenter tangitur legis ceſſatio [At vbi], .i. quado ſeu poſtq̄ [venit fides] catholica .i. cū ꝓmulgata eſt fides euangelica [iam non ſum⁹ ſub pedagogo] .i. ad legis cuſtodiā nō tenemur [Omnes enim filij dei eſtis] adoptiui [per fidē] formatā [in Chriſto Ieſu] .i. p fidem Chriſti, ſeu exiſtentem in Chriſto ſicut in obiecto. Vñ euangeliſta teſtatur. Quotquot receperūt eū, dedit eis potęſtatem filios dei fieri [Quicunq̄ em̄ in Chriſto] .i. in nomine Chriſti, vel in forma a Chriſto præſcripta Videlicet in nomine pīs, & filij & ſpūs ſancti [baptizati eſtis Chriſtū] ſpūaliter [induiſtis] .i. gra ei⁹ ornati, eiuſq̄ paſſioni ac morti conformati eſtis, hītes Chriſtū in cordibus vīs morātem. De hac materia plenius dictum eſt ſupra, ad Rom. 6. [Non eſt Iudęus neq̄ grę⁹, nō eſt ſeruus neq̄ liber, nō eſt maſculus neq̄ fœmina] .i. diuerſitas gñis, cōditiōis, & ſex⁹ nil facit & q̄tū ad fidei ſtatū & dignitatem, non em̄ propter iſta eſt alius melior alio, ſed ꝓpter dona iſuſa & ſupnaturalia.

Heb. 11.

Pro. 19

pedagogus

Luc. 16.

Rom. 10.

Io. 1.

Mat. 28

Rom. 6.

Act. 10.

enim vos]baptizati, cuiuscūq; sitis generis, conditiōis aut sexus[vnum estis]per fide & charitatem,& vnum mysticum corpus[In Christo Iesu] Secūdum quod
Io.17. ipse orabat. Pater rogo vt omnes sint vnum sicut tu pater in me,& ego in te, vt sint vnum consummati in vnum[Si autem vos Christi estis].id est per fidē & gratiā ad Christum pertinetis,[ergo semē Abrahę estis].i.
Rom. 4. spirituales filij eius,sectando ipsi⁹ vestigia [secundum promissionem] Abrahæ factam[hęredes]vitę æternę. i.futurę beatitudinis possessores eritis, sicut promissū est Abrahæ,si enim filij & hęredes.Eadem q̄q ratiōe
Ku.16. fideles vocari possūt filij Iacob,Isaac,atq; similiū pro phetarum & patriarcharū.De cessatione aūt legis pfata dicit saluator.Lex & pphete vsq; ad Ioan.baptistā.

¶Elucidatio Cap.IIII.Dico autē quanto tempore. ¶Art.IIII.

EPISTO. PRrobata legis cessatiōe p exempla & rōnes,nūc idem ostendit p humanę cōsuetudinis similitudinē.[Dico autē]quod subditur,s.[q̄to tempore].i.q̄diu[hęres paruulus est] .i.infra annos discretionis[nihil differt a seruo]quantū ad liberū vsum hęreditatis sibi relictę,sed cogitur disciplinari rigore,
Ge.17 nec aliquid facere,aut ꝓpria dispensare permittit: nisi iuxta voluntatē corū quibus a parentibus est cōmissus [cum sit dñs omnium].i.q̄is tota hęreditas ad eū pti neat[sed sub tutoribus].i.defensoribus,qui eum ab aduersarijs ꝓtegant[& actoribus].i.causatoribus seu curatoribus,qui causas ei⁹ expediant, eumq; in moribus instruant [est,vsq; ad pfinitū].i.determinatū[tempus a patre]eius,videlicet vsq; ad annos discretionis, vel amplius, prout patri placuerit . Solebant enim antiquitus patres morituri determinare,vt vsq; ad illud vł illud temp⁹ filij sub tutorū & actorū dominio essent. [Ita & nos]ludei[cum essemus paruuli] .i. virtutibus imperfecti,& in diuinorū notitia modici[sub elemētis mundi huius,] .i.sub cęremonialibus legis p̄ceptis[eramꝰ seruientes]dño deo,seruitute incompleta & superfi

ciali. Dicuntur autem preceptа ceremonialia elementa quoniam erant quedam primordiales institutiones ad fidem atq; iustitiam. Appellatur quoq; elementa mundi, quia terrena bona habebant in premium secundum legis promissa. Gen.i.

Hec autem legalia sub quibus domino ministrabant Iudei erant eis tutores, id est, cōtra demonū insidias defensores & actores, quoniam causam eorum coram deo agebant, qui per sacrificia placabatur. [At vbi venit plenitudo temporis], id est, statim cum adimpletum est tempus diuinitus pordinatum, vt ī eo filius dei fieret homo [misit deus] pater, paterna authoritate, id est. in mundo visibiliter apparere conuersariq; voluit [filium suum] vnigenitum sibi consubstantialem coeternum & coequalem. Non itaq; misit pater filium suum, quasi filius in sui missione locum mutauerit, cum sit immēsus, & omnia implens, sicut & pater, sed ideo missus dicitur. quoniā patre volente & operante carnē assumpsit, atq; in mundo nouo modo apparuit [factū] id est, genitū, secundum assumptam naturam [ex muliere] inuiolata virgine bn̄dicta, de qua Hieremias vaticinabatur. Esa.9.55.

Nouū creabit dominus sup terrā: mulier circūdabit virum. Est autem Hebrei idiomatis consuetudo, vt quecunq; fœminei sexus persona, mulier nuncupetur [factū sub lege]. i. legis preceptis sponte subiectū in circūcisione, oblatione. & alijs multis [vt eos q sub lege erant]. i. Iudeos legalib9 mādatis astrictos [redimeret] merito suę humilitatis ac passiōis. Non solū a morte peccati & gehēne, sed etiā a legalium obseruatiōe [vt adoptionē filiorū]. i. effectum adoptionis diuine, qua adoptantur homines a deo videlicet gratiā gratificātē in pn̄ti, & gloriā consummantē in cœlo [reciperemus] Christi enim descensio, nr̄i est sublimatio, & eius incarnatio nr̄i vtiq; deificatio creditur. Hec de visibili missione filij dei inducta sunt. Fst autē & alia, videlicet inuisibilis, missio filij dei qua ad aias sanctas atq; fideles creata dei sapiētia mittit. Iuxta illd Sap.9.capite: Mitte illā de celis tuis, vt mecū sit & mecū laboret. Mat.3.

Porro

quid ex diuina adoptione sequat in nobis, pādit Apostolus [Quoniam autem estis] O Galatę, cęteriq; fideles [filij dei] adoptiui ab ęterno electi. idcirco in signū filiationis istius [misit deus] pater [spiritum filij sui] .i. spiritum sanctum a patre filioq; manatem tanq ex vno principio, & eosdem nectentem [in corda nostra] i. dona spiritus sancti vbiq; existentis, mentibus nostris infudit. Tunc enim spiritus sanctus dari & mitti asseritur, cum dona eius gratifica conferuntur, sicut plenius dictum est supra, [clamantem] id est, nos fiducialiter clamare facientem ad deum omnipotentem & trinū, O [Abba pater] Duo noīa ista idem significant. Abba autē est nomen hebręum, quod nomine patris exponitur. Itaq; spiritus sanctus probat nos esse filios dei. Nā vt ꝓbaremur adoptati a Deo, spm̄ suum tribuit nobis in signum & arram, vt ostendat affectum patris in nos, detq; fidutiam appellandi deū patrem. Ex his infert Apostolus [Itaq;], id est, quoniam spiritus sanctus facit nos clamare, Abba pater [iam] tempore euangelicę legis [non est] aliquis vere credentiū [seruus] subiectus
Io.8. seruitio timoris. De quo seruo scriptum est. Seruus non
Io.15. manet in domo in ęternum. Et alibi. Iam non dicā vos seruos, sed amicos [sed filius est. Quod si filius] dei adoptiuus est homo credens, sequitur quod [& heres] vi
Finis. tę ęternę erit [per deum], id est adeo, vel per misericordiam dei, Vnde dicitur. Filius manet in domo in æternum. [Sed tunc quidem], id est, tempore gentilitatis
Deut.3. vestræ [ignorantes deum] verum [his qui natura non sunt dij] sed vana hominum æstimatione. i. qui veram deitatem non habent [seruiebatis] videlicet idolis & creaturis potius q̄ creatori. ¶ Insuper increpat ingratitudinem Galatarum. [Nunc autem cum] per meam prædicationem, & spiritus sancti illustrationem [cognouerit is deum] fide formata: quam diu stetistis
Io.10. in gratia [immo cogniti estis a deo,] per approbationem ad minus secundum præsertim iustitiam quādo in gratia statis, [quomodo conuertimini iterum] .i. a fide

& cultu nouę legis reditis [ad infirma & egena elementa] .i. præcepta legis cæremonialia. Quæ dicuntur elementa, propter rationem predictam. Dicūtur quo q̄ infirma, q̄m nō sufficiunt ad salutē. Et egena, eo q̄ gratiam non continebant nec iustificabant. Sed cum Galatæ ante suī conuersionem gentiles fuerint, nec vnq̄ seruauerint legem: quō dicit eis Apostolus: Conuertimini iterū ad infirma & egena elementa, [q̄bus denuo seruire vultis?] Respondit Hieronym⁹ quia tēpore nouę legis obseruantia cęremonialium idem, seu par peccatum est cū cumidololatria. [Dies] videlicet sabbata, dies azimorū & expiationū [obseruatis] .i. colitis atq̄ attenditis, more ac ritu ludęorum, [& menses] .i. neomenias, & mēsem primum ac septimum, [& tempora] egressionis ex ęgypto [& annos] .i. annū septimum remissionis, & q̄nq̄gesimum iubilęum. Quidā exponunt hec de reditu ad idololatriā, & de superstitiosa obseruatione temporum elementorum, ac syderum, secundum quam aliqui dicunt. Tali tempore, die seu anni initio nihil est inchoadū agendum, seu patiendum. Sed non videt pertinere ad presens, non enim reprehenduntur Galatę de reditu ad idololatriam, sed quod pseudapostolis crediderunt qui vtiq̄ non idololatriam sed legalia docuerunt. [Timeo vos] id est, de vobis, vt qui iam a deo deuiatis [ne forte sine causa] , id est, fructu & vtilitate [laborauerim in vobis.] prędicando, & alia bona ad vestri conuersionē spectantia operando: timeo nāque ne penitus pereatis [estote sicut ego] legalia dimittendo, sicut ego ea dimisi [quia & ego] sum sine lege [sicut & vos] sine ea fui Act.15. stis, & nunc esse debetis. ¶Præterea sanctus Apostolus more sapientissimi medici post asperam correptionem, adiungit dulcem & consolatoriam admonitionem, pristina quoq̄ Galatarum bona commendat ne consideratione præteritorum malorum delperent. [Fratres obsecro vos] , id est, per sacra rogo videlicet conuerti ad euangelicam veritatem. Et fiduciali-
Act.15. ter obsecro, nam [Nihil me læsistis.] id est, in nullo

me offendistis directe quo ad personam meam q̃uis ve
hementissime doleam de hoc, ꝙ deum offendatis, pro
priamq; salutem negligitis. [Scitis aũt quia p infirmita
tem carnis] .i. cum magna corporis afflictione & pse-
cutione quam ab alijs passus fui anteq̃ vobis prædicare
Act.5. incepi [euangelizaui vobis fidẽ Christi [iam pridem] .i.
dudum cum apud vos eram. [Et tentationẽ vr̃am] vo-
bis a demone infusã [in carne mea] .i. de afflictionib⁹
corporis mei. Tentauit em̃ eos diabolus ne personę tã
ablecte, vt videbatur esse apostolus, tãq; afflicte fidem
adhiberent [non spreuistis, nec respuistis] .i. nõ inaduer
tenter eam admisistis, [nec paruipendistis tentationem
dæmonis, sed digne restituistis, [sed sicut angelũ dei ex
cepistis me] .i. cũ ingenti reuerẽtia psonam meã tracta
stis, ꝟba mea audistis, rõnibus consẽsistis, immo [sicut
Christum Iesum] me suscepistis, .i. tam charitatiue acho
norifice velut si Chr̃s in ꝓpria persona visibiliter veni
sset ad vos, q & ipse est magni cõsilij angelus. [vbi ẽ er
Ezech.33 go beatitudo vr̃a] .i. cum olim tã ꝟtuose egeritis, vbiẽ
Hie.2 nunc meritum vr̃m. Tanq̃ dicat: Mirum est ꝙ a tãta p
fectione sic subito caditis. Q d'aũt tã reuerenter me su-
scepistis, iãq; in spe beati fuistis, hinc Patet. [Testimoniũ
em̃ phibeo vobis, qa si fieri potuisset] .i. licuisset, opor-
tuisset, vt mihi expediens fuisset [oculos vestros] q fũt
membra charissima [eruisse tis & dedisse tis mihi] ex ni
mia charitate. Est aũt consuetudo scripturæ, vt dicat nõ
posse fieri, quod non fit iuste. [Ergo] .i. cum hæc ita se
Esa.63. habeant, sequi videtur quod [inimicus vobis factus sũ,
verũ dicens vobis?] .i. ob hoc ꝙ vos iuste atq; veraciter
increpo & informo, nam aliam causam inimicandi mi-
hi non habetis qa in nullo offendi vos [Æmulantur] .i.
diligunt [vos] falsi [non bene] .i. non ordinate, sed car-
naliter & puerse, [sed excludere vos volunt] a mea di-
lectione, ab euangelica veritate, a regno cœlesti [vt illos
ęmulamini.] .i. sectemini, & ametis præ nobis. [Bo
Pro.2 num autẽ] .i. actum virtuosum seu hoiem bonũ [æmu-
lamini] & amate, atq; sectamini [in bono], id est, bona

intentione, & propter finem bonum, seu propter ipsum bonum honestū in se, nō propter vtile aut delectabile, quoniā hęc est sola vera & syncera dilectio, quę fundat in bono honesto. Hoc autē facite [semper] Quia qui pse uerauerit vsq; in finē, saluus erit, [& nō tantū cū psens sum] corporaliter [apud vos] Ne videamini bona agere poti9 mei timore siue intuitu, q̄ diuino amore atq; respectu. Decet em̄ subditos in absentia sui p̄lati diligenti9 custodire ea quę dei sunt, & honestatē concernūt, q̄ in ei9 p̄sentia, propter causam predictā, & etiā quia tunc magis necessarium est, & est signū quod homo diuino stimuletur amore. ¶ Deniq; declarata graui conditione existentiū sub lege, per humanę consuetudinis exēplū, nūc idem declarat per legis diuinā authoritatē. [Filioli9 mei] qui parui estis in perfectione virtutum [quos iterū parturio] .i. cū dolore & planctu spiritualiter regenero, transferendo vos de non esse spirituali, ad esse spirituale, p̄ hui9 epistolę documēta [donec formetur] id est, recipiatur ac describatur [Christus in vobis] id ē, in cordibus vestris per fidem puram, iugem memoriā, & dilectionem firmatam. [Vellem autē apud vos esse modo] corporali p̄sentia, si negocia paterētur [& mutare vocem meam] id est, alitervobis proprio ore loquī q̄ scribo, increpando vos durius q̄ scribere volo [quoniam confundor.] id est apud alios erubesco [in vobis] id est, de vestri seductione. ¶ Consequenter ostendit cessationem legalium per mysticam expositionem scripturæ legalis. [Dicite] id est respondete [mihi qui sub lege vultis esse] id est, cęremonialibus legis iussionibus obedire [legem non legistis?] id est. an libros veteris testamenti legistis. Tanquam dicat, vel non legistis, vel male intellexistis. Ideo autem quęro an legem legistis, & spiritualiter intellexistis. [Scriptum est enim.] In Geneseos diuersis capitulis. [Quoniā Abraham duos filios] principales, ac famosiores cęteris, vt puta Isaac, & Ismaelem [habuit,] Habuit quoq; alios multos post obitum Sarę de Sethura [Vnum] videlicet

Mat.10.

Matt.6.

Act.13.

Eccle.11.

Act.15.

Epistola. Gene.21. Gene.25.

Gen.16 Ismaelem, habuit [de ancilla] ægiptia Agar, quę tamen vxor erat antequam Abraham eā cognouit, alias fuisset adulter [& vnum]. ſ. Isaac, habuit [de libera]. i. de Sara, quę nunquam ancilla Abrahę erat quis eum ex humilitate dominum appellauerit, qm̄ illa fuit charitatis nō seruitutis subiectio. [Sed qui de ancilla] prodijt. i. Ismael [ſecundum carnem]. i. naturalem carnis propagationem, fœcunditatem at q̄ originem, ſine miraculo [natꝰ est.] Poterat em̄ Abrahā ſenex de iuuencula naturaliter

Gen.21 generare [Qui autem de libera] genitus fuit, videlicet Isaac [per repromiſſionem]. i. ex preuia ac repetita dei promiſſione & miraculoſa operatione natus est. Nam Sara ſterilis fuit, & nonagenaria, muliebribus carens. Vnde diuina virtute data est ei fœcunditas, ſæpius etiā pomiſſa fuit natiuitas Isaac [Quę ſunt per allegoriam]

Allegoria q̄d ē. . i. myſticam ſignificationem [dicta] id est, ad hoc vt ex ſenſu literali detur intelligi quid ſit credendum. Allegoria etenim inſtruit quid ſit credendum [hęc em̄] quę de Sara & Agar, ſeu libera & ancilla, earū q̄ filijs dicta ſunt [ſunt] per allegoricam ſignificationem. i. deſignant

Exod.20. [duo teſtamenta, Vnum quidem]. i. vetus teſtamentū;

Deu.33. [in monte Syna] datum, vt patet in Exodo. Vnde in Deuteronomio legitur. Dominus de ſyna venit. ſyna autem & ſynai idem ſignificant, [in ſeruitutem gñans id est, hoc vetus teſtamentum ludæos ſeruituti legaliū ſubdidit, eoſq̄ timore pœnarū, & propter temporalia promiſſa fecit deo ſeruire [quæ] ſeruitus legalis ſeu ti-

Deut.6. morоſa [est] figuratiue [Agar] id est, per Agar ancillā Abrahæ deſignatur. [Syna enim mōs est in Arabia] minori ſituatus qui (vt dicitur) ſua magnitudine diuerſas tangit prouincias, & in ſua extremitate fortur terræ promiſſionis vicinus [qui] mons Synai [coniunctus est] non loco, ſed allegorico intellectu [ei quæ nunc est Hieruſalem] id est, terrenæ præſentique ſynagogæ: quæ tempore PAVLI in Hieruſalem fuit. Significat enim hanc plebem eiuſque ſeruitutem.

Exo.81 Seruitus autem legis per montem Syna ſignata, tunc

viguit in Hierusalem, in qua legalia & sacrificia seruabantur. [& seruit filijs suis] id est, synagoga Iudęorũ cum personis sibi subiectis seruit domino seruili timore, vt patuit. [Illa autem quę sursum est Hierusalem] i. ecclesia militans, ex gentibus maxime cõgregata. Quæ dicitur sursum, quia per contemplationem & spem, atque diuinum amorem, ad diuina erigitur, iamque per inchoationem angelicę conuersationis in cœlestibus demoratur [libera est] a seruitute peccati, & conditiõe seruili, seu obseruantia legis [quæ] ecclesia [est mater nr̃a] in baptismo enim ex ea & spiritu sancto renascimur. Eph.5.

¶ Denique quod sit mater nostra ostendit authoritate prophetica Esaiæ quinquagesimo quarto capite. [Scriptum est enim: Lætare] corde in domino, O [sterilis q̃ non paris,] id est tu collectio gentium, quæ tempore testamenti veteris fueras infœcunda, & idololatriæ dedita, [erumpe & clama] id est, ex interioris lętitiæ magnitudine in exteriorem exultationem, laudem vocalẽ & gratiarum actionem prorumpe. Ex abundantia em̃ cordis os loquitur. Propter quod ait Psalmista, psalmo octuagesimo quarto: Cor meum, & caro mea exultauerunt in deum viuum [quia multi filij desertæ] id ẽ, plures sunt filij ecclesiæ ex gentibus adunatę, quæ olim erat a deo relicta [quam eius quæ habet virum] id est, synagogæ, quæ habuit sponsum cœlestem, videlicet deum, cui in legis susceptione fuerat desponsata. Mat.8.

Certum est enim ecclesiam numero & merito excedere synagogam. [Nos autem CHRISTI fideles, o [fratres secundum ISAAC,] id est, iuxta typum & similitudinem Isaac [promissionis] id est, cœlestis benedictionis, & spiritualis generationis, [filij sumus] quia ex aqua & spiritu sancto renascimur, gratiamque cœlestis beatitudinis obtinemus. Sic ergo per ISAAC designatur ecclesia CHRISTI. Hiere.16. Io.3.

[Sed quomodo tunc] scilicet tempore Abrahæ [qui secundum carnem natus fuerat] id est, naturali virtute, videlicet Ismael [persequebatur eum qui secun-

dum ſpiritum] id eſt, per repromiſſionem fuerat natꝰ, vt puta ipſum Iſaac, vt ī Gene. dicitur capite vigeſimo primo. Iſmael luſit cum Iſaac. Quē ludum Hebrei intelligūt quod cōpulerit Iſmael fratrem ſuū Iſaac luteas adorare imagines. Alīꝫ vero exponūt, quod ſub ſpecie ludi interim læſerit eum [ita & nunc] ſcilicet tempore Pauli apoſtoli carnales Iudęi, pſeudo apoſtoli, tyranni atq; hereticiſecundū carnem ex ſanguinibus nati, perſequūtur fideles ex deo natos, in quibus permanet ſemen dei, id eſt, verbum ſeu gratia Chriſti. Omnes ēm
2.Timo.3 qui volunt pie viuere in Chriſto, perſecutionem patiūtur. Cōtra hāc vero perſecutionem iuſtorum ab impijs ponit Apoſtolus conſolationem idoneam. [Sed quid dicit ſcriptura?] Et reſpondet: [Eiice ancillam, & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cū filio liberę.] Hæc ſarę ſunt verba ad Abraham, quę quum vidiſſet Iſmaelem cum Iſaac doloſe ludentem, irata dixit marito. Eiice. i. de domo noſtra expelle ancillam, hāc Agar, & Iſmaelem filium eius. Nō enim heres erit Iſmael cū Iſaac. Hoc ſic factum eſt ad literam. Per quod ſpiritualiter figurabatur quod ſynagoga atq; legalis obſeruantia eſſent tempore euāgelicę legis a populo Chriſtiano ſeparandæ conuerſatione, loco, & merito, & poſtmodū
Act.15. præmio. [Itaq; fratres, non ſumus ancillę,] id eſt, veteris teſtamenti, ſynagogę, ſeu legalis obſeruantiæ [filiꝫ, ſed liberę,] id eſt, militantis eccleſię & libertatis chriſtianæ [qua libertate] id eſt, per cuius libertatis commu nicationem, ſeu infuſionem, [Chriſtus nos liberauit] for-
FINIS. maliter, ſicut per gratiam ſaluat. Liberauit inquā nos ab onere legis, a iugo peccati, & dęmonis dominio. Vnde per euangeliſtam Ioannem dicitur octauo capite. Si filiꝰ vos liberauit, vere liberi eritis. Hęc ergo libertas, ſecundum gloſam, eſt peccatorum remiſſio, & fidei per dilectionem operantis iuſtificatio, Vel ſic: Sumꝰ filiꝫ liberę, id eſt eccleſię libertate dilectionis, vt ſponte, hilariter, & charitatiue nō ſeruiliter, formidoloſe, & coacte obediamus eccleſię, & dño miniſtremꝰ, qua libertate in anima

christi existente liberauit nos Christꝰ efficienter propria passione. Christus enim mera charitate, atq; sponta nea libertate ad charitatem pertinente pro nobis mori dignatus est. Iuxta illud propheticū Esaię quinquagesimo tertio. Oblatus est, quia ipse voluit. Vñ & passione īstante dixit ad Petrū. An putas quia non possum rogare patrem, & exhibebit mihi modo plus q̄ duodecī legiones angelorum. Mat.26.

¶Explanatio Cap. V. videlicet: State, & nolite iterum &c. Art. V.

DEniq; post strenuas increpationes annectit apostolus exhortationē salubrem, & sanū consiliū cōtra errores. propter quos Galatas increpauit, ait eī [State] .i. cor rectū & ad deū erectū habete ī fidei ꝟitate [& nolite iterū iugo seruitutis] .i. onere legis in seruitutē redigētis, seu legaliū iussionę [contineri] .i. concludi seu cōprehendi, ita vt tanto vos iugo subdatis, de quo Petrus testabat̄ actuū decimoquinto. Neq; nos, neq; patres nostri illud portare potuimus. [Ecce ego Paulus] cui tanquam Christi apl'o ad tertiū cælum rapto, secure & absolute credendū est [dico vobis qm̄ si circuncidamini] more iudaico [Christus vobis nihil ꝓderit] id est, ex fide, passione & merito Christi, nullum consequemini fructū propter vestram peruersitatē. Quemadmodum medicus optimus nihil ꝓdest rebelli infirmo [Testificor autem] .i. firmiter assero [omni homini] siue Iudęo, siue Gentili [circuncidenti se] quasi circuncisio necessaria sit ad salutem [quoniam debitor est vniuersę legis faciendę] .i. circuncisionem accipiēdo obligat se ad vniuersa quę pręcipiunt̄ in lege videlicet ad obseruantiam præceptorum moralium, cæremonialium ac iudicialium. Quemadmodum em̄ baptismum suscipiens obligat se ad præcepta euangelij sic circuncisionem accipiens, ad vniuersa legis mandata tenet̄, ita vt tantum teneatur ad alia, sicut ad circuncisionem, quamuis absolute nec ad hanc, nec ad totā legem obseruandam sit obligatus. Sed circuncisio-

1.Co.7.

Act.15.

Obligatio circuncisionis Et obligatio baptismi

Io.14.15.

Iac.2. nem accipiendo, ostendit ipso facto quod ad omnia obliget. [Euacuati estis a Chr̃o].i a participatione ꝟtutũ beneficiorũq; Christi inanes effecti estis legalia recipiendo. [Qui in lege iustificamini].i. per obseruationẽ legis Mosaycę iustificari optatis aut creditis, [a gratia].i. gratuita iustificatiõe per fidẽ Christi, immo ab ipso habitu gratiæ [excidistis] peccando tam grauiter. Quod aũt hoc ita sit, patet ex cõtrario [Nos em̃] apostoli, primitias spiritus habentes, & omnes veraciter christiani [spiritu].i. spiritussancti instinctu, seu spirituali intellectu [ex fide] Chr̃i [spem iusticię].i. speratam iusticiam seu plenum iusticie premium, scilicet vitã ęternam [expectamus] quia ꝑ fidem & gratiam sine operib⁹ legis saluari speramus. Sępe aũt in scripturis sumit̃ spes, ꝓ re sperata. Merito aũt sic expectamus. [Nam in Christo Iesu neq; circũcisio aliqd valet,] ad salutem, tempore euangelij diuulgati, [neq; præputiũ].i. ritus gentilitatis. Vtrunq; em̃ ęqualiter reputatur inane tempore nouę legis [sed fides quę per dilectionem oꝑatur] implendo diuina pręcepta aliquid valet, & sufficit ad salutẽ. Porro fides sine charitate, informis est & sine operib⁹ mortua est, si tñ oportunitas operandi occurrat.

Rom.8 Ephe.2 Eph.2 Iac.2

Ad minus tamen in adultis exigitur actus interior charitatis & fidei ad salutem, quoniam arbor quę nõ facit fructum bonum excidetur. [Currebatis bene] O Galatę.i. festinanter, & recto itinere processistis de via ad patriam, de exilio isto ad paradysum cœlestẽ, de medijs ad vltimum finem. Ita vt dicere potuistis illud psalmistę. Viam mãdatorum tuorum cucurri. Hic aũt rursus est feruens desiderium mẽtis ad deum, efficax quoque exequutio cœlestium pręceptorum. [Quis non impediuit] ab isto cursu [veritati non obedire?].i. vt nostrę vere ꝑdicationi, euangelicęq; doctrinę nõ obediatis. [Nemini] vos ab hac obediẽtia impediẽti [conseritis. Persuasio enim].i. topica argumentatio illorum qua vos ad legalia obseruanda nituntur inducere [non est] quantum ad suam falsitatem ac deformitatem [ex eo qui vo-

Mat.3. ꝑs.111

cat vos].i.ex deo,qui vos per inſpirationem iternam & noſtrã prædicationem vocat ad fidei ſynceritatẽ & vitam ęternam.[Modicum fermentum totã maſſã cor rumpit.]Hoc ad literam ita eſt. (Quod in epiſtola ad Corinthios plenius eſt expoſitum.) Quo ſignificatur, quod pauci peſtiferi,fallaces,& indurati totam fideliũ congregationem inficiũt. Ideo ſunt vitandi.[Ego autẽ confido in vobis].i.de vobis[in domino].i. quoniam ante virtutibus fuiſtis tam inſignes, ſperõ nunc quod reſipiſcetis a veſtro errore, Ita [quod nihil aliud ſapietis]perlecta iſta epiſtola,niſi q̃d ego vos docui. [Qui autem conturbant vos].i.pacem & quietem mentis veſtrę,quam in euangelica veritate habuiſtis, ſolicitat & ſubuertit,[portabit iudiciũ] reꝓbationis.i.debitã pœnam ſuſtinebit,niſi pœniteat[qcũq; fit ille]ſiue ſit magnus ſiue mediocris. Deus em̃ nil mali impunitum relinquit: Iuxta illud Iob. Deus inultũ abire non patiẽ.[Ego aũt fratres ſi circunſionem adhuc p̃dico,]obſeruandã, vt mihi a pſeudapoſtolis illis imponiẽ. Qui,vt facilius Galatas ad legalium obſeruatiões iducerẽt, aſſeruerũt Paulũ apud alios adhuc circunciſionem p̃dicare. Si ergo hoc ago,[quid].i.q̃ ratiõe [adhuc perſecutionẽ patior?]a Iudæis. Tanquam dicat,nulla. Ob hocquippe p̃cipue ĩdignabantur,&pœnas intulerũt Iudęi apoſtolo, ꝙa ceſſationem circũciſionis ac ſabbati docuit. Vnde ſi circũciſionem adhuc prędicaſſet in gentibus,ceſſaſſent Iudęi perſequi ipſũ.[Ergo].i.ſi circunciſionem doceo obſeruãdam[euacuatum].i.ablatum[eſt ſcandalũ crucis]i offendiculum paſſionum,ſeu ſcandalizatio Iudęorum quo iraſcũtur. Offendũt ſeu ſcandalizant̃ de hoc quod gloriam crucis p̃dicamus,aſſerentes ad ſalutem ſufficere fidẽ & gratiã dominicę paſſionis,magiſq; cõſtare ſalutẽ in cruce,quam in circunciſione, Si itaq; Paulus circũciſionem docuiſſet,vt falſi illi dixerunt,nõ fuiſſẽt Iudæi ſic cõcitati aduerſꝰ eũ. Et quoniam Galatis innotuit Iudęos perſequi Paulum, & ſcandalizari in p̃dicatione ipſius, idcirco per hęc innuit eis Apoſtolus

Mat.22.

I.Cor.5

Eccl.17

Ioan.10

Mat.13.

Iob.4

Act.13.

1.Cor.1
Eph.2.

Eccl.19 fallsum esse q̃d sibi imponebatur a peruersis [Vtinã & abscindant̃].i. a societate fideliũ,& vro conuentu peni tus remoueant̃,immo & desistant,quantũ ad culpã[q̃ vos conturbant]ingerendo auribus vestris falsã doctri nã,& inquietates cor vm.[Vos enim in libertatẽ]i.ex onerationẽ a seruitute legalium. Vel in libertatẽ.i.in e uangelicã legẽ,q̃ ab alio q̃dã vocat̃ lex p̃fect̃ liberta tis,qm̃ a seruitute peccati ac dæmonum saluat. Vel in libertatẽ,charitatis[vocati estis]p̃ gratiã Chri qui nos a iugo legis absoluit,vt non timore,sed amore mouea mur ad cultũ diuinũ. Verũtñ qm̃ non est libertate hac abutendum,subiungitur.[Tm̃].i.hoc solũ vos precor ac moneo[ne libertatem]vobis collatã[in occasionẽcar nis detis].i.ad satisfaciendum carnalibus concupiscen tiis expendatis. Libertas nempe multis peccandi occa sio est quoniam pœnam non metuunt. Nã & hæretici q̃dã fuerunt, qui sibi per spiritus libertatẽ omnia licere asseruerunt,qui vtique omnium viciorum miserrimæ seruituti subiecti fuerũt,[sed per charitatẽ] diuinã atq; fraternã[seruite in inuicem].i ex dilectione interna ac pura procedite ad charitatiua obsequia,mutuo succurrendo in spiritualibus ac temporalibus, prout p̃fecta charitas (quę omnia facit communia) exigit.[Qis enim lex],id est,vniuersa legis præcepta[in vno sermone im pletur],id est,per obseruationẽ vnius præcepti custo diuntur. De quo sermone præceptiuo subiungitur.[Di liges proximum tuum sicut teipsum),id est, spirituali ter,& ꝓpter deũ,in deo,& inordine ad vitã æternã. Li cet enim duo sint charitatis præcepta ꝓpter materiale distinctionem obiecti (de quib⁹ ait saluator. In his duo bus mandatis tota lex pendet & Prophetę) vna tamen est charitas qua deus proximusq; diligitur. Ideo hoc lo co,& alibi sępe vnũ mandatum in alio includit̃. Vn de cum in dilectione proxim dicitur lex impleri ,in di lectione proximi comprehendit̃ dilectio dei. Porro verbũ hoc, Diliges proximum tuũ sicut teipsũ,in lege scriptũ est Mosayca.[Q̃d si inuicẽ mordetis]vbis pũ

Lu.16. Act.15.

2.Pet.2.

Io.13.

Mat.22

Lu.19.

gitiuis & pessimis [& cõmeditis] i.fraudatis & deuoratis temporalia vel spiritualia bona vra mutuo corrũpendo, [videte].i.attendite [ne abinuicẽ consummamini].i.penitus pereatis in anima & corpore. Tanq̃ dicat. Nisi a morsu inuidię, & mutua corrosione ac nocumẽto abstinueritis, anima vestra & corpus, oẽ esse spũale atq; gratificũ perdet in seculo isto, pœnasq; æternas sẽtiet in inferno. [Dico aũt].i.admoneo vos [in Christo].i.secundũ Christi doctrinã [Spũ ambulate].i.secundũ spiritus sanctũ instinctum agite. Vel, p spm designatur ratio, cuius iudiciũ in omnibus seq debem⁹, qm̃ optimũ hominis est esse scdm rationẽ, vt Dionysius ,pte stat [& desideria carnis non perficietis].i.carnales concupiscentias non deducetis ad effectũ, neq; præbebitis eis consensum: q coram deo ,p opere reputat. [Caro enim].i.appetitus sensitiuus, seu aia scdm carnem, vel ipse homo ex parte sensualitatis [concupiscit aduersus spm].i.ea desiderat q̃ directe sunt rationi contraria, vi delicet delectatiões sensibiles. De quib⁹ scriptura. Post concupiscentias tuas nõ eas, inquit, & a voluptate tua auertere [spiritus aũt].i.appetitus intellectualis, seu ratio vel anima secundũ partem sui superiorem, concupiscit [aduersus carnẽ].i.ea quę carni & sensualitati labore & tędiũ ingerũt, vt pote spũalia bona, continentiam sobrietatem, diuininorũ frequentẽ ac stabilẽ vacationẽ, quibus caro castigat, fatigatur, & attenuat. [Hæc em̃] videlicet caro & spiritus [sibi inuicẽ aduersant] appetẽdo contraria (vt dictũ est) Caro qppe cupit bona delectabilia, & vtilia etiam inordinate, seu vltra necessitatẽ spiritus autẽ vult bona honesta per respectum ad deũ [vt non quęcunq; vultis] secundum rationis iudicium [faciatis] propter sensualitatis rebellionem. Quemadmodum alibi dicit Apostolus. Non qđ volo bonum, hoc facio. Vel sic sibi hęc aduersantur, vt non quęcũq; vultis.i.nõ oia ad quæ inclinationẽ habetis faciatis. Sed per rationem vicia carnis refrenetis. Sicque dictio illa, vt, tenetur concomitanter, quia ex illa mutua

1.Tim.6.

Eccl.9.

EPISTO.

Ro.8.

Eccl.18

Eccl.27

Ro.7.

Pro.27

aduersatione sequitur, vt non licet nobis omnia operari
1.Pet.2. quæ volum⁹. Hinc etiã testat̃ Petr⁹. Charissimi, iquiẽs
obsecro vos abstinere a carnalibus desiderijs, quæ mili
tant aduersus animam [Quod si spiritu ducimini] .i. a
Rom.8 spũsancto [non estis sub lege] .i. legalibus obseruantijs
non subijcitis vosmetipsos. Tanquam dicat. In hoc con
stat vos esse deceptos quod legis iugo subditi estis.
¶ Sciendum autem, quod spũs multis modis accipitur
Io.4. in scripturis. Primo, pro intellectuali & separata substã
Act.23. tia, sicq; deus, & angeli spũs appellantur. Vñ est illud:
Spiritus est deus. Et in Actibus. Saducęi dicunt, nec spi
ritum, nec resurrectionem esse. Vbi ꝑ spm̃ angelus de
signatur. Secundo, pro substantia animę. Vt dum Ste
Act.7. phanus ait. Domine accipe spiritũ meum. Tertio, pro
superiori parte rationis, sicut hoc loco. Quarto, ꝑ virtu
te imaginatiua, Vt ibi: Fui in spũ dominica die. Quinto
pro subtili humore, ꝑ quem anima operationes vitales
Apo.1. exercet in corpore. Sapiẽs. Spiritus diffundetur tanquã
Sapien.3. mollis aer. Sexto, pro aere vel vento. De q̃ quidã expo
Ge.1. nunt illud: Spiritus domini ferebatur sup aquas. Itẽ &
Io.3. illud: Spiritus vbi vult spirat. ¶ Cõsequenter de operi
b⁹ carnis, quibus spũs reluctat̃, tractat apl's. Opera em̃
Rom.8 carnis proprie nominantur ad q̃ caro inclinat. Vt sunt
1.Io.2. gula, & luxuria, germinaq; eorum. De quib⁹ mox sub
dit̃. [Manifesta autẽ] .i. aptã maliciã hñt, & naturali ra
Eph.4 tioni opponunt̃ [sũt opera carnis. Quę sũt fornicatio] i.
coitus soluti cũ soluta, [imunditia] .i. vitiũ contra natu
rã [impudicitia] quãtũ ad gestus prouocantes libidinẽ,
in aspectu, tactu, & osculis [luxuria] Quæ est nomen
Coloss.3. commune, quo cęterę species luxurię iam non expres
3.Reg.11. sę designant̃ [idolorũ seruitus] .i. idololatria, quę inter
dum ex luxuria generatur, vt patet in Salomone, [Ve
neficia], id est, sortilegia [inimicitię] quæ ex carnali ge
nerantur amore, [contentiones,] verborum, [æmu
Eccl.34 lationes] .i. inuidentię eorum qui idem appetũt, sed
vnus per alium impeditur, sicut dum plures ad prælatio
nem aspirant. [iræ], id est, appetitus vindictæ, [ri

ræ]id est lites verbosæ,[dissensiones]animorū,quātū ad partialitates[sectæ[id est separationes dissentiētiū iā firmatæ[inuidię,homicidia,ebrietates, comessationes] id est assidue comestiones[& hȝs similia. Quæ prædico vobis] vitanda,antequā morte prȩoccupemini,[sicut prędixi. Quoniā qui talia agunt].i.aliquod horū secundum suam perfectam rationem,[regnum dei non cōsequentur.] Ex quo duo sequūtur.Primū,quod omnia hęc sint peccata mortalia.Alterū,quod damnati nunq̄ liberabuntur aut saluabuntur. ¶ Insuper enumerantur opera spiritus.i.quę a spiritusancto i nobis fiunt,& spiritui nostro rationali insunt atq̄ cōueniunt. Dicūtur autem hæc opera,fructus, ad similitudinē fructus materialis.Sicut em̄ hmōi fructus ex terra aut arbore oritur & cū quadam dulcedine degustatur,sic opera ista a spiritu sancto principaliter, atq̄ a nostro spiritu diuinitus confortato nascuntur,animāq̄ delectāt. Ait ergo.[Fructus autem spūs]sancti,seu nostri[est charitas].i.actus dilectionis per modū ignis cœlestia scandens ac eleuās [gaudium].i.diffusio animi i conceptione boni honesti Quod alio loco vocatur gaudiū i spū sancto,nec competit reprobis. Est tamen & aliud gaudium sęculare,vanum,& falsum, De quo dicitur ibi. Mundus gaudebit. Et rursus. Gaudiū hypocritę ad instar puncti,[pax].i. tranquillitas mētis,seu quietatio eius i bono[patiętia]in aduersis,id est,equanimis perpessio contrariorū.[Longanimitas]spei,in prȩstolando bona diuinitus ꝓmissa, [bonitas]id est,beneuolentia,[benignitas]id est,'beneuolentię executio,seu largitio facultatum [māsuetudo] id est tractabilitas,iram repellens[fides] id est,fidei certitudo,siue fidelitas [modestia]id est moderatio in verbis & actibus[cōtinentia]id est refrenatio voluptatis luxuriosa[castitas]id est repressio uenereorū & concupiscentię sine impugnatione atq̄ labore. Continētia em̄, & Castitas quāuis circa idē versentur, nihilominus tñ distingūtur. Qm̄ cōtinēs sustinet concupiscentias fortes sed nō vincit. Castus vero nec sustinet eas,vnde nec su

Dno Cozidae pisa

Roma.5
1.Iohan.5

Opera spus ꝙ sint

Iob.2º
Lucę.2
Sapien.2
Roma.2

gaudm duplex

Ecc le.
Prouer.22
Iudith,13

Contmentie castitatis dria

peratur. Deniq; horum duodecim fructuũ spiritus ad quos alij fructus reducuntur distinctionẽ ac sufficientiam ponit sanct⁹ Tho. in prima secũdæ, hoc mod. Fructus distinguuntur secundũ variũ processum spiritus sancti in nobis. Primo em̃ mens ordinatur in seipsa per amorẽ, qui est radix omniũ affectionũ. Ideo prim⁹ fructus est charitas, sine qua nihil rationẽ fruct⁹ sortitur, & in qua spũs sanctus specialiter datur. ¶ Secundo ponit̃ gaudiũ, quod ex charitate ꝓducitur, quoniã amans habendo amatum in se, gaudet de eius præsentia, quã efficit charitas. Iuxta illud euãgelistę. Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. ¶ Tertius fructus est pax. Que est perfectio gaudij. Primo ꝓpter quietẽ ab exteriori perturbatione. Aliter nãq; nõ esset gaudium perfectũ. Secundo, ꝓpter interioris ac fluctuantis desiderij sedationem. Vnde per hæc tria bene se habet aĩa in bonis. In malis quoq; bene se habet dupliciter. Primo ne ex imminenti malo turbetur. Quod fit per patientiã, quę est quartus fructus. Secundo, ne ex dilatione boni sperati frangatur. Quod fit per longanimitatẽ, quæ est quintus fructus. Secundo bene disponitur homo ad id quod est iuxta se, scilicet ad suũ ꝓximũ. Primo, per voluntatẽ benefaciẽdi. Quod pertinet ad bonitatem, quæ est sextus fructus. Secundo per voluntatis istius executionem. Quod fit per benignitatem, quæ est septim⁹ fructus. Tertio, æquanimiter tolerando mala illata. Quod fit per mansuetudinem, quæ est fructus octauus. Quarto, ne ꝓximis fraude aut dolo noceamus. Qđ fit ꝑ fidẽ ꝓ fidelitate acceptã. Si vero fides sumatur pro certitudine fidei, quæ est virtus theologica, sic per eam bene disponitur homo ad id quod supra se est, & hoc est ad deũ, subdẽdo ei proprium intellectũ. Tertio insuper recte disponitur ad id quod infra se est. Primo, quãtum ad verba & actus. Quod est per modestiã, quę ponitur decim⁹ fructus. Secundo, quãtũ ad interiorẽ passionẽ seu cõcupiscentiã. Et ita ponũtur alij duo fructus, videlicet. Cõtinẽtia & Castitas, quorũ differẽtia posita est.

Roma, 14

Lucæ. 2.

Eccle. 1.
Hebr. 11

Prouer. 22.

Quoniã vero iuxta ꝓhabita, fructus nominat operatiõnẽ, Charitas, patiẽtia, mãsuetudo, &c. ꝓut fructus ponuntur, nõ accipiũtur ꝓ ipsis habitib⁹, sed habituũ actibus. Sciendũ quoq; quod fructus vocãtur nõ solũ act⁹ virtutũ delectabiles, sed etiã delectationes actibus virtuosis annexæ. Idcirco ꝑdicta omnia accipi possunt tã ꝓ actibus virtuosis, q̃ ꝓ delectationibus mundis. Iterũ aduertendũ, quod virtutes & dona cõueniunt in hoc, quod sunt habitus. Sed virtutes ꝓficiũt potẽtias animę. Dona vero ꝓficiũt ipsas virtutes. Simili mõ beatitudines & fruct⁹ conueniũt in hoc, quod sunt actus virtutũ seu donorũ. Sed beatitudo superaddit ad rationẽ fructus excellẽtiã quandã. Beatitudines nãq; sunt actus ꝑcipuarũ excellẽtiũq; virtutũ. Propter quod potiꝰ attribuunt donis q̃ virtutib⁹. Oẽs ergo beatitudies fructꝰ dici pñt, nõ autẽ ecõtrario. [Aduersus hmõi] fructꝰ spũs [nõ est lex] phibẽs eos, sed ꝓ eis est lex [Qui aũt sunt xp̃i] per fidẽ & charitatẽ perfectã. i. imitatores crucifixi, [carnẽ suã crucifixerũt]. i. spiritualiter mortificauerunt eã macerando, affligẽdo, domãdo [cũ vitijs] exterioribꝰ [& concupiscentijs] interioribus, tam vitia q̃ concupiscentias persequendo & occidendo. ¶ Consequẽter apostolus exhortationem cõuertit ad Galatas. [Si] (ꝓ quia) [spũ] i. rõnis iudicio, vel spũs sancti opatiõe [viuimꝰ] intra nos vita gr̃ę [spũ & ambulemus]. i. rõnis iudiciũ seu spũs sancti instinctũ sequamur, in cõuersatione exteriori & vita alijs exẽplari, vt luceat lux nr̃a corã hominib⁹, quatenꝰ videtes opa nr̃a hona ædificẽtur, & deũ glorificent. Verũtamẽ ne in hoc aliquo modo ꝓpriam gloriã intẽdam⁹, subiũgit. [Nõ efficiamur inanis gr̃ie cupidi]. i. nõ appetamus ab hominibus æstimari aut honorari [inuicẽ ꝓuocãtes] verbis vel signis [inuicẽ inuidẽtes.] Inuidia em quũ directe aduersẽ charitati, quę est aĩe vita, maxime phibẽ mors esse aĩe. Hinc est illud. Qui nõ diligit, manet ĩ morte. Oĩs qui odit fratrẽ suũ, homicida ẽ. Propterea dicit Saluator, In hoc cognoscẽt oẽs, qa discipli mei estis, si dilectõez habueritis adiuicẽ.

1. Cor. 12.

Virtutes & dona q̃ nemo q̃ & quomodo

Beatitudo & fructus q̃ sit bonum

1. Timo. 1.

Matth. 12. 6

FINIS EPISTO

Roma. 8.

Matth. 5.

¶Expositio Capituli. VI. Fratres, etsi prꝫoccupatus. Articulus. VI.

Ezech.33

HOrtatur demum Apostolus in huius capituli exordio prelatos & perfectiores, vt imperfectis & subditis pie condescẽdant atq; subueniant. Ait enim. [Fratres etsi prꝫoccupatus] id est, quãuis ꝑuentus seu cõprehensus fuerit homo ex subito motu passionis, infirmitate, seu ignorantia, in aliquo delicto ex huiusmodi causa exorto vos q spirituales estis, id est virtutibus exercitati, huiusmodi hominem [instrui te] id est ad viam veritatis reducite atq; corrigite i spiritu lenitatis, id est animo mansueto ac dulci, non impetuoso: aut grauiter indignãti [considerans teipsum, id ẽ proprie conditionis fragilitatem attendens, [ne & tu tẽteris] id est simili modo delinquas. Hoc est, Estote alijs misericordes & compatientes, vt & vos misericordiã consequamini, si culpam inciderit is. Etenim beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. Et benefacit animę suę homo misericors. Propterea quoq; & alibi dicit. Memento iudicij mei sic em erit & tuũ. Mihi heri, & tibi hodie. Mutat autem hoc loco apostol9 numerũ, sicut frequẽter fit in scripturis. [Alter alterius onera portate] id est defect9 vestros & infirmitates atq; peccata mutuo patienter sufferte, orando pro alterutro mutuo succurrendo verbis ac rebus. Vnde & alibi ait. Supportantes inuicẽ in charitate. Hoc verbo redarguũ tur cõplures qui in aliorũ defectib9 mox inflammãtur, & rigide quasi sub specie iusticiæ afficiũtur, Propriaue ro vicia non corrigunt, neq; ab alijs dure increpari dignãtur [& sic adimplebitis legem Christi] id est charitatis ꝑceptũ. De quo ait. Mandatũ nouũ do vobis, vt diligatis inuicẽ, sicut dilexi vos. Hæc itaq; agite, & nolite delicto ꝑoccupatũ dure corripere, quisex delibe ratiõe seu certa malicia peccãs sit dure corripiẽd9. [Nã si quis existimat se aliqd esse] a seipso, vel spũaliter, seu cõparatiõe sanctorũ [cũ nihil sit] a seipso: & quãtũ ad esse gratificũ spũale ac meritoriũ, seu cõparatione san-

Prouer.24. Matth.5

Ephes.4

ctorum. Nam etsi aliquid esset per gratiam tamen reputādo se tumide, perdit quod habuit. Iuxta quod dī. Sola supbia destruit omnia si comitet. Hinc ait Psalm. Substantia mea tanq̄ nihilū añ te. Item Salomon. Quid supbit, inq̄t, terra & cinis? [Ipse se seducit] .i. in falsitatem precipitat, & damnationem incurrit. [Opus autē suum probet vnusquisq̄] .i. totam vitā suam prudēter examinet, [& sic in semetipso tātum gloriam habebit] .i. de proprijs bonis seu conscientię suę testimonio exultabit si fuerit virtuosus. Non tamen finaliter aut principaliter in se, sed in domino. Iuxta illud. Qui gloriat, in domino glorietur. Vnde & dictū est. Gloria nostra hęc est testimonium conscientię nostrę [& non in altero] .i. de factis & meritis aliorū non presumet, neq̄ aliorum laude & adulatione lętabitur. Quis enim scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis? [Vnusquisq̄ enim onus suum] .i. causam quā cum districto iudice habet expedire seu conscientiæ suę grauamen, vel vitiorū suorum vltionē, vel actionū suarum manipulum [portabit] Opera enim illorū sequuntur illos. Porro prędicta iam verba Apostoli non secundum superficiem literalem, sed sapienter intelligenda sunt. Alias em̄ inuicē se cum pugnarent: Dixit nanq̄. Alter alterius onera portate. Nunc vero adiunxit. Vnusquisq̄ onus suū portabit. Quasi vn⁹ non sit portaturus on⁹ alteri⁹. Itē alibi dicit. Nemo glorietur in hoīb⁹. Et qui gloriatur, in domino glorietur. Nunc autē testatus est. In semetipso tantū gloriam habebit. Sed si sane intelligant & modus, ac ordo, atq̄ intentio quibus introducunt pensentur, nulla erit discordia [Communicet autem] .i. se conformet vt̄ subueniat [is qui catechizat] .i. instruitur [verbo] sapientiæ salutaris [ei qui se catechizat] .i. suo instructori [in omnibus bonis] operibus, non autem in vitijs. Vel, in omnibus bonis, id est, diuitijs seu facultatibus, vt ei in temporalibus administret, a quo spiritualia bona suscipit [Nolite errare,] a luce veritatis, & via iusticiæ, excusando vos a prædicta communicatione, vel aliorum præce-

ps.8. Eccl.10.

2.Cor.1

1.Cor.2.

Rom.14. 1.Cor.1.

1.Cor.9.

8. Cor. 5. ptorum executione, [Deus non irridetur] .i. non fallit. Ideo scit an excusatio sit cõdigna & verax. Qđ autem deus non irrideatur hinc constat [Quę autẽ seminauerit homo] .i. opera quæ in hac vita effecerit. Quæ ad futura prę̃mia comparantur, sicut semẽ ad fructũ, [hęc & metet] .i. horum fructum, seu mercedem recipiet: Iuxta illud. Anima eius in vita ipsi⁹ benedicẽt. Itẽ & illđ Ecce venio cito, & merces mea mecum est, dare vnicui q̃ iuxta opera sua. [Quoniam qui seminat in carne sua] .i. carnaliter viuit, impetum passionum sequendo [de carne] .i. pro vitijs carnis [metet] .i. recipiet [corruptionem] peccati ac mortis æternę [Qui autem seminat in spũ] .i. spiritualiter conuersatur, rationis sententiam, & charitatis instinctum semper sequendo, [de spũ] .i. p operibus spiritualibus, vel de spũ sancto, tanq̃ a remuneratore [metet vitam æternam] .i. cœlestem beatitudinem consequetur in prę̃mium [Bonũ aũt] .i. opus virtutis [facientes, non deficiamus]] .i. nequaquam cesse⁹m⁹, nec tepescamus. Non em̃ coronatur, nisi qui legitime certauerit. Et qui perseuerauerit in finem, saluus erit. [Tempore em̃ suo] .i. hora diuinæ retributionis. Videlicet cum ab omni culpa & pœna fuerimus absoluti, siue in hac vita, siue in purgatorio [metem⁹] .i. æternam gloriam recipiemus [non deficientes] .i. finem non habituri prę̃m̃ tanti, nec plus appetituri q̃ dabitur. [Ergo dum tempus] promerendi [habemus] .i. quamdiu durat hęc vita præsens [operemur bonũ ad omneis] .i. omnib⁹, quantum possibile est, benefaciamus (sicut generalis exigit charitas) corporalia seu spiritualia bona nostra eis communicando [Maxime autem] operemur bonum [ad domesticos fidei] .i. ecclesiæ filios veros Christianos, q̃bus alibi dicit Aps. Iã non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorũ & domestici dei. Qui ergo nobis magis cõiuncti sunt, his magis benefacere obligamur. Charitas nãq̃ est ordiata. Propter qđ rursus alibi q̃q̃ ait. Si q̃s, iquies, suorũ, & maxie domesticorũ, curã nõ habet, fidẽ negauit, & ẽ infideli dete-

2. Tim. 2. Mat. 10.

Eccl. 9

1. Tim. 5

rior. [Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu] .i. considerate quali sermone ego p̄sentē epistolā dicta- ui, & manu ꝓpria scripsi, ne qs vos decipiat, dicendo epistolam hanc nō esse missam a me, vel simili stilo vo Col. 3. bis scribendo. [Quicūq; em̄ volunt placere] sibi ꝑsis [in carne] vestra. i. pręputij vestri circumcisione. Vel q̄ volunt placere Iudęis incredulis in carne. i. incarnalib⁹ obseruantijs [Hi cogunt] .i. vehementer & importunę querunt & excitant [vos circūcidi] in corpore [tm̄ .i. p̄ sertim ad hoc [vt p̄secutionem crucis Christi] .i. p̄secu tionem ꝓ fide & passione saluatoris [nō patiātur] a Iu- dęis, q̄ eos p̄sequebantur q̄ cessationem legalium do- cuerunt. Pseudo em̄ apostoli legalia simul cum euange lio prædicauerunt, ne a Iudęis infidelibus paterent̄ mo Act. 11. 15 lestias. [Neque em̄ q̄ circumciduntur] carnaliter [legē Mat. 24. custodiunt] spiritualiter neq; pręceptis legis moralibus vere obtemperant [sed volunt vos circumcidi, vt i car ne vestra] .i. de vestri circumcisione carnali [glorientur inaniter, quasi voluntatis suæ effectum in vobis ade- pti. [Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini n̄ri Iesu Christi] .i. in cōtēplatione filij dei crucifixi, & be- neficiorum ipsius, videlicet in cōsideratione passionis, charitatis, & obedientiæ Christi. Per hoc tamen nō ex- cluditur gloriatio in diuinitate, & excellentia saluatoris quoniam gloriatio crucis Christi, ordinatur ad illam sicut ad vltimum finem. Vnde & illa datur in ista intelligenda. Absit itaque a me gloriari in circumcisi Roma. 1. one, in cæremonialibus legis in rebus caducis & vanis Sed hæc sit gloriatio mea, i Christi passione occupari, eius beneficia meditari, ipsius vestigia sequi. Per quem Chr̄m .i. per cuius gratiā, passionē, & imitationē [mihi mūd⁹ crucifixus est] .i. mortuus. Vt puta tā hoies sæcu lares, quā cōcupiscentię atq; diuitię sæculi hui⁹, ita vt talia mihi non sapiāt, nō delectēt, nō viuāt, nec me sibi cōiūgāt inordīato affectu, [& egomūdo] p̄ Chr̄m cru cifix⁹. i. mortu⁹ sū, ita vt mūdo nō placeā, nō viuā ne- q; cōmunicē. Iuxta illud. Q̄m ꝓpter te mortificamur p̄s. 4.

tota die. ¶ Denique ideo absit mihi gloriari nisi in cruce Christi. [In Chro enim Iesu neque circumcisio aliquid valet] ad veram salutem [neque præputiū], i. ritus gentilitatis [sed noua creatura], i. spiritualis regeneratio ex aqua & spū, seu vita recens per gratię quotidianā innouationem. [Et quicūque hāc regulam] id est, gloriatiōis huiꝰ rectitudinem atque mensurā [sequuti fuerint pax] interna, id est, tranquillitas cordis sit [super illos & misericordia], i. peccatorum remissio [& super Israel dei], i. super electos iudęos, legalia successiue deserentes, & fidem catholicam amplectentes, sit pax ista & misericordia. [De cætero nemo mihi molestus sit] docendo, aut mihi imponendo obseruationem legaliū. Vel ad delectamenta præsentis vitę me exhortando. [Ego enim stigmata Iesu], i. signa vulnerum, & similitudinem pœnarum Chri [in corpore meo porto] baiulando crucē meam indesinenter, & Chrm sequendo, eiusque passiōi me pro viribus conformando. [Gratia dñi nostri Iesu Chri] sit [cum spū vestro], i. in anima vestra. O [fratres Amen]. Hęc est gratia gratū faciens quæ a tota trinitate infunditur, q̄uis interim etiam vnicuique diuinę personę attribuatur. Tota em̄ superbeatissima trinitas inseparabiliter operatur ad externa. Quę est sup oīa deus sublimis & benedictus, Amen.

Ioa. 14

Mat. 16. Luc. 9.

IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

Mat. 7.

OMnis qui audit verba dei, & facit ea: assimilabitur viro sapienti qui ædificauit domum suā supra petram. Merito diuina scriptura multipliciter eos cōmendat, qui in semitis mandatorū cœlestium stabiliter atque ardenter p̄sistūt, tentationibus efficaciter resistentes, cunctasque persecutiones pro amore iusticię fortiter sustinentes. Non enim minoris laboris ac laudis est in bono cœpto perseuerare, quā illud inchoare. De horū numero fuerunt Ephesiī (ab Asia mi-

noti Asiani vocati) qbus Apostolus iã nũc declarãdã scribit epistolã. Scribit autẽ ex Roma in carcere positus per Tyticũ dyaconum. Porro Ephesñ non a Paulo cõ uersi ad fidem, sed in bonis ab ipso confirmati fuerunt. Et quia in fide & sanctis operibus permanserunt stabiliter, falsilq; doctoribus spretis euangelicę sapientię adheserunt, ideo non increpatoriam, sed cõmendatoriam ac consolatoriam eis scribit epłam, prouocans eos ad meliora, & ad gratias domino referendas eos iducẽs, p cipue docens omnẽ virtutẽ perfectionẽq; nostrã diuinę pietati ac gratię ascribendam. Eti ipso epistolæ exordio solito more procedit.

Expositio primi cap. estistolę ad Ephesios.

Articulus .I.

PAVLVS Apostolus Christi IESV per uolũtatem dei [id est, a diuina uolũtate ad apostolatum efficienter promotus, scribit [sanctis omnibus] id est, firmis & dignis Christi fidelibus [qui sunt Ephesi] id est, in urbe sic dicta commorantur [&] (pro id est) [fideli bus] qui sunt [in Iesu Christo] per fidẽ & charitatẽ, si cut membra in capite. Vel per sanctos, intelligit præla tos & perfectiores. Per fideles uero imperfectiores ac subditos. [Gratia uobis] detur & pax a deo patre nr̃o, & domio Iesu Christo. ¶ Salutatione prę missa a grati arum actione orditur, & ait: [Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi] Omnia hęc iam prædicta uerba in prędcedentium exordiis epistolarum scripta at q; exposita sunt. Idcirco petranseo [Qui] deus, & pater noster benedixit nos, id est, benedictos & gratiosos nos fecit, dando nobis munera cœlestium gratiarum, sicut subiungitur [in omni benedictione spiritali] id est, in omni dono gratię liberaliter dato, nostroq; cordi infuso, ita ut benedictio ista sit causa formalis, per quam a deo effectiue benedicti sumus. Frequenter autem accipitur in scripturis benedictio pro dono liberali. Sicut cum Abygael ait ad Dauid: Accipe benedictionẽ

Rom.1 Gala.2. 1.Cor.1.

ps.66. Gala.3 Eph..

1.Reg.25. quam attulit famula tua. Benedixit itaq; nos omni be-
nedictione saltem in genere. Et hoc [in cœlestibus] bonis
Phil.3. seu gratijs. Vel ad hoc, vt ad cœlestia regna perueniamus. Vel omni benedictione habenda perfecte in cœlestibus mansionibus [in Christo Iesu] .i. merito Christi, siue per Christum tanquam per mediatorẽ [sicut elegit nos] præ alijs multis seu reprobis ad æternam beatitudinem præordinauit [in ipso] .i. in Christo. Ita vt pater & Christus (seu filius) immo & cum eis spiritussanct9
Io.13. sint vnus electo, sicut vnus creator. Vnde Christ9 te-
Io.15. statur. Ego scio q̃s elegerim, & rursus. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Elegit ergo nos in ipso [ante mundi constitutionem] .i. ab æterno, quæ electio ex dilectione p̃cessit. Potest quoq; sic accipi. Vt pater dica
1.Io.4. tur nos elegisse in Christo ante mundi constitutionem, qm̃ ab æterno disposuit per Christi incarnationem ac passionem impendere nobis suæ ẽternæ electionis effectum. i. verã salutem [vt essemus sancti] .i. puri in aia [& immaculati] in opere [in conspectu eius] .i. coram deo, videlicet vere, seu diuino iudicio, non tantum hũa-
Inf.cap.3. no [in charitate] quę est vita, decorq; aiæ. i. p̃ actũ charitatis interiorem, sine quo nihil est meritorium. Vnde p̃ charitatẽ efficimur sancti in affectu, & immaculati in effectu [Qui] pater [p̃destinauit] .i. ad vitã æternam in sua dispositione præmisit seu p̃ordinauit [nos in ado-
Rom.8. ptionem filiorum] id est, ad hoc vt bona gratię quæ fi-
Gal.3 lijs adoptiuis præstantur nobis donẽtur. Q̃d autem subiungitur. [Per Iesum Christum] referri potest vel ad ỹ bũ prędestinauit, vel ad nomen filiorum, quia per filiũ dicimur prędestinati sicut electi. Per filium q̃q; adoptiofilialis nobis confertur. D edit enim nobis potestatẽ filios dei fieri. Sic autẽ p̃destinauit nos [ĩ ipm] .i. ad imitationẽ filiationis naturalis, quę cõuenit xpo, cuius similitudo est filiatio adoptiua. Vel in ipm. i. vt veniamus ad gloriam Christi, & eius efficiamur cohæredes.
Rom 8.c.1. Prędestinauit insup [secũm propositum] .i. ẽternum decretum [voluntatis suę] qua oia liberrime agit. i. secun-

dum voluntatem suam diuinam, omnia iuste agentem ac proponentem, quæ vtique est prima causa p̄destinationis [in laudem gloriæ gratię suę].i.vt laudemus magnificentiam gratię suę gratum facientis, per quam ad optio filiorum dei nunc inchoatur quę in patria per lumen glorię cōsummatur, [In qua] gratia gratum faciē te.i.per quam formaliter [gratificauit].i.sibi acceptos ac gratos [nos] fecit [in dilecto filio suo].i.per Christū mediatorē dei & hominum.scilicet merito Chri & per Ho.3. omnia quę Christus pro nostra salute assumpsit, fecit, ac pertulit. [In quo] filio dei dilecto [habemus redemptionem] a iure & iugo diaboli [p̄ sanguinem eius] id ē merito effusionis p̄tiosissimi sanguinis. Iuxta illd. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sāguine suo Ideo subditur [remissionem peccatorū].i. redēptio ista est vitiorū nostrorū solutio. Quę facta est [secundū diuitias.i.plenitudinē [gratiæ eius videlicet Chri, q̄ gratiose & pie nos liberauit. Vnde per euāgelistam dicitur. Gratia & veritas per Iesun Christū facta est. Et, de plenitudine eius accipimus omnes, gram pro gratia. [Quę Rom.8 gratia [superabundauit in nobis] apostolis, id est copio- Finis. sissima nobis infusa est, quippe qui primitias spiritussācti accepimus [in omni sapientia].i.diuinorum notitia, Luc.28 omni, quantum ad sacram spectat scripturam, quam plene cognoscimus [& prudentia], id est, temporaliū & humanarum rerum agnitione. Hec enim nobis per gratiam spiritussancti collata sunt [vt notum faceret nobis sacramentum].i.secretum [voluntatis suæ] seu voluntatem suam secretam, alijs occultatam, vel incarnationis Chri mysterium, seu diuinæ mentis cōsilium circa humani gnis redēptionē [secundū bonū placitum eius].i.secūdū q̄d sibi pie cōplacuit [q̄d ꝓposuit in eo].i.cui9 placiti executionē cōstituit & ipleuit in Christo. Quid aūt, & q̄n fctm sit hoc subditur [in dispēsatione plenitudinis tporū].i.aduenīēte tpe diuinit9 ꝓordiato & dispēsatio videlicet tpe gratiæ. De q̄ alibi dr. Ecce iam venit plenitudo tēporis [instaurare omnia in

Christo].i.per Christi mysteria reformare[quæ in cœlis]
.i.ordines angelorum,supplendo ruinas eorũ,[& quę
in terra sunt].i.genus humanum[in ipso] .i.eos qui in
Col.1. Christo electi sunt,qui soli effectum diuinę liberationis
finaliter sortiuntur.[In quo].i.per quem Christum[&
nos]apostoli,sicut & cęteri electi [sorte] .i.diuina ele-
ctione[vocati sumus]ad fidē & gratiā salutarem.Di-
citur autem sors,diuina electio:quia vtrũq; est dei, nō
hominis:& sicut electio nō accipit personā,ita nec sors
Propter quod ait scriptura:Sortes mittuntur in sinum,
& a domino temperantur[prædestinati].i.ad æternam
beatitudinem p̄ordinati [secundum propositum eius]
.i.secundum æternam incommutabilis eius decreti di-
spositionem[q̄ omnia operatur] per seipsum,vel cau-
sas secundas[secundum consilium voluntatis suę].i.se
cundum certissimam rationem suę voluntati consonam
atq; placentem.Nil enim operatur ad extra de necessi
tate aut casu,sed sapienter ac libere vniuersa producit.
p̄s.103. Iuxta illud:Omnia in sapientia fecisti.Et oīa quęcunq;
voluit dominus fecit[vt sim⁹ in laudē glorię eius],id
est,in nobis deus glorificetur,q̄ tātam gratiā nobis sine
meritis nostris ineffabili pietate largitus est,ex cui⁹ be-
Gal.4. neficij consideratione nosipsi,alijq; fideles in laudē &
gloriā dei erumpere debemus[nos qui ante sperauim⁹
in Christo].i.nos apostoli,qui ante eos qui per nostram
Io.17. prędicationem conuersi sunt,Christo,per fidē & spem
inhęsimus[In quo Christo,id est,cuius ordinatione &
adiutorio[& vos]Ephesij[cum audissetis]non solum
auribus corporis,sed etiam cordis[verbum veritatis]s.
[euangelium salutis vestrę]id est doctrinam Christi an
nunciantem hominum liberationem,in cuius doctrinę
obseruatione salus vestra consistit[In quo & credētes]
.i.cui euangelio fidem adhibentes [signati estis]id est
inter electos computati, & a peruersis dilūcti certis di-
uinę prędestinationis indicijs,quorum vnum est illud:
Ioan.octauo.Qui ex deo est verba dei audit. Et:Beati
qui audiunt verbum dei & custodiūt illud[spiritu pro-

missionis sancto] id est, virtute & operatione spiritus sancti electis promissi, iuxta illud Lu. vltimo, Ego mittam ꝓmissum patris mei in vos. Vel: Spiritus sanctus dicitur spiritus promissionis, quia promittit vitā ęternam [qui] spiritus sanctꝰ [est pignus hereditatis nostrę] id est arra futurę felicitatis. Quia per eius inhabitationē inspirationem, consolationem, ac cętera dona certificamur de beatitudine subsequēte, Ex perceptione quippe presentium munerum, certa fit expectatio futurorum. Dicitur ergo spiritus sanctus pignus hęreditatis quam habituri sumus ī patria, quia per modum pignoris interim nobis confertur. Pignus enim est loco rei nō habitę estq; eiusdem valoris cum ea. Deus autē est nostra felicitas atq; hereditas obiectalis, quāuis fruitio dei sit hereditas nostra felicitasq; formalis. Hanc autē hęreditatēnondum habemus ī re, sed spiritus sanctus quē interim habemus per suā gratiosam inhabitationē, est eiusdem valoris cum ea, imo ipse realiter idem cum ea est, sed diuerso habetur modo ī via, & ī patria, ideo modo vocatur pignus: in patria autem vocatur hęreditas. Verūtamen (vt ī glosa quoq; Augustini testantē citata verba) cōuenientius dicitur spiritus sanctus arra, q̄ pignꝰ, quoniam pignus aufertur cū ꝓmissum vel debitū soluitur. Arra vero cū sit pars precij non aufertur, sed cōpletur cū solutio agitur. Qm̄ ergo ī perceptione futurę atq; cœlestis hęreditatis spiritus sanctus nō aufertur electis sed plenius datur, idcirco aptius nuncupatur arra q̄ pignus. Nihilominus quoniā spiritus sanctus dr̄ nobis dari per dona sua, id est ꝓpter hoc quod bona sua nobis præstantē & aliqua dona sua ꝓpter imperfectionem inclusam nō manent ī patria, vt fides & spes. Ideo quātum ad hæc dona spiritus sanctus rationē pignoris habet. Sic em̄ aufertur quātū ad modum, venientibus dotibus quę fidei & spei succedunt. Quantum vero ad dona quę manent & perficiuntur ī patria: qualia sunt, charitas, sapientia: timor filialis, spiritꝰ sanctꝰ ꝓprie dictus est arra [in redēptionē acquisitionis], i. in liberatio

Roma. 8

Gregorius

Esaię. 9
Iohan. 14

nem ſaluificam, per quā adipiſcimur vitam ęternam, videlicet vt a iugo peccati, dęmonūq; per gratiā ſpiritus ſancti erepti, ſalutem acquiramus perpetuā. De qua ait Petrus, Vos genus electū, gens ſancta, populꝰ acquiſitionis [i laudē gloriæ eius]. i. ad pręconiū diuinę beatitudinis ac maieſtatis, puta ad hoc vt diuinę naturę beatitudinem ac maieſtatē grata mente laudemus. Omnia enī ꝓpter ſeipſum operatus eſt dominus. Deniq;. Litera iſta quātū ad tenorem verborū nō nihil truncata eſt, vnde ſupplere oportet, Vt cum dicitur. In quo & credentes, fiat puncti diſtinctio, ſicq; facile elicitur ſenſus perfectus. ¶ Et quia bonus ꝑlatus, imo & quilibet ꝓximus de ſalute alterius ex vera charitate lętari, & domino gratias agere debet, ſubiecit Apoſtolus. [Propterea & ego audiens] a narrantibus: vel etiā ab interna loquutione ſpiritus ſancti [fidē veſtrā quę eſt i Chriſto Ieſu] id eſt puram, ſanctam, chriſtianam atq; catholicam [& dilectionem] habitualem & actualem, quam oſtenditis [in omnes ſanctos] id eſt, in vniuerſos veraciter chriſtianos, quibus in ſpiritualibus ac temporalibus benefacitis prout caſus occurrit, facultaſq; ſuppetit [non ceſſo] cō gruentibus horis [gratias agens deo pro vobis] id eſt, ꝓpter beneficia vobis impenſa [memoriā veſtri faciēs] id eſt, veſtri recordans [in orationibꝰ meis [quibus pro veſtro profectu oro [vt deus domini noſtri Ieſu Chriſti] id eſt, verus deus, qui eſt deus Chriſti prout homo. Sic enim quælibet diuina perſona, totaque ſimul ſuperbeatiſſima trinitas deus eſt Chriſti. Qui deus eſt [pater gloriæ] id eſt, fons & origo omnis ſanctę leticię. Vel, pater gloriæ, id eſt, maieſtatis altiſſimę [det vobis ſpiritum] id eſt, donum [ſapientię] quę eſt vnum ac ſummū ſeptem donorum ſpiritus ſancti. Vel ſpiritū ſapientiæ, id eſt ſpiritum ſanctum datorem ſapientiæ habitualis [& reuelationis] actualis. i. illuminationis ex habitu ſaprentię & monitione ſpiritus ſancti ꝓcedentis. Nō enī ſufficit nobis gratia aut ſapientia habitualis, ſed requiritur inſuper actualis motio ſpiritꝰ ſancti excitantis habi-

Lucę. 15.

Iohan. 13

Roma. 1.

Hebræ. 1.

Danie. 2.

tum ipsum in actum, cuius motione efficitur anima cito capax per habitualia septem dona spiritus sancti, quem admodum capax est motionis propriæ rationis per habit⁹ virtutū. Det ita q̄ vobis spiritū sapientiæ [ī agnitione eius], i. ad contemplandum deum, quod est [illumina tos habere oculos cordis vestri], i. habere intellectū speculatiuum ac practicum diuinitus illustratum [vt sciatis] & sciendo iuste viuatis. Sciatis inquā [quæ sit spes vocationis vestræ]. i. bonum speratum siue fœlicitas ad quam diuinitus inuitamur, [& quę diuitiæ,]. i. spiritua les opulentiæ seu plenitudines copioseę [glorię hereditatis eius], id est, glorioseę fœlicitatis dei, quam exhibet [ī sanctis] in patria. Beatitudo enim, est status omnium bonorum aggregatione perfectus, iuxta BOETIVM. Vnde quamuis beatitudo dei in seipso sit simplicissima, beatitudo quoque quam electis infundit, secundum suam essentiam simplex sit, scilicet visio dei quæ est tota merces: dicimus tamen secundum nostræ ī telligentię modum, quod ī deo sit omnium bonorum copiosissima opulentia atq; ditissima plenitudo. Beatitudini autem creaturę quę communicatur beatis, multa iunguntur perficientia eā, videlicet dilectio, delectatio &c. quædicuntur diuitiæ gloriosæ hæreditatis seu beatitudinis nobis p̄missę. Orat ergo apostolus vt beatitudinis huius diuitias magis p̄fecte cognoscant. ¶ Sciatis p̄terea [& q̄ sit superemin̄ens magnitudo]. i. īcōparabilis sublimitas, sūma q̄ gratia [virtutis ei⁹ in nos], i. diuinę potestatis gratiam tantā cordibus nostris infudentis [q credidimus] in Christum atque primitias spiritus sancti recepimus [secundum operationem potentię virtutis eius], id est, secuudum efficatiam eius diuinæ potentiæ. Quæ virtus vocatur, cum sit potestas consummata atq; perfecta. Realiter tamen idem sunt, p̄sertim in deo, potentia actiua & virtus, quāuis potētia secundū quosdam, dicat potentiam absolute, virtus autē complementum potentię [quā] virtutem [operatus est]. i. operando monstrauit [in xp̄o] mortuo ac sepulto [suscitans illum

Rom. 2

2. Cor. 4.

Boetius.

Sap. 13.

Phil. 3.

[a mortis] tertio die, [& constituens] .i. firmiter ponēs
Marci.vlt. eum [ad dexteram suam] .i. in potioribꝰ bonis suis, vide
licet in sūmo honore, dignitate & gloria [in cœlestibꝰ]
.i. in cœlo empyreo [supra omnem principatū] .i. an-
gelos de sūmo, seu tertio, choro infimę hierarchię [&
potestatem], i. angelos de infimo choro secundę hier-
archię. [& virtutem]. i. angelos de medio choro eiusdē
hierarchię [& dominationē]. i. angelos de sūmo or-
dine hierarchię secūdę. In hac authoritate fundat se be
atissimus theologorū princeps Dionysius, ponens pri
cipatus in infima hierarchia. Constituit quoq; eum die
ascensionis, quoad naturam assumptā [&] supra [omne
nomē]. i. vltra omne ens nominatū aut noīabile [qđ no
Hebr,1. minatur]. i. exprimitur scīt vel esse perhibetur [non so-
Act.4. lum in hoc sæculo] variabili, [sed etiam in futuro] .i. in
patria nominabitur aut scīet. i. vltra omnē creaturā ter-
restrem & cælestem, corporalē ac spiritualem, sublima-
uit Christum, quoad humanitem assumptam, imo sola
humanitas Christi propter vnionem suam personalem
cum verbo, prestantior est toto vniuerso simul accepto
[Et omnia subiecit sub pedibus eius]. i. vniuersa creata
Christi potestati atq; imperio, imo & inferiori eius natu
Lucæ.19. rę (quę nomine pedum intelligi potest) deus pater ple-
Col.2 nissime subdidit. Vnde ipse ait: data est mihi omnis po
testas in cælo et in terra. Et ipm [Chīm] deus pater [de
dit]. i. constituit [caput]. i. principalem [supra omnem
ecclesiam] militantē, ac triumphantem [quę est corpus
ipsius] Chī mysticū, qm vnitur ei vtcapiti per cōmu-
nionem naturę, participationēq; gratię. Est quoq; eccle
sia [plenitudo eius] videlicet Christi, vel quia ab ipso
donis gratiæ adimpletur, vel quiafacit adhocvt Chri-
stus omnia membra sua mystica, habere dicatur [qui]
existens scđm diuinitatis naturam [omnia in omnibus]
nō essentialiter aut formaliter, sed causaliter ac supemi-
nenter, vt dictum est plenius, adimplet q̄tum ad mysti
cū corpꝰ suum, q̄is in seipso non perficiat nec crescat.

¶ Aduertendum interea, quod Christus dicitur caput

ecclesiæ, ad similitudinem capitis naturalis. Sicut enim in capite naturali sunt tria, videlicet ordo, quoniam caput est prima atq; superior pars hominis. Perfectio, qa in capite vigent omnes sensus. Virtus, quoniã motus & gubernatio omnium membrorũ dependent a vi sensitiua ac motiua, quę dominatur ĩ capite. Sic Christꝰ prior & altior est alĩs, ꝓpter gratię suę eminentiam, & in ipo sunt omnes sensus spũales. Ipse quoq; omnibꝰ influere potest spiritualẽ sensum & gratię motum. Est aut ẽ xps secundũ vtranq; suam naturam caput totius ecclesiæ, I.Cor.11 sed secundum diuinam naturam influit authoritatiue, estq; caput iure creationis atq; excellẽtissimę gubernationis. Secundũ humanitatẽ vero influit instrumentaliter. Hebr.13 Secundũ quã etiã deus est caput Christi. Nec hominum tantũ, sed & angelorũ quoq; Christus, vt homo, caput censetur. Quẽadmodũ em̃ angelorũ & hominũ vnus est vltimus finis atq; felicitas, scilicet visio dei ꝑ speciem, sic vna est eorum ecclesia. Multitudo nãq; electorũ actibus officiis̃q; distincta, mysticum Christi corpus vocatur. Qm̃ igitur Christus etiã vt homo ꝓpter ꝓpinquitatẽ suam ad verbum, influentiã habeat in summos ordines angelorũ, & cęteros vniuersos, eos purgando, illuminando, & perficiendo (secundum magni Dionysĩ documẽta) constat quod sit eorũ caput xps. Coloss.1 Iam enim inductũ est, quod deus constituit eum super omnem principatũ & potestatem, &c. Alibi quoq; ab eodẽ apostolo de ipso asseritur, quod est caput omnis principatus & potestatis. ¶Postremo sciendũ. Quod Christus est caput omnium, non æqualiter, sed ordine quodã. Primo em̃: & principaliter est caput beatorum qui ei vniũtur per gloriã fruitionis. Secũdo eorũ qui ei vniũtur per charitatẽ viæ. Tertio autem illorũ qui sola fide ei iungũtur. Quarto vero eorũ qui vniũtur ei ꝑ potentiam ad actum reducendã. Quinto (& maxime improprie) eorum qui vniũtur ei per potentiã nunquam ad actũ reducẽdam, dãnatorũ vero Christus caput nõ est, sed existẽtiũ ĩ purgatorio caput veraciter appellat.

¶Elucidatio. Cap. II. videlicet. Et vos cum essetis mortui. Articu. 11.

INtendens autem apostolus Ephesios ad gratiarum actionem inducere, & gratiam dei cõmendare, cõmemorat quales. i. q̃ vitiosi ac miseri, ex semetipsis fuerũt, & quales per misericordiã & gratiã Christi effecti sint. [¶Et vos] ephesiũ [cũ essetis mortui] spiritui [in delictis] omissionis [& peccatis] cõmissiõis. De sic mortuis ait in euangelio dominus. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos [in quibus] vitiis [aliquando] scilicet dum nõdum credidistis in Christum [ambulastis] iniuste viuẽdo [secundũ sęculũ]. i. conuersationẽ seu vitia [mundi huius] qui totus in maligno positus est id est hominum mundanorũ. Nec solum secundũ sæculum, sed & [secundum principem potestatis aeris huius] .i. secundum suggestiones diaboli, qui potestatẽ suã exercet, & habitat in aere caliginoso, qui princeps hominum impiorum est [spiritus] malignus [qui nunc operatur in filios diffidentiæ]. i. desperantes, incredulos & indurtos seducit ac possidet. Sequũtur enim pene in omnib⁹ diabolicũ instinctum. [In quibus] delictis atq; peccatis quãtum ad genus eorum [& nos omnes] iudęi, sicut & gentes [aliquando conuersati sumus] antequã gratiã Christi susciperemus [in desideriis carnis nostrę] id est carnalibus concupiscentiis consentiendo [facientes]. i. actu implentes [voluntatem carnis & cogitationum] inclinationes sensualitatis, & cogitationum prauarum, seu ea in quibus caro delectatur, vel cogitatio inaniter occupatur & gloriatur. [Et eramus natura]. i. naturali propagatione ab Adam traducta, secundũ illud, Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum [filii irę]. i. digni vindicta & pena, ppter originale peccatũ, cui debebat pœna dãni, nõ pœna sensus, i posteris [sicut & cæteri] impii sunt. [Deus autem qui diues]. i. copiosus [est in misericordia]. Nam in seipso immensam habet clementiam, & effectus diuinæ pietatis ineffabiles sunt. Iuxta illud, Miserationes eius super omnia opera eius [ppter

Psalmi. 33
Matth. 8
Lucæ. 9

Roma. 13
Roma. 8

Psalm. 50

himiam charitatẽ ſuam] id eſt, vehementẽ dilectionem [qua dilexit nos] De qua dilectione legitur. Sic deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret, [cum eſſem⁹ mortui peccato] originali, ac perſonali, ſeu actuali [conuiuificauit nos Chriſto,] id eſt, ſimul cũ Chriſto, immo & per Chriſti incarnationem ac paſſionem viuificauit nos liberando a morte culpæ, & influendo vitã gratię, daturus demum vitam glorię [cuius gratia] id ẽ gratuita pietate, dono ac merito [eſtis ſaluati] nõ, ꝓpr̃is meritis. [Et conreſuſcitauit] id eſt cum Chriſto & per Chriſti reſuſcitationẽ reſuſcitauit nos a morte, nunc in ſpe, quod i die iudicij fiet i re. Capitis enim præceſſio, ſpes membrorum eſt [& conſedere fecit in cœleſtibus, [in Chriſto Ieſu] id eſt per fidẽ, gratiam, & meritum Chriſti iam prꝑauit nobis locum beatę quietis in cœleſtibus manſionibus, nunc enim conſedere nos fecit in ſpe. Vnde & Chriſtus ait, Ego diſpono vobis regnum vt edatis & bibatis ſuper menſam meam, & ſedeatis ſuper thronos. Et rurſus alibi, Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, [vt oſtenderet in ſæculis ſuperuenientibus,] id eſt in futuris generationibus, vel in die iudicij] abundantes diuitias gratię ſuæ,] id eſt, copioſa munera cœleſtium gratiarum, ſeu gratiæ habituales ex qua omnia alia dona gratifica aliquo modo depẽdent Hæ autem diuitiæ non ſunt niſi ſublimia dona ſpiritus ſancti nobis collata [in bonitate] Dei extenta [ſuper nos,] id eſt, ex diuina pietate nos miſericorditer aſpiciente [in Chriſto Ieſu,] id eſt, per Chriſtum, & eius ſacra myſteria. [Gratia enim, id eſt, gratuita dei pietate, qui omneis homines vult ſaluos fieri. Vel, gratia, habituali omne meritum veſtrum prævenientes. Vel, gratia, id eſt, gratioſo merito Chriſti [eſtis ſaluati,] a poteſtate diabolj, & ſeruitute peccati, cęteriſq; animarum periculis (quantum eſt ex parte dei ſaluãtis) [per fidem.] Sine qua impoſſibile eſt deo placere, & ſine qua nulla actio meritoria eſt, per quam etiam meritum CHRISTI nobis applicatur. [Et hoc non

Ozeæ. 6 Pſal. 65

Roma. 8 Iohan. 12

Apoca. 3 Iohan. 10

1. Cor. 15. Roma. 3

Phil.i. ex vobis]id est non ꝓpria virtute estis saluati.[Dei em
Roma.xi donum est,]saluatio vestri,seu fides.Et hoc[nō ex ope
ribus]id est nō vestris meritis saluationem aut fidē me
ruistis, sed deus misericorditer vos ꝑuenit[vt ne quis
glorietur]id est ne aliquis se ꝓprijs viribus iactet salua
tum,sicq; in seipso,non in domino glorietur. Et meri
to nemo in se gloriari debet.[Ipsius em̄]dei [sum⁹ fa
ctura],i.creati a deo, quātū ad esse naturale, [creati]
quātum ad esse gratię recreati ac regenerati[ī Christo
Iesu]i.in sacramentis & fide Christi. Sacramenta enim
Christi gratiā confe runt,& spiritualiter creāt. De qua
creatione ait P salmista, Cor mundum crea in me deus.
Iaco.ñ. Creati inquā[in operibus bonis].i.per opera bona vir
tuosa ac meritoria ad perfectā regenerationem,& spiri
tualē existentiam ducti. Quāuis enim per fidem & gra
tiam renascamur & iustificemur,oportet tamen vt tem
pore opportuno fides per dilectionē operetur, quoniā
fides sine operibus mortua est.[quę]opera bona[præ
parauit deus].i.in sua prędestinatione nobis dare dispo
suit. Omnia enim opera nostra operatur in nobis[vt in
illis ambulemus].i.cōuersemur,procedendo de via ad
patriam per semitā mandatorū [Propter quod] i.q m̄
Roma.g tantam misericordiam consecuti estis, idcir cov gratio
res fitis domino deo [memores estote,quod aliquādo]
antequā conuertere mini ad Christum [vos gentes era
tis]id est gentiliter & infideliter cōuersantes[in carne]
Col,ñ. id est in peccatis carnalib⁹. Sic accipitur caro ad Roma,
vbi dicitur. Vos autem in carne non estis[qui dicebami
ni præputium]id est immundi & incircuncisi vocabimi
ni,tanquam habentes præputiū [ab ea quæ dicitur cir
cuncisio].i.a populo iudeorū circūciso. Vel distincti a
populo isto. Circuncisio enim est signū distinguens iu
dæos a gentibus[in carne manufacta].i.,circuncisio ista
in membro corporis,ministerio manuū fiebat[qui era
tis in tempore illo sine Christo].i.sine fide,charitate &
gratia xp̄i,quāuis sine xp̄o,put deus est,nihil possit in
momēto subsistere [alienati a cōuersatiōe israel].i.a cul

tu diuino, qui tunc in solo Israelitico populo viguit [& hospites testamentorū] .i. extranei a veteri testamento. Deut.7. Io.4.

Quod pluraliter testamenta vocatur propter diuersitatem promissorum suorū [spem ꝓmissionis] .i. ęternę felicitatis nobis promissę [nō habentes & sine deo] vero .i. sine gratia atq; notitia dei [in hoc mundo. Nunc aūt] .i. hoc tempore vestrę conuersionis, seu euangelicę legis [in Christo Iesu] .i. per dominum saluatorem, [Vos qui aliquando eratis longe] a deo, non loco, sed dissimilitudine, quam efficit culpa. Iuxta illud prophetæ. Iniquitates vestrę diuiserunt inter deum vestrum & vos & peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis [facti estis prope] .i. deo per charitatem vniti estis [in sanguine eius] .i. per precioſi sanguinis Christi effusionem [Ipse enim] Christus [est pax nostra,] effectiue non formaliter, .i. pacificator noster. Nam pacem fecit iter deū & homines. Homines quoq; per diuersas leges diuisos pacificauit, immo homines & angelos optime pacificat se cognoscitur [qui fecit vtraq;] .i. duos populos, s. Iudęos & gentiles [vnum] in fide ac dilectione. Hinc est quod ait ipse. Pater sancte serua eos in nomine tuo q̄s dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Christus quippe est lapis angularis, in quo duo populi concurrerunt & adunati sunt. Ita vt ex Iudęis gentibusq; cōuersis cōstet vna ecclesia. Propter quod aiebat propheta. Cōsiliū pacis erit inter duos illos. [Et medium parietem maceriæ] .id est, obstaculum accedēdi ad deū [soluēs] .i. ꝑ suā passionē & gratiā auferens. Abstulit eī a Iudęis obseruantiā legalium a gentibus autē idolatriā, & pro omnibus satisfecit. De tali pariete ait psalmista. In deo meo trāsgrediar murū. Dr aūt hic paries macerię propter suam infirmitatem. Macerīa nanq; est congeries lapidum sine cemento. Vocaturque medius, quoniam diuisit populos istos ab inuicem, & adeo, Non enim sibi cōcordabant inuicem, neque cum deo stante pariete isto, sed erant omnes quasi oues errantes, vnusquisq; in viam suam declinauit. Gratia vero dei parietem istum Io.12. Hier.51 ꝑs.117. zach.6 ꝑs.17.

destruxit facile, consumendo peccata, & vnitatem charitatis præstando [inimicitias] ludæorum & gentium in alterutrum, & in deum [in carne sua], id est, per corporis sui mysteria, scilicet passionem & mortem [soluens] Ipse est enim agnus qui abstulit peccata mundi, Quib9
Io.1 ablatis amicitia redit, & habitare facit vnius morisi do
ps.67. mo. ¶ Insuper Chrs est, [legẽ mãdatorũ]. i. legem Mosaycam, plenam mandatis triplicibus, scilicet moral b9 iudicialibus, & cæremonialibus [decretis]. i. euangelicę præceptis [euacuans]. i. cessare faciens, quantum ad cæremonialia. De quibus decretis legem euacuantibus dicit Saluator. In his duobus præceptis tota lex pendet & prophetę. Fertur autem Rabi Moysen dicere. Tot es se mandata in lege, quot sunt ossa in humano corpore, hoc est sexcenta & tredecim [vt duos] populos, a se olim fide & cultu diuisos (puta Iudæos & gentes) [condat]. i. constituat [In semetipso] tãquam in saluatore ac capite, iungens eos sibi per fidem & charitatem [i vno nouo homine]. idest, in semetipso deo humanato, nouo ordine genito, & omnia innouante [faciens pacem] inter populos istos adinuicẽ, & quo ad deum, & angelos [& reconciliet ambos deo in vno corpore], i. in p9 prñ corporis passione, Vel, in vno corpore. i. ad hoc vt sint vnum mysticum corpus ecclesię, quod est ipsa
Ro.11. ecclesia, quę est mysticum corpus Christi, [per crucẽ] .i. crucis passionem [interficiens] .i. penitus tollens seu auferens, quantum in se est, inimicitias] , id est peccata
Sap.14 quę inimicitiam induxerunt. Odio eñ sunt deo impius & impietas eius [in semetipso], id est, propria morte ac merito. Iuxta illud Esaię vaticinium. Pro nobis dolens vulneratus est. Item & illud Petri: Ipse peccata nostra
Es.61.& 52 tulit in corpore suo super lignum [Et veniens Christ9] id est, in natura assumpta nouus apparens in terris & cum hominibus conuersans ac ambulans [euangelizauit] id est, dandam prędicauit & per apostolos datam annunciauit [pacem] prædictam [vobis] gentili-

bus[qui longe fuistis]id est,multum a deo auersi. Vnde in euangelio, Altas, inquit, oues habeo, quæ non sūt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. Et rursus, Multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum. Euangelizauit[& pacem ijs qui prope],id est, Iudæis vnum verum deum colentib⁹. De quibus ipse ait. Nō sum missus nisi ad oues, quę perierunt, domus Israel. Hoc verbum apostoli sumptum videtur ex eo quod per Esaiam dominus protestatur. Creaui fructum labiorum eius, pacem ei qui longe, & pacem ei qui prope. [Quoniam per ipsum] Christum tanquam per optimum mediatorem reconciliatorem & aduocatum, [habemus accessum].i. causam atq; fiduciam accedendi corde syncero[ambo],id est,nos Iudæi & gentes [in vno spiritu],id est,instinctu & operatione eiusdem spiritussancti. Vel,in vno spiritu,id est,pari affectu seu anima vna per charitatem. Sicut multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna,[ad patrem]æternū eum laudando,orando, & operibus venerando. Vnde dicit alibi Apostolus. Adeamus cum fiducia ad thronum gratię eius, vt misericordiā cōsequamur[Ergo].i. quoniam per Christum reconciliati,& prope facti estis,habentes per ipsum accessum ad patrem, sicut & ipse ait. Nemo venit ad patrem,nisi per me[iam] tempore gratiæ & nouæ legis,cum estis ad CHRISTVM conuersi [non estis hospites],id est,aduentitij,& cito abeuntes a deo & ecclesia[& aduenæ],id est,a deo & electis extranei. Per fidem enim & charitatem & cætera dona spiritus sancti firmiter stabiliti estis in deo, atque in ecclesiastica vnitate. Ideo subditur,[sed estis ciues sanctorum] ,id est,de numero electorum, tanquā eiusdem iuris ac dignitatis cum illis in domo militantis ecclesiæ [& domestici dei,] ,id est,deo familiariter copulati,& in domo eius (scilicet ecclesia) recepti,semperque mansuri, [superædificati] ,,id est, mente fortiter innixi , radica ti , atque fundati

Esa.33. Ioa.10. Rom.15. Inf.cap.4. Rom.8. EPISTO ps.86. Pro.vlt.

1.Cor.1 1.Pet.1. Esaię.34. Mat.16. Dan.2. Ps.117. 1.Cor.3 Quæstio.

siue institucti [super fundamentum apostolorum & prophetarum].i.super Christum, qui est primum ac sūmū fundamentum in quo apostoli & prophetę fundati fuerunt per fidē & gratiā singularem. Potest q̄q; per fundamentūintelligi sacra scriptura noui ac veteris testamēti, in qua fidelium corda fideliter constabiliuntur. Aedificati itaq; estis hoc modo [ipso summo angulari lapide]existente[Christo Iesu.] .i.ita vt Christus in ædificio isto ecclesiæ spirituali sit lapis summus & angularis Lapis quidem, quoniam firmiter sustinet & conseruat credentes in se. Summus quoniam ꝓficiteos Angularis, quia in ipso, sicut in capite, vniuntur duo populi, Iudæi videlicet & gentiles ad cōstruendam vnam ecclesiam, quemadmodum duo parietes in lapide materiali in angulo posito concurrunt atque cohærent. De hoc lapide ait Psalmista. Lapidem quem reprobauerūt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Quod Christus de se prædictum testatur, dicens Iudęis: Nunquam legistis. Lapidem quem reprobauerunt [In quo] Christo .i.in cuius doctrina, fide, & gratia [omnis ædificatio] i. domus, videlicet fidelis quilibet, seu multitudo fidelitū [constructa], id est, spiritualiter erecta & confirmata, [crescit].i.proficiendo procedit de bono in melio [i tē]plum sanctum], id est, ad hoc vt sit templum puruma vitijs, in quo deus per gratiā habitare dignetur. Iuxta illud, Templum dei sanctum est, quod estis vos [in domino] id est adiutorio dei, vel secūdum voluntatem ipsius. [In quo] domino, id est, cuius subsidio [& vos coędificamini] id est, simul cum alijs fidelibus ædificamini intus in anima virtutibus, donis, atq; scientijs [in habitaculū dei] id est, vt sitis templum inhabitationis diuinæ [in spiritu sancto]. i. virtute spiritus sancti, qui huio ædificationis artifex est, & sine quo nulluum acceptum est opo. ¶ Quæritur circa prędicta, quomodo ei qđ dictū est. Iam non estis hospites & aduenæ, consonat quod de sanctis scriptum est alibi. Confitentes quia peregrini & hospites sunt super terram. Item quod ait

Petrus. Ob secro vos tanquã aduenas & peregrinos. Et illud denicq; dauiticum. Ne sileas, quoniam aduena ego sũ apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Et respondendũ, quod sancti sunt peregrini & aduenę quantũ ad sęculũ istud, in quo peregrinantur a domio suspirantes ad patriã supercœlestem. Mundus enim carcer est atq; exilium electorum, Non autẽ sunt hospites, peregrini, aut aduenæ quo ad regnũ, & domũ, seu ciuitatem militantis ecclesiæ, immo & triumphãtis ecclesiæ ciues & domestici sunt in spe. ps.38. Rũsio.

¶ Explanatio Cap. tertij, scilicet: Huius rei gratia.

¶ Arti. III.

ORans prẽterea sanctus apostolus pro Ephesis, ait: [Huius rei gratia] id est pro hac causa mihi grata, & vobis gratiosa, videlicet vt ædificemini in habitaculum dei ĩ spũ sancto (scdm intellectũ iã expressum) [ego Paulus vinctus Iesu Christi] id est propter Christum Romę incarceratus, & vinculis strictus [pro vobis gentibus]. i. ob hoc qđ vobis gentibus euangelizo. Et hoc vobis constare potest sic esse [si tamen audistis dispensationẽ gratię dei quę data est mihi]. i. gratiam mihi ex diuina dispensatione seu dispositione collatam, videlicet apostolatum, & cætera dona gratis data, atq; gratifica, mihi ĩpensa [in vobis] id est, ad vestram salutem & instructionem [quoniã secundum reuelationem] id est, ex supernaturali & clara illuminatione Christi [notum mihi factum est sacramẽtum] id est, humanæ redemptionis mysterium seu occultum dei consilium de saluatione hominum [sicut supra] Videlicet in prẽcedenti capitulo [scripsi in breui] sermone, dicendo de Christo. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum [prout potestis legentes] verba illa [intelligere, prudentiam]. i. sapientiam [meam in mysterio Christi] cognoscendo, id est, in descriptione, prædicatione, seu cognitione huius diuini secreti, seu summæ mentis consilij, vt pote quod gẽtes ĩ Chri- Inf. ca. 4. 2. Ti. 2. 2. Cor. 1 Infra ca. 4. Supra. c.

ſtum ſaluandę ſint, [quod] myſterium [alīs] id eſt, præteritis [generationibus non eſt agnitū]. i. reuelatum ſcilicet [filīs hoīm] qui fuerunt [ſicut nunc]. i. tam plene, tam vulgate, & tam perfecte quam modo [Reuelatum autē ſanctis apoſtolis eiꝰ & prophetis] nouī teſtamenti, quorū multi nominātur in actibus apoſtolorum Nā & oēs apoſtoli fuerunt prophetę. His ergo reuelatum eſt [in ſpū]. i. per ſpiritum ſanctum. Vel in ſpū. i. ſpirituali mentis exceſſu ſeu eleuatione ad percipiendā reuelationem diuinam, [eſſe gentes] id eſt, electos gentiles [cohæredes] quo ad felicitatem futuram [& concorporales] id eſt, ad idē myſticum corpus pertinentes [& comparticipes promiſſionis] id eſt, conſortes cœleſtiū promiſſionum cum nobis apoſtolis, cęteriſq; electis, iudęis. Ita vt eadem ſit beatitudo omniū noſtrum in pſia & nunc vnum corpꝰ ſumꝰ Chriſti. Quod totum factū eſt [in Chriſto Ieſu] id eſt, virtute & gratia, ſeu per īcarnationē, paſſionem, & merita Chriſti. Item [per euangelium] id eſt, euangelicæ legis prędicationem, per quam gentes ad fidem conuerſæ ſunt, & Chriſti gratiam ſuſceperunt [cuius] euangelīj [factus ſum ego miniſter]. i. obſequioſus annunciator [ſecundum donū gratiædei quæ data eſt mihi] id eſt, ſecundum apoſtolatum & ſapientiam mihi diuinitus diſtributa [ſecundum operationem virtutis eius] id eſt, ſecundum influxum diuinę potentię ad tantam me gratiam promouentis.

Act. 15

2. Pet. 1
Io. 1

Eſaię. 60.
1. Cor. 15.

[Mihi enim] Paulo [omnium ſanctorum minimo] non ſimpliciter, ſed ſecundum aliquam conſiderationem, videlicet quantum ad id quod ſum ex meipſo, & quod feci aduerſus eccleſiam. Etenim ſecundum diuerſas cōſiderationes ſuīpſius, poteſt homo diuerſo de ſeſe iudicare modo ſine mendacio. Sicque maior ac perfectior poteſt ſe vere humiliare ſubinferioribus. Nunquam enim debet aliquis propter humilitatem a veritate recedere. [data eſt gratia hæc] id eſt, authoritas & ſapientia [in gentibus euangelizare]. i. gentibus prædicare [inueſtigabiles diuitias] id eſt, imperſcru-

1. Cor. 1.

tabilia & copiosissima dona & beneficia [Christi] homi nibus prestita vel promissa [& illuminare] instrumentaliter. i. prædicando docere [omneis] gentes. i. quasdam de omni genere gentium [que sit dispensatio]. i. executio seu dispensatiua adimpletio [sacramenti absconditi a sæculis in deo], id est, humane redēptionis secreto consilio facte, seu incarnationis filij dei. Quod sacramentum absconditum, seu celatum fuit in deo, id est, in diuine mentis noticia [a seculis,] .i. ab omnium generationum exordijs vtpote ab origine mundi, ita vt nulli creaturæ, angelicæ vel humane, fuerit plene manifestatum. [Qui] deus [omnia creauit, Vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapentia dei, secundum prefinitionem sæculorū quā fecit deus in CHRISTO IESV domino nostro] In horum expositione verborum maximā difficultatem habentium, sanctus Hieronimus & Augustinus nonnihil dissonare videntur. Secundum Hieronymum enim exponitur sic. Mihi data est gratia, euāgelizare in gentibus inuestigabiles diuitias Chr̄i, vt innotescat .i. ita vt notificet prīcipibus & potestatibus, i. angelorum ordinibus, qui sunt in cœlestibus mansionibus per eeclesiam .i. ꝑ apostolorū in ecclesiia predicationē, seu ex predicatione apostolorū in ecclesijs facta, multiformis sapientia dei. i. diuine mentis sapiētialis dispositio de humani generis liberatiōe. Que vtiq; cognitio vel sapientia dei q̄uis ī se vna & simplicissima sit tamen ꝓpter diuersa que includit cōcernit, & efficit, multiformis vocatur. Est enim de omnibus mysterijs Christi. Quod autem subiungit, secundum prefinitionē seculorum & cetera, referri potest ad verbum innotescat, eritq; sensus. Vt īnotescat principibus & potestatib⁹ per apostolorum predicationem multiformis sapientia dei, secundum prefinitionem seculorum, id est, secundum predicationem dominicam ab exordio temporū precōceptā quam preordinationem fecit, id est, effectui mancipauit, in CHRISTO IESV domino nostro, id est

Supra. c. 2.
Rom. 2
Colo. 2
Iob. 11.
1. Cor. 10.

per Christi prędicationem inchoatiue, & per missionē ac illuminationē qua ipse apostolos docuit, & ad prędicationem emisit. Secundo refertur ad nomē multifor-
ps.144. mis. Tanquam dicat, Multiformis sapientia dei, non in se multiformis, sed simplex. Multiformis vero scdm p finitionem seculorum, id est, secundum ordinationem eorum quę in seculo fiunt. Vel secundum hęc ipsa ex diuina prędordinatiōe ꝓcedētia, quam prędfinitionē fecit. .i. impleuit, vel implere disposuit deus pater, in Christo Iesu domino nostro .i. per vnigenitum filium suum per
Io.1.5. quem facta sunt omnia. Qui testat: Pater meus vsque
Augustin. modo operatur, & ego operor. ¶Secundo exponitur iuxta Augustinū, hoc modo: Data est mihi gratia, illuminare omnes, quę sit dispensatio sacramenti a seculis in deo absconditi, vt innotescat .i. sic tñ vt innotuerit: principib9 & potestatibus .i. ągelis vniuersis, per ecclesiam .i. in ecclesia mortiformis sapientia dei. Ponit ergo Augu. super Genesim, ꝙ omes angeli a principio sæculi prędcognouerunt mysterium regni cœlestis .i. vnige-
S. Tomas niti filij dei incarnationē. Quod etiā Tho. in prima parte affirmat, rationē adducēs. Quoniā incarnatio verbi ē finis ad quē omnia angelorū ministeria ordinant. Omnes autē sunt aliquo modo administratorij spūs. Omnes ergo sacramentū hoc cognouerūt, quantū ad substantiā ei9, & in gñali, non autē quantū ad singulas circūstantias, seu particulares conditiones ipsius. Et q̄tū ad hoc, ꝓfecerūt in cognitiōe multiformis sapientię dei mysteriorum ꝙ Chri tempore ascēsionis, & prædicationis apostolorū. Porro B. Hieronym9 videtur sentire oppositum hoc loco, & Esaię. 63. exponēs illud capitu. Quis est iste q̄ venit de Edom. Ait ita ꝙ, ꝙ angeli mysterium incarnationis, passionisq; Chri ignorauerunt donec impleretur. A Christo q̄ ꝙ ascendente illū addiscerent, atq; ex prędicatione apostorum in eius agnitione
Hictony. ꝓficerēt. Veruntamen si dicta Hieronimi diligenter inspiciantur, non videntur prædictis penitus dissonare. Nam asserit, ꝙ angelicæ dignitates non ad purū, in-

tellexerunt præmemoratum mysterium, donec cõpleta est passio Christi, & apostolorum prędicatio in gentes ꝓmulgata. Certum est autem dici non posse, quod angeli absolute nescierunt mysteria Christi, donec ꝛeb⁹ essent expleta. Prophetice autẽ reuelationes (secundũ Diony.) angelorũ ministerio fiunt: quod ergo de xp̃o pręcognouerũt ꝓphetæ, angeli prius certiusq; nouerũt De hac vero materia plenius dixi in esaia, exponendo capi. 63. cuius exordium est. Quis est iste qui venit de Edom. Videtur quoq; expositio glorioſi Hieronymi hoc loco magis concordare literæ, q̃ expositio Augustini, vt constat inspicienti [in quo] Christo. i. cui⁹ gratia & merito [habemus fiduciã] futuræ felicitatis [& accessum] ad deum [in cõfidentia]. i. cõfidendo de bonitate dei, meritis xp̃i, & actibus ꝓpr̃is [per fidẽ eius] quia in fide Christi omnia bona nostra fundantur. Vnde & cõfidentia ista ex fide ꝓcedit. ¶ Cõsequẽter admonet ephesios ad patientiã atq; constantiam [Propter quod obsecro] id est per sacra vos rogo [ne deficiatis] id ẽ ne frangamini per impatientiã, pusillanimitatem, aut tędium animi, nec a fide, bonoq; opere desistatis [in tribulationibus meis] i. ex cõsideratione persecutionũ, & aduersitatũ quas patior [pro vobis]. i. ad vestri ædificationem ac ꝓbationem [quę] cõstantia, i. non deficere [est gloria vestra], i. glorioſum meritum vestrum, Solent autem pusilli scandalizari, frangi deficere, dum cõspiciunt iustos ab impijs opprimi aut occidi. In quorũ persona scriptum est, Quare domine nõ respicis cõtemptores, & taces cõculcante impio iustiorem se? Propter hoc lacerata est lex. Exercitati autem in via & lege diuina, qui sciunt q; per multas tribulatiões oportet nos intrare in regnum cœleste, & quod pœnę iustorum in hac vita nõ sunt nisi medicinę atq; remedia, nõ mouentur ex hoc, quin potius dicunt illud, saluatoris, Beati qui p̃secutionẽ patiũtur ꝓpter iustitiã, q̃m ipsorũ est regnũ cœlorũ [Hui⁹ rei gratia] puta ne edificiatis a bono ꝓpter aduersa [flecto genua mea] corp⁹ i oratiõe humiliã

Iohan. 16

EPISTO. Heb. 3

Act. 14.

do ad insinuandã vel excitandam cordis mei humilia-
tionem [ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo om
nis paternitas in cœlis, & i terra nominatur,] id est, de
cuius verissima paternitate diriuatur, & nomẽ paterni-
tatis sortitur, omnis paternitas angelorum & hominũ.
Ita quod paternitas primo & proprie conuenit deo pa
tri qui genuit filiũ non solum in natura similẽ, sed etiã
sibi consubstantialem. Cæteris vero conuenit paterni-
1. Cor. 4 tas per quandam imitationẽ paternitatis diuinę [vt det
vobis secundum diuitias glorię suę,] id est, secundum
plenitudinẽ suæ perfectionis increatę & opulẽtissimæ
[virtutem] id est, cordis constantiam [corroborari] id ẽ
vt cõfirmemini [per spiritum eius] id est, per inspiratio
nem & opem spiritus sancti [in interiori homine] id ẽ,
Esa. 9. in anima. Quod est, habitare Christum per fidem [for-
matam [in cordibus vestris] id est, mansionem quietã,
aciugem prędsidentiam habere in interioribus vestris.
Sitis quoq; [in charitate] de ac ꝓximi [radicati] id est,
radicitus fixi, seu firmiter inhęrentes, quẽadmodum ra
dix terrę fortiter inest [& fundati] id est, per firmas ra-
tiones diuini amoris stabiliti, videlicet ex consideratio
ne diuinę bonitatis in se, & charitatis eius super nos, ex
consideratione etiam beneficiorum, promissionumq;
1. Cor. 9 Christi [vt possitis comprehendere] id est, syncere co-
gnoscere [cum omnibus sanctis] id est, sicut sancti i via
deo reuelante cognoscunt quę sit latitudo] spiritualis,
charitatis, [& lõgitudo, & sublimitas, & profundum]
eius. Hæ dimensiones attribuuntur charitati, per simili
tudinem corporalium dimensionũ. Vnde latitudo cha
ritatis est quod ad omnes extenditur, etiã inimicos. Lõ
gitudo eius est quod tendit in lõgum atq; futurum, vi-
delicet vsque in vltimũ finem seu vitam ęternam, nec
Augusti. frangitur propter dilationem. Vnde secundũ Augusti
num, Longitudo est perseuerandi longanimitas. Subli
mitas vero charitatis est quod immediate vnitnos deo,
imo i deũ trãs format, eiq; inseparabiliter colligat, qđ
maxime i patria adimplet. Profũdũ autẽ charitatis est

condescensus ad proximum. Vel humiliationis decliui-
tas ex consideratione terribilium iudiciorum dei.
¶Possunt quoque hęc quatuor metaphorice ad diuinā Psal.14.
referre naturam. Vt latitudo pertineat ad diuinę naturæ
communicabilitatē, qua deus dat omnibus affluēter, nec
aliquid expers est a diuinę bonitatis participatione. Lon
gitudo vero pertineat ad ęternitatem, qua attingit a fine
vsq; ad finem, immo vniuersa prędcedit, & omnia sequi
tur. Vel ad longanimem expectationem, qua impiorū
prestolatur emendationem. Sublimitas autem ad maie-
statis diuinę incircunscriptibilem excellentiam. Vel ad
promissorum supernaturalem dignitatem. Profundū Ps.102
quoque ad incomprehensibilia diuinæ naturę, eiusque
iudiciorum. De quibus dicit scriptura, Psalmo tricesi-
moquinto. Iudica tua abyssus multa. Item alibi, Iob
vndecimo capite. Excelsior cœlo est. Et quid facies?
Profundior inferno. Et vnde cognosces? Longior ter-
ra mensura eius, & latior mari. Possitis [scire etiam]
scientia practica. i. sciendo imitari & iuste agere [supemi
nentem scientiæ charitatem CHRISTI] .i. dilectio-
nem prędipuam, qua Christus secundum suam scientiā
nos dilexit. Dilectio enim ex cognitione procedit. Vel
sic: Possitis scire charitatē Christi supereminentem scien
tiæ. id est, nostram notitiā sua magnitudine excedentē.
[Vt impleamini,] id est, diuinarum gratiarum reci-
piendo influxum tendatis ac perducamini [in omnem
plenitudinem dei], id est, ad omnia dona perfecta quæ
conferuntur a deo. Quatenus nunc obtineatis pleni-
tudinem meritorum: postmodum vero plenitudi-
nem præmiorum. [Ei autem] scilicet deo omni-
potenti [qui potens est omnia] sibi placentia, & no- Eccl.24.
bis salubria [facere] id est, implere [superabūdāter
quā petim⁹ aut itelligim⁹]. i. copiosi⁹ quā orare aut no
sse valeam⁹ qui tñ pl⁹ intelligim⁹, q̄ orare pręsumam⁹
[secundum virtutē] .i. omnipotentiam suam [quæ ope
ratur in nobis] vt causa prima ac principalis, nobisque

virtutem & gratiam opandi largiť [ipſi] ſit [gloria]. i.
Eccle.35 clara cum laude notitia [in eccleſia]. i. in cordib⁹ fideliū
Pſal.144. qui deum glorificant [& in chriſto Ieſu]. i. ꝓpter ea q̄
nobis ꝑ Chr̄m donauit. Gloria inquā, duratura [in om-
neis generationes], i. ꝑ vniuerſa generationum interual
la, ſeu tēpora [ſęculi]. i. ꝑſentis vitę, contētiuę [ſæculo-
rum]. i. includentis in ſe ſæcula vniuerſa. i. ſingulas mū
di ętates. ¶Porro, ſcđm Damaſcenum. ſęculū ꝓmul
ta ſignificat. Primo, vniuſcuiuſq̄ rei vitam. Secundo,
tempus mille annorum. Tertio, totam vitam ſeu durati
onem (vt ita loquar) ꝑſentem. Quarto, vitam futuram ī
patria poſt reſurrectionem nouiſſimam. Quinto, menſu
ram ętternorum. Sexto menſuram ꝓpetuorū. Septimo,
ſingulas ſeptem mundi ętates.

¶Declaratio Cap. IIII. Obſecro ita q̄
vos ¶Arti. IIII.

EPISTO Pouer. 81

Docuit ſanctus Apoſtolus omnia bona noſtra di
uinæ pietati ac gratię eſſe aſcribēda, induxit q̄
q̄ epheſios ad gratiarū actionem, & fudit, pcis
ꝑcem deuotā. Iā in moralibus inſtruit eos dice-
do. [Obſecro ita q̄ vos ego vinctus]. i. Rome īcarcera-
tus at q̄ ligatus [in domino]. i. propter deum & fideī ꝑ
dicationem [vt digne ambuletis] q̄tidie in ȳ tutibus ꝓ-
ficiendo. Digne inquā [in vocatione q̄ vocati eſtis] ad
Chriſtianam religionem at q̄ euāgelicam legem me fo-
ris per prędicationem meam vocare, deo autē interius
operante, & per inſpirationem internam vocante. Hoc
eſt, ſic viuite vt conuenit Chriſtianis, & ſicut lex iubet
ruam aſſumpſiſtis [cum omni humilitate] interiori &
Matth. 11. qxteriori in verbis & factis ita vt latentē ſuꝑbiā & ma-
Tobiæ. 4. nifeſtam ꝑſumptionem ac pompā abīciatis [& manſue
tudine]. i. mititate irā refrenāte. Hoc & Chr̄s admonet
Diſcite in me, a me: quia mitis ſū et humilis corde. Vñ
& a Tobia ꝑcipit, ſuꝑbiā nunq̄ in tuo ſenſu, aut in ver-
bo tuo dominari permittas. In ipa enim ſumpſit ītium
omnis ꝓditio. Et rurſus in eccleſiaſtico ſcriptū eſt. O di-
bilis coram deo & hominibus eſt ſuperbia. De commē-

datione vero manſuetudinis, ſcriptum eſt. Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriā diligeris [cum patientia] quę paſſionem triſtitię aufert: id eſt cum æquanimi tolerantia aduerſorum [ſupportantes inuicem] mutuos defectus atq; labores, compatiendo peccantibus: & laborantibus ſuccurrendo, ſicut p̄dictum eſt Alter-alterius onera portate [in charitate] id ē ſyncero affectu non ſimulatione, aut pro commodo tēporali [ſoliciti ſeruare] id eſt ſtudioſi ac diligētes ad cō ſeruandum [vnitatem ſpiritus] id eſt ſpiritualem vnionem & conformitatem animorum, vt ſit vobis anima vna per charitatis affectum, vel vnitatem ſpiritꝰ, id eſt vnitatem eccleſię quā facit ſpiritus ſanctus [in vinculo pacis] id eſt, in pace ſeu tranquillitate animi, quę eſt ſpirituale vinculum vnitatis prędicte, quoniam nutrit eam atq; conſeruat. Vnum corpus Chriſti myſticum eſtis & vnus ſpiritus cum deo ei fideliter adherendo. Vel vnus ſpiritus cum ſpiritu Chriſti per charitatem, eadem volēdo ac nolendo cum eo: quēadmodum per Hieremiā dominus loquitur. Dabo eis cor vnum, & animā vnam [ſicut vocati eſtis in vnam ſpem] id eſt ad eandem beatitudinem ſperandem [vocationis veſtrę] id eſt ad quam veſtra vocatio ordinatur. Merito inſuper obſeruāda eſt vnitas iſta interna ac ſpiritalis. Nam vnus dominus ſcilicet deus trinitas. De quo Heſter aiebat, Domine rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita vna fides in ſpecie ex parte obiecti, quod eſt veritas prima, ſed ex parte ſubiectorū fides numeraliter diuerſificatur. Quāuis enim multa ſint credenda, & multi articuli fidei: vna tamen eſt formalis, & propria ratio obiectalis, propter quā omnibꝰ creditur, & cui fides innititur: ſcilicet veritas increata vnum baptiſma in ſpecie, quia materia vna eſt, vtpote aqua, & forma baptiſmi eadem eſt. Vel dicitur baptiſma vnum, ex parte interioris baptiſtæ, videlicet Chriſti, qui ſolus lauat & mundat interius. Vel ideo vnum vocatur, quia iterari non poteſt, eſtque eiuſdem valoris a quocumque miniſtretur, quoniam non

Eccle.3.
Iaco.1.
Heb.10.
Iohan.17.
Pſal.132.
Roma.12.
1.Cor.6.
Heſter.13.
Roma.3.
1.Cor.1.

Deute.6. Esa.93. Psal.111. Sapien.11. FINIS. EPISTO. Iohan.1. Roma.12 Matth.25. Apoca.10.

consistit in merito dantis, sed virtute dominicæ passionis [vnus deus & pater omnium, id est, deus trinitas. Qui deus dicitur propter creationem, pater propter benignam gubernationem [qui] est [super omnes] incomparabili dignitate cunctis præstantior [& per omnia spiritualitater extetus siue diffusus, cunctaque penetrans, & includens. Propter quod ipse per Hieremiam vigesimo tertio contestatur. Nunquid non cœlum & terrã ego impleo [& in omnibus nobis] credentibus atq; electis, est per fidem, charitatem & gratiam. Sed ne ex hoc quod dixit nos esse vnum corpus vnumque spiritum, æstimetur in omnibus esse par gratia, subditur. [Vnicuique autem nostrum data est gratia] gratum faciens, vel gratis data, seu vtraq; simul [secundum mensuram donationis Ghristi,] id est, iuxta quantitatem mensuratam a Christo, vel secundum quod CHRISTVS dator mensurat, qui dat singulis secundum propriam capacitatem siue virtutem. [Propter quod dicit] Psalmista [Ascendens] Christus [in altum] id est, in cœlum em pyreum in die Ascensionis [captiuam duxit captiuitatem, id est, a diabolo captos eripuit, cepit, & secum deduxit, videlicet sanctos de limbo, omnesque omnino purgatos: [dedit dona hominibus] maxime in die sancto pentecostes, quando discipulis mittens spiritum sanctum, impleuit corda eorũ diuersis charismatibus spiritus sancti, vt patet in actibus. Allegat autem apostolus potius sensum quam verba psalmistæ. Sic enim continet nostra translatio. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. [Quod autem] CHRISTVS [ascendit, quid est] id est, quomodo verum est [nisi quia & descendit primum,] id est, ante videlicet in die resurrectionis seu mortis suæ [in inferiores partes terræ?] id est, ad limbum patrum, qui est secus infernum situm in medio terræ. Inde enim captiuã deduxit captiuitatem. Porro CHRISTVS in puncto mortis sue descendit in limbum, quãtum ad animã,

In die vero resurrectionis redijt illuc cum corpore & anima secūdum quosdam. Vel sic. Descendit primum in inferiores partes terræ, id est ad hunc mundum inferiorem, humanam naturam assumendo, atque in mundo visibiliter operando. Vnde ipse ait Iohannis tertio. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. [Qui descendit] modis præfatis, [ipse est & qui ascendit] in die ascensionis secundum corpus & animam [super omnes cœlos] materiales & habitationes eorum. Ascendit autem loco & dignitate, vel potius dignitatis suæ manifestatione super omnes creaturas corporales ac spirituales. Sunt autem septem cœli planetarum, octauum cœlum est firmamentum quod appellatur sydereum. Estque partim diaphonum & partim lucidū. Nouum est cœlum cristallinum seu aqueum omnino diaphonum, quod philosophi nominant nonam spheram. Vltra quam aliqui ponunt decimam spheram seu decimum cœlum, quod nominant primum mobile. Vltra hos cœlos, est cœlum empyreum maximevniforme ac simplex atq; immobile, quod est māsio beatorū. Denique præter hos cœlos superiores & secundū substantiam prorsus incorruptibiles sunt cœli elementares videlicet cœlum aereū, ethereum, olimpeum, & igneū. Sic ergo ascendit [vt adimpleret omnia] quæ in lege prophetis, ac psalmis de ipso prænunciata fuerunt. Vnde in cruce dicebat. Consummatum est. Vel, impleret omnia genera hominum, id est, quosdam de vniuersis generibus hominum donis & gratijs spiritus sancti. De quibus omnibus dixit Iohānis duodecimo. Omnia traham ad me ipsum. Quomodo autem & quibus gradibus hoc fecerit, subditur. [Et ipse] Christus [dedit]. i. gratis constituit [quosdam quidem apostolos] de quib⁹ Lucæ. 6. habetur. Hos duodecim elegit, quos & apostolos nominauit [quosdam autem ꝓphetas]. i. futurorum ꝓnunciatores, vt erāt Agabus & Dionysi⁹, qui Iohanni euangelistæ prophetauit de sua reductione a Pathmos. Secūdū AMBROSIVM per ꝓphetas poti⁹

Mar. vlti. Act. 1.

Ecclē. 43.

Lucę vlti.

Ecclē. 24.

Cor. 11 Apo. 2. intelligũtur ſcripturarum expoſitores, quoniam in nouo teſtamento ſcripturarum explanatores appellantur prophetę [alios vero euangeliſtas] vel quia euangelium conſcripſerunt vt Lucas & Marcus, vel quia euangelium prædicauerunt, vt ſeptem diaconi & ſucceſſores eorum. Euangeliſtę nãque vocantur qui quãuis ſacerdotes non ſint, tamen euangeliſare ex officio poſſunt alios autem dedit paſtores & doctores puta epiſcopos, qui verbo & opere gregem ſuum paſcere habent. De qualibus dominus loquitur Hiere. 3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meum, & paſcent vos ſcientia & doctrina Loquitur autẽ Apoſtolus de diſtinctione iſtorum formaliter. Materialiter nãque frequenter coincidunt, eo ꝙ eidem perſonę diuerſę gratię cõferantur. Nam ipſi apoſtoli vtique & prophetæ & euangeliſtæ, paſtores atque doctores fuerunt. Hos itaque dedit deus [ad cõ ſummationem ſanctorum,] id eſt, vt feliciter finiantur ſeu conſummentur, qui nunc ſancti & perfecti cõſiſtũt qui & a prędictis diriguntur [in opus miniſterij] .i. operoſum obſequiũ, puta ad hoc, vt ſinguli ſua officia ordinate & expedite valeant exequi [in ædificationẽ corpo-
Phil. 3. ris Chriſti .i. propter ædificationẽ ſpiritualem eccleſiæ, & vt ĩ fideles per fidem ei incorporent, quæ eſt myſticum corpus Chriſti. Porro prelatio ordinationis præ-
1. Cor. 13. dictæ durabit [donec occurramus omnes] id eſt, in die iudicij nobis inuicem & Chriſto obuiemus, iuxta illud in euãgelio, Ecce ſponſus venit, ſurgite obuiã ei, Et alibi. Simul rapiemur cum illis ĩ nubib9 obuiã Chriſto [in vnitate fidei,] id eſt, idem credentes quãtum ad electos fideles, qui nondum deũ per ſpeciẽ videre meruerunt [& agnitionis], id eſt, contẽplationis filij dei. Hoc re-
Hier. 31. fertur ad beatos: qui ante futurum iudiciũ deo perfruũtur. Vel ſic, O occurramus omnes, qui iam ſumus & viui mus, ĩ vnitate fidei, id eſt, ĩ vna fide catholica & agnitione fidei Chriſti filij dei [in virum perfectum] id eſt, in ſtatu perfecto, habentes videlicet perfectionem virtutũ, & fortitudinẽ animorũ, ſicque appareat nos eſſe viros

non ratione ſexus, ſed perfectionis. Non ergo ideo ait, in virum perfectū, quaſi poſt reſurrectione defectur⁹ ſit ſexus muliebris, ſed quia electi feliciter immutabuntur [in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti] .i. in eam ætate occurremus & reſurgemus qua Chriſtus conſummatus atq; occiſus eſt, ſcilicet in anno triceſimo tertio. Non ait in menſuram corporis vel ſtaturæ, quoniam vnuſquiſq; proprij corporis menſuram recipiet, quam vel in iuuentute habuit, licet ſenuerit, vel fuerat habiturus niſi prius obijſſet. Non autem eſt ſatis dicere ſcđm Auguſtinum, q̄ in reſurrectione detur corpori magnitudo quam non habuit, nec naturaliter habuiſſet, vel q̄ corpora maiora ad dñici corporis q̄titatē rediganť, ſic enim multum periret de illis, cum tamen ne vnus quidem periturus ſit capillus eorum. Hæc vero tam præclara largitus ſiue daturus eſt deus beneficia nobis [vt iam] poſt receptionem baptiſmi & conuerſionem noſtram [non ſimus paruuli] , id eſt, diſcretione ac ſenſib⁹ minorati ſeu modici [fluctuantes] , id eſt, inſtabiles [& circumferamur] , id eſt, vndiq; a deo & rectitudine ſāctæ conuerſationis abſtrahamur ac euagemur [omni vēto doctrinæ] , id eſt, inani, verboſa & turbulenta inſtructione hominum peruerſorū, ne deputemur cū illis de quibus dicit pſalmiſta. In circuitu impij ambulant. Et deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam āte faciem venti tui: quæ circumferentia ſeu vana inſtructio fit [in nequitia hominū] .i. a nequam hoibus [in aſtutia] id eſt, cum fraude & ſimulatione [ad circumuentionē erroris] .i. ad hoc vt alios fallāt mittēdo eos in diuerſos errores ſub pretextu iuſticię & ſpecie veritatis [Veritatem autem iuſticię] , id eſt, opera iuſta [facientes] Vel veritatem, doctrinæ, facientes, id eſt, actibus virtuoſis exequentes [in charitate] , id eſt, ex charitatis impulſu atque imperio non ficte, coacte, aut formidoloſe [creſcamus] in gratia gratificante [in illo per omnia] virtutum exercitia [qui eſt caput] noſtrum, videlicet [Chriſtus] , id eſt, auxilio Chriſti ſecundum

Phil.3. Gala.4. Hinis.

Auguſt.

Kuc.21.

1.Pet.2. 1.Cor.11. Col.1.

eius consilia, ad gloriam eius. [Ex quo] .i. cuius virtute & peratione [totum corpus] mysticum, quod est vniuersa ecclesia [compactum], id est, Per fidem & opera fortiter iunctum [& connexum] coagulo charitatis [ꝑ omnem iuncturam subministrationis], id est, per singula membra, siue supposita mysticum corpus integrantia, & sibi inuicem charitatiue ministrantia [secundum operationem], id est, realem & actualem subuentionē seu seruitutem [in mensuram vniuscuiusque menbri], id est, iuxta facultatem, proportionem, seu modum cuilibet personæ ecclesiasticę conuenientem, videlicet secūdum quod gratia dei in ea maior aut minor est. Hoc itaq; corpus ita compactum [augmentum corporis facit], id est, se ipsum auget ac perficit numero & merito ꝑ Christi virtutē [in edificationem sui], id est ad hoc vt plures reuertantur ad fidem, corrigantur in morib⁹ vl' ꝑficiantur virtutibus [in charitate] in qua tota spiritualis fundatur & consumatur constructio. Sic ergo in corpus ecclesię iunctum est, vt singula membra eius sibi inuicem per dilectionem cohereant atq; ministrent.

Eccl. 39. Phil. 1.

¶ Consequenter instruunt Ephesij in moribus, primo q̄ admonētur declinare a malo. [Hoc igitur] .i. quoniam tanta vobis collata est gratia [dico & testificor in domino] id est, deo testante, vel sub testimonio domini iubeo deum testem adhibendo [vt iam] tempore gratię [non ambuletis sicut & gentes ambulant] .i. non viuatis sicut gentiles [in vanitate sensus sui], id ē, diuersis erroribus humana vanitate conceptis [tenebris], id ē, perfidia varijsq; falsitatibus [obscuratum habentes intellectum, alienati a via dei] .i. a fide & lege diuina [per ignorantiā, q̄ est in illis] quę est priuatio veritatis, iccirco alienat & separat intellectum a via dei, quæ pulchra est atque pacifica [ꝓpter cæcitatem] .i. hebetudinem & duritiā] cordis ipsorum] per quam prędicationi veritatis claudunt oculos mentis. In maleuolam enim animam non introbit sapientia. [Qui desperantes], id est, futuræ vitæ ac diuinæ remunerationis fiduciam non habentes

Ro. 1.

Sap. 1. Hie. 18

[semetipsos tradiderunt impudicitię] .i. turpitudini luxuriæ. Procedentes ex concupiscentia [in operationem immunditiæ omnis] .i. in opera totius fœditatis, nullū genus carnalium voluptatum omittentes [in auaritiam] id est, ex peccato luxuriæ etiam in auaritiam lapsi desiderantes temporalia, sine quorum usu, libidini vacare non possunt. De talibus scriptum est per Sapientem Dixerunt impij apud se. Non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hęc erimus, tanquam non fuerimus. Venite ergo & fruamur bonis quę sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra. [Vos autem non ita] scilicet impudice viuatis, & vitijs gentilitatis vacetis [didicistis Christum], id est, Christi doctrinam, quę docet oppositum [si tamen illum], .i. Christi documenta [audistis] auribus mentis. i. intellexistis [& in Christo,] id est, secundū eius vitam, mores, & theoriam [edocti estis] a spiritu sancto per Christi ministros [sicut est veritas in Iesu], id ē, si sic informati estis vt dici possitis edocti in Christo, Hoc est, si vere sapientes estis, vitam & mores conformando scientię exemplo Christi, qui cœpit facere & docere. Vnde subiungit quid sit in Christo edoctum esse [deponere vos secundum pristinam conuersationem] .i. per abnegationem præcedentium vitiorum [veterē hominem] .i. vosipsos relinquere, quantum ad id quo primo parenti præuaricatori similes estis per inobediētiæ eius imitationem. Hinc ēm saluator. Qui vult venire, post me, abneget semetipsum. Et Salomon loquitur. Verte impios & non erunt [qui] vetus homo [corrumpitur], id est, spiritualiter annihilatur omne esse gratiæ gratificātis perdendo [secundum desideria erroris] id est, consentiendo desiderijs prauis, vel eam concipiendo effectui. Quæ dicuntur desideria erroris, quia ex errore seu defectu cognitionis aliquo modo procedunt. (Omnis enim peccans, id est ignorans secundum philosophum) & ad errorem

2. Cor. 11.

Marc. V.

Roma.

Lucę. 9

Prou. 11

peccati actualis deducunt. Per veterem aũt hominem
designatur qlibet nr̃m p cõparationẽ ad pristina vitia,
q̃bus aia vetusta efficitur. ¶ Consequẽter Aplꝰ exhor-
Heb.8 tat̃ Ephesios ad opationẽ boni [renouamini aũtꝫ spũ] .i.
Col.3. affectu [mentis] .i. aię [vestrę] . Vel spũ mentis vestræ.
.i. spũ qui est mẽs vra. Quid autẽ sit taliter renouari, ad-
Roma.6: ditur [& induite nouũ hoiem] .i. similitudinẽ Christi vt
cuiuscuq; hois spiritualis in Christo renati ac renoua-
ti assumite, eius sequendo vestigia, sicut supius dictum
est. Induimini dñm Iesum. Hoc est esse, virtutũ & gr̃æ
adipisci curate, vt quotidie in charitate & gr̃a p̃ficien-
tes, indesinenter recentes & vigorosi, imo in dies ma-
gis recentiores fiatis. [qui] nouꝰ hõ [secundum deum]
.i. a deo seu operatione diuina, vel secundum bñplaci-
tũ dei [creatus] .i. formatus vel reformatus [est in iusti-
cia & sanctitate ✠itatis] .i. puritate vera non simulata:
Has em̃ virtutes Christus, secundũ q̃ homo, accepit
qñ in vtero virginis creata est aia eiꝰ & corpori suovni
ps.4. ta. Alĩ ✠o in baptismo & pœnitentia eas recipiunt.
[Propter q̃d deponẽtes mẽdacium] quod ✠itati & p
consequens deo, qui veritas ẽ, aduersatur. Deponẽtes
Sap.1. inquam omne mendacium scilicet officiosum, iocosũ,
ps.5. & maxime p̃niciosum, de q̃ in libro Sap. habetur. Os
q̃d mentit̃ occidit aiam. Et in psalmo. Perdes oẽs quilo
quunt̃ mendacium [loquimini ✠itatẽ] .i. verũ sermonẽ
[vnusquisq; cũ p̃ximo suo] .i. q̃libet hoĩe, qui secũdũ
naturã tibi frater & p̃ximꝰ est. Nã & pr̃ vnꝰ oim nr̃m
& deꝰ vnꝰ creauit nos, [qm̃ sumꝰ inuicẽ mẽbra] .i. per
modũ mẽbrorũ vniti, ad idẽ corpus eccleſiæ ptinentes
Ro.12. atq; ad mutuã subuẽtionẽ obligati. Hic p p̃phetã dr̃.
zacha.8 Veritatẽ tantũ & pacẽ diligite. [Irascimi & nolite pec-
Ps.4. care] Hoc ex psal. acceptũ est. Potestq; satis multiplici
ter explanari, put ira diuersis modis accipit̃. Si ei suma
tur p motu primũ prio. i. pure naturali, sic nõ est p̃ctm̃
& ita p̃missiue dr̃: Irascimini. Addit̃ tm̃, & nolite pec-
care, qm̃ ira talis facillime reddit̃ vitiosa. Scdo accipit̃
ira pro motu subito ex humana infirmitate, & pœna

peccati prodeunte: qui est veniale peccatum. Procedit em̄ ex aliqua apprehensione nec rationis iudicium prestolatur. Et ita quod dicitur, Iraſcimini, nō est exhortatio iraſcendi, ſed consilium atq; remediū irā vincendi. Nam ſequitur, & nolite peccare. Tāquam dicat. Si motio talis orta in vobis fuerit, non ei consentiat ratio, ſed reprimat eam. Tertio ſumitur ira pro motu quodā ratione ſequente, quo contra ꝓpria vel aliena peccata mouemur, appetendo vindictā ſecundum rationis dictamen. Et hęc est ira per zelum quę est laudabilis, faciens actum rationis efficacius fieri, q̄ virtuoſi freq̄nter ſponte aſſumunt. De qua dicit Gregorius. Tūc robuſtius ratio contra peccata erigit, dum ira ſubita ratiōi famulatur. De hac itaq; ira admonēdo iam dī. Iraſcimini. ſ. contra veſtra & aliorum peccata. Veruntamē qm̄ ira hæc magno moderamine eget, ne exceſſīe accendat vel maiorem expetat vltionē quam culpa meretur, ideo ſubditur. Et nolite peccare, id est, ne permittatis iræ cō motionem ſic creſcere, vt ratio conturbetur, vel iuſtitia omittatur. Propter quod ait Gregorius: Cauendū ſum mopere est, ne ira, quæ vt inſtrumentum virtutis aſſumitur rationi dominetur, ne vt domina pręeat, ſed velut ancilla ad obſequium parata, a rationis tergo nunquā recedat. Si ergo vindicta quęratur propter correctionem culpæ & obſeruationē iuſticiæ, erit ira per zelū: alias eſſet ira per vitium. Denicq; ira dupliciter metas rationis excedit. Primo nimium ferueſcendo, quando videlicet ipſa commotio in ſe exceſſiua conſiſtit, rationis actū impediendo. Scđo, maiorem vindictā quā oportet exigendo, quod est graui⁹ prio: est em̄ contra charitatē atq; iuſticiam. Vnde ex ſuo genere est mortale. [Sol] iſte viſibilis [non occidat] ad occaſum tendendo [ſuper iracundiam veſtram], id est, ira veſtra durante. Tanquam dicat. Si motus iræ exurgat: non maneat. Vel ſol iuſticiæ, id est, Chriſtus, aut certe ſol intelligentiæ, id est, iudicium rationis, non occidat ſuper iracundiam veſtram, id est, a vobis non elongetur, nec ſeparet pro

1. Mach. 2 p̄s. 72. 3. Reg. 19

pter iracundiæ vestræ excessum. [Nolite locum] ,id est,ingressum ad possidendum animam vestram.

Iac.4. [dare diabolo] admittendo suggestiones eius nefarias, vel redeundo ad pristinas iniquitates. Vnde scriptum

Mat.12 est. Resistite diabolo.& fugiet a vobis. Aliter vobis contingetquod Christus in euangelio loquitur. Cum immundus spiritus exierit ab homine,perambulat arentia loca,quærens requiem,& non inuenit,Tunc dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, reperit eā vacantem,& scopis purgatam,atq; ornatā. Tunc abit,& adiungit sibi septem alios spiritus scelestiores se: & ingressus inhabitat illic ,& fiunt postrema hominis illius peiora prioribus. [Qui furabat]

2.Thes.3. ante conuersionem seu pœnitentiam [iam non furetur] Gene.1 aliena tollendo,quod ex suo genere est mortale: quoniam contrarium est iusticiæ. Interdum tamen est veniale,propter paruitatem nocumenti,vel actus imperfectionem. [Magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est] id est,licita opera exteriora atque mechanica pro precio faciat, [vt habeat [aliquod temporale bonum [vnde tribuat necessitatem patienti],id est,egenis elemosynam conferat de labore manuum suarum. Hinc in actibus ait Apostolus: Omnia ostendi vobis,quia sic laborantes oportet susscipere infirmos,& meminisse verbi domini I E S V quia beatius est magis dare quam accipere. [Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat] quamuis animo fuerit præconceptus,sed reprimatur,præsertim cum de omni verbo otioso reddenda sit ratio in die iudicij. Corrumpunt nanq;mo res bonos colloquia praua. Propter quod in Ecclesiastico decimoquarto scribitur Beatus vir qui non est lapsus in verbo ex ore suo. [sed

1.Pet.4 qui bonus est ad ædificationem fidei] ,id est,sermo vtilis ad ædificandum fidem in alio proferatur a vobis, non qualitercunque , sed cum debetis circumstantijs, scilicet [vt det gratiā audientibus] id est, proficiat coru sa

luti, sicq; per occasionē p̄stet seu augeat gr̄am dei ī eis. [Et nolite contristare spiritum sanctum dei] id est, non ita per inobedientiam vestram offendatis spiritum sanctum, vt per modum contristari se habeat, vel alios bonos propter vestram peruersitatem ad contristandum seu colendum inducat. Quamuis enim spiritus sanctus sit verus & incommutabilis deus, ei tamen ascribitur quod ipse in hominibus operatur, iuxta quem sensum fertur pro nobis orare gemitibus inenarrabilibus.

Per modum quoque contristati se habet, dum a nostris cordibus per peccata fugatur, iuxta illud Sapientiæ capite primo. Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quæ sunt sine intellectu.

Penes hunc sensum in Esaia capite sexagesimotertio scribitur. Afflixerunt spiritum sancti eius. Translatio septuaginta interpretum habet, Afflixerunt spiritum sanctum eius. [in quo signati], id est, cuius virtute & gratia a reprobis separati distinctique estis [in die redemptionis] id est, conuersionis [vel baptismatis vestri. Vel, in die redemptionis, id est, dominicæ passionis, quia tunc facta est signatio ista quantum ad meritū eius ex parte CHRISTI qui tunc omnibus sufficiēter, electis vero efficiēter, p̄meruit gratiā vere salutis. [Omnis amaritudo] cordis, sermonis & operis [& ira] per vitium [& indignatio] procedens ex ira atque superbia [& clamor], id est, sermo impetuosus, vel irrationabilis eleuatio vocis [& blasphemia] contra deum & sanctos [tollatur a vobis] vel per anticipationem, vel per correctionem, gratia dei vestris studijs ac precibus auxiliante. Act. 1. Eph. 4 Esaiæ. 5

¶ Non est enim volentis, neque currentis, sed dei miserentis. [cum omni malitia] id est, cum cæteris vitijs, vt habeatis cor mundum. Nam si quis totam legem impleuerit, offendat autem in vno factus est omniū reus. Nempe (vt ait AMBROSIVS) in seruo dei omnia debent bona videri, ne puritas Leuit. 24

eius ex aliqua parte maculetur. Hæc ergo vitanda sunt vicia. Vnde de amaritudinis euitatione scriptum est. Non sit inter vos radix germinans fel & amaritudinē.
Eccl.7 Et alibi iterum. Nō est sensus vbi abundat amaritudo. De ira vero scriptum est apud Ecclesia. Ne sis velox ad irascendum, quoniā ira in sinu stulti requiescit. Cui cōsonat illd̄ Iob: Virum stultū interfecit iracundia. Et alibi legit̄: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor. Spiritum autem ad irascendum facilem quis poterit sustinere? De indignatiōe q̄q; Salomon ait: Qui ad
Pro.29 īdignationē ī facilis est, erit ad peccatata ꝓcliuior [Estote autem inuicē benigni] mutuo subueniendo [misericordes] cordialiter compatiendo. Beati em̄ misericordes, qm̄ ipsi misericordiā consequentur. Et iterū in Prouer. scribitur. Per misericordiam & fidem purgantur pctā
Mar.11 [donātes inuicē,] .i. mutuas offensas penitus remittentes [sicut & de⁹] pr̄ vel trinitas [ī Chr̄o] .i. merito Chr̄i [donauit nobis] .i. pie indulsit. Propterea ipse ait saluator: Si non dimiseritis, nec pr̄ vester qui in cœlis est dimittet vobis peccata vestra.

¶Expositio Cap. V. Estote ergo imitatores dei. Art. V.

PRosequitur demum Apl̄s in pręcedente capi. cœptā īstructionē moralē, & ait: [Estote ergo] .i. quoniā deus in Christo nobis donauit, iccirco estote [imitatores dei] .i. diuinæ pietati cōformate vosipsos, offensoribus vestris parcendo, benefaciendo, omnesq; diligendo [sicut filij mei spirituales, vel
Deut.32. filij dei adoptiui [charissimi] .i. valde dilecti, pro quib⁹ pater vnigenitum suū misit & dedit, filius mortē sustinuit, spiritus sanctus seipsū copiosissime infudit. Hoc est quod in euangelio docet pręcipitq; saluator: Diligite inimicos vr̄os, benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vr̄i q ī cęlis est, qui solē suū oriri facit sup bonos & malos. Assimilari autem creatori est summa ꝑfectio creaturę, si tamē assimilatio fuerit ordinata, nō vsurpata [& ābulate in dilectiōe] dei ac ꝓximi, chari-

tatiue viuendo, iuxta illud, Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Vnde iam subdit, [sicut & Christus dilexit nos]. i. taliter vtputa pure ac spiritualiter, q̃uis nõ æqualiter [& tradidit semetip̃m pro nobis oblationem] pacificam [& hostiã] pro peccato in ara crucis [deo] patri vel trinitati, id est, ad gloriã eius: & vt ei pro nobis satisfaceret [in odorẽ suauitatis] id est, in suauẽ odorẽ, videlicet ĩ holocaustum acceptissimum at q̃ gratissimum deo. Maxime enim placuit deo oblatio Christi ex parte patientis, non ex parte inferentis. Nam ex parte patientis, mors illa erat p̃fissima, & ex summa charitate assumpta, sed ex parte inferentis, crudelissima erat, sacrilega & displicẽtissima deo. Fornicatio autem simplex [& omnis immundicia]. i. alia quælibet luxuriæ species [aut auaricia]. i. inordinatus tẽporalium appetitus [nec nominetur] id est nõ solum nõ sit, sed nec exprimatur [ĩ vobis]. i. a vobis, seu inter vos [sicut decet sanctos] esse sine taliũ nominatione [aut turpitudo]. i. indecentia in oculis & amplexibus [aut stultiloquium] sicut est adulatio [aut scurrilitas]. i. ioculari tas risum concitans [quæ ad rem non pertinet]. i. saluti non p̃ficit. Horum nullũ nominetur aut si vobis [sed magis gratiarum actio] a vobis domino persoluat̃. Per hoc docet Apostolus, q̃ longe debeãt esse magna peccata ab his qui student perfectioni. [Hoc em̃ scitote intelligentes]. i. sacram scripturam sapienter pensantes [q̃ omnis fornicator]. i. cum soluta concumbẽs [aut immũdus]. i. aliud aliquod luxuriæ genus exercens, vt est stuprum, incestus, adulterium [aut auarus quod est idolorum seruitus]. i. cuius iniquitas idolatrię cõparat̃, eo q̃ sicut idolatra idola colit magis q̃ deũ verũ, ita auarus potius adhęret argento & auro, q̃ deo, magisq̃ confiditi eis, q̃ ĩ domino. Propter quod ĩ Ecclesiastico legit Auaro nihil est sceleti9, & nihil est iniquius q̃ amare pecuniam [non habet hęreditatem]. i. beatam possessionẽ, seu paratam fœlicitatẽ [ĩ regno dei & Christi] quod est vnũ regnũ, qa nec mõ p̃tinet ad filios ecclesiæ militan

Iohan. 15.

Gen. 2.

Hebr. vlti.

1. Iohan. 3.

1. Cor. 15.

tis per gratiã gratificantẽ, nec postmodũ pertinebit ad ciues ecclesiæ triumphãtis per gloriã. Non enim intrabit in illã aliquid coinquinatũ: nisi qui scripti fuerint in libro vitæ agni. Et esaias ait, Tollatur impi⁹, ne videat gloriam dei. [Nemo vos seducat inanibus verbis].i.coloratis sermonibus, apparentibus argumentis, friuolis ꝓmissionibus, prouidentiam dei negando, vel impunitatem ex diuina misericordia ꝓmittendo, seu longam
Sup. cap. 4. vitam spondendo. [Propter hæc em̃].i. ꝓpter horum inanium verborum prolationem, seductionem seu credulitatem, [venit ira].i.vltio [dei in filios diffidẽtię].i. in homines desperantes de vita futura seu pręmiatione
Eccle. 13. diuina. [Nolite ergo effici participes eorum] sic diffidentium.i.nec affectu, nec opere, nec q̃ auxilio cõforme mini eis. Digni quippe sunt morte, nõ solũ qui faciunt sed etiã qui consentiunt. Nam & qui tetigerit picem, inquinatur. [Eratis enim aliquãdo] dum mundo & cõcupiscentijs inhæsistis [tenebræ].i.tãta vitiorũ caligine, cordis cæcitate, & ignorãtię tenebris inuoluti, vt nõ solũ tenebrosi, sed etiã tenebrę fuisse dicamini [nũc aũt] quando ad deum conuersi estis, facti estis [lux].i.spiritualiter illuminati [in domino].i.veritate & gratia dei,
Philip. 2. Id circo [vt filij lucis ambulate].i.pure, honeste, ac religiose cõuersemini, sicut ad filios lucis pertinet.i.ad filios dei, qui est lux æterna & increata, iuxta illud Iohannis, Erat lux vera. Vel per lucẽ intelligitur splẽdor seu claritas gratię, cuius filij sunt omnes qui gratiã habẽt.
Iohan. 12. Vnde ait saluator. Dum lucem habetis, credite in lucẽ, vt filij lucis sitis. Merito autem sic debetis ambulare. [Fructus enim lucis].i.operatio gratię, vel opus placitum luci ęternę [est] viuere [in omni bonitate].i.interna
Gal. 6. virtute ac pietate, quo ad seipsum [& iusticia] id est, in iusta actione, quãtũ ad proximum [& veritate] quãtũ ad deum ei veraciter ministrando [probantes,] id est, prudenter inuestigantes, vel rationabiliter discernentes [quid sit beneplacitum deo] vt illud semper agatis, & quę displicent deo, vitetis. Vnde apud hieremiã ca.

decimoquinto dominus: Si separaueris, inq̃t, pręciosũ a vili, quasi os meum eris. [Et nolite comunicare] consentiendo vel cooperando [operib⁹ infructosis]. i. vacuis a fructu spirituali [tenebrarum]. i. malorũ habitũ seu hominum mentibus obscuratorum [magis autem redarguite]. i. iterum atq; iterũ corripite, si sit spes de emendatione, & maxime si a vestram pertineant curam qui peccant. Omnes tãmẽ ad correctionem fraternam iure charitatis aliquo modo tenẽtur. His ergo duobus modis secundum Augustinum, non te maculat mal⁹, si nõ cõsentis, & si redarguis. Quoniam enim parum est non consentire, iũgit Apostolus quod maius est. magis autẽ redarguite. Propter quod ait saluator: Si peccauerit in te frater tuus. i. te sciente, vade & corrige eũ inter te & ipsum solum &c. Consequenter ostendit quare non debeam⁹ cõmunicare operibus impiorum. Quę em̃ in occulto]. id est, in locis absconditis [fiunt ab eis] prędictis excęcatis hominibus, humanum potius q̃ diuinum conspectum timentibus [turpe est dicere] quanto magis facere? [Omnia autem quęarguuntur] id est, opera quę reprehenduntur [alumine manifestantur] idest, per veram locutionẽ, slpẽdidãq; doctrinam increpantis innotescũt esse digna reprobatione, nec vltra valent latere quẽadmodũ ad Timotheum habetur. Insipiẽtia illorũ omnibus manifesta erit. [Omne em̃ quod manifestat̃] hoc modo per increpationem vel humilẽ peccantis cõfessionem [lumen est]. i. clarũ: certũ ac notũ. Vel lumẽ est i. spirituali luce perfundit̃, dum ĩ publicum ducit̃. His consonat verbũ xp̃i. Omnis qui male agit, odit lucẽ, & nõ venit ad lucẽ, vt non arguãtur opera ei⁹. Qui autẽ facit veritatẽ, venit ad lucẽ, vt manifestẽtur opera eius, quia ĩ deo sunt facta. [Propter qđ] videlicet qm̃ lumẽ est qđ manifestatur [dicit] spũs sanctus ꝑ me. Surge a vitijs ꝑ pœnitẽtiã [qui dormis]. i. ĩ ignauia tua qe scis [& exurge] per opera pœnitentialia [a mortuis], i. de societate impœnitentium spũaliter mortuorum [& illuminabit]. i. radium sapiẽtię & lumẽ discretionis tri-

Eccle. 17.

Matth. 18.

Prouer. 28.

buet [tibi Chris] iuxta illud Esaiæ. 58. Requiem dabit tibi dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, si glorificaueris dominum, dum nō facis vias tuas Vnde Miche. 8. Cum sedero, inquit, i tenebris dominꝰ lux mea est, & deducet me dominus in lucem, & vide-
EPISTO. bo iusticiam eius. [Videte itaq; fratres] .i. oculo intellectuali pensate [quō caute ambuletis,] .i. vigilātet & custodite viuatis, occasiones peccati vitando, atq; in arcta via quę ducit ad vitam cum omni circumspectione progrediendo, vt impleatis quod a sapiente dicitur. Omni custodia custodi cor tuum. Et quod rursus idē ait. In ti-
Prou. 3. more domini esto tota die, & habebis sdē in nouissimo [nō quasi insipientes] .i. sola temporalia atq; prēsentia bona seu mala considerantes [sed vt sapientes] in cognitione diuinorū .i. discreti ac prouidi, cęlestibus bonis semper intenti [redimentes] .i. ab infructuosis occupationibꝰ expedientes [tempus] vitę p̄sentis .i. certas horas ad va-
1. Cor. 10. candum deo aptantes. Vel, redimentes tempus .i. tēpora, quę infructuose expendistis reparantes per fructuosissimam occupationem temporis p̄sentis atq; restantis, q uatenus priores negligentias & impietates recōpē setis per ardentissimam conuersationem temporis nondum elapsi quo estis victuri, ne inter impios nūeremini de quibus canit psalmographus: Viri sanguinū & dolo si non dimicabunt dies suos [qm̄ dies mali sūt] .i. aduersitatibus, periculis atq; malicijs pleni. Non q̄ dies in se mali sūt, sed quia hęc mala insunt hominibꝰ in diebus hęculi huius viuentibus. Scriptura em̄ tempori ea ascribit quę fiūt in tempore, quemadmodum Macha. 1. inducit Videns Ionathas quia tempus eum iuuat Hinc enī saluator: Sufficit, inquit, dei malicia sua. Et in Gene. Iacob asseruit: Dies peregrinationis meæ mali & parui. [Propterea nolite fieri imprudentes [sola sensibilia & temporalia ponderando [sed intelligētes quę sit voluntas dei] .i. hoc diligentissime inquiratis quid placeat deo, vt illū semper agatis. [Et nolite inebriari vino in quo est luxuria] causaliter quia calorem auget, atq; libidinem con-

citat. Venter enim vino ęstuans, cito ſpumat in libidinē: iuxta Hieronymū. Vnde ſapiens dicit Luxurioſa res vinum, & tumultuoſa ebrietas, qui his delectatur, non erit ſapiens. Rurſuſq;, q̄ ſufficiens eſt homini eruditovi num exiguum [ſed implemini ſpiritu ſancto] id eſt ita viuatis & corda veſtra ſic occupetis vt in gratia ſpirit⁹ ſancti ꝓficiatis quotidie. Deus enim vnicuiq; influit, ſecundum quod ſe diſponit aut capax efficitur [loquen Roma.12 tes vobiſmetipſis] id eſt mutuo exhortantes voſipſos [ī pſalmis] ad bene operandum hortantibus [& hymnis] ad dei laudem ſpectantibus [& canticis ſpiritualibus] quæ de gaudijs futuris cōmemorant [cantantes & pſal Pſal.80. lentes in cordibus veſtris] id eſt ſilenter in anima. Vel, in cordibus veſtris. i. cum cordiali intentione & ex mē tali affectu, [domino] deo altiſſimo, quē decet hymn⁹, laus, honor & gloria [gratias agentes ſemper]. i. quali bet hora conuenienti ac debita [pro omnibus] beneficijs dei. Vel, pro omnibus hominibus beneficia diuina ſorti tis, omnium ſaluti congratulando [in nomine] nomina to [domini noſtri Ieſu Chriſti] id eſt in ipſo Chriſto, vi delicet ad laudē & gloriam eius, Vel certe per eū [deo & patri] id eſt patri ęterno. Qui eſt deus ratione creatio nis, pater q̄ Chriſti naturalis & pater noſter adoptatiu⁹ Roma,5. [ſubiecti inuicē] ex debito obedientię vel ex cōdecētia militatis & charitatis [in timore dei] caſto ac filiali. Prę lati em̄ per humilitatē & charitatem ſubdunt ſe inferio FINIS. ribus, ſubditi vero ex debito obedientię ſubꝯciunt̄ pla tis. Cęteri omnes cōmuniter ſe inuicem honorare prę ferreq; habent, iuxta illud quod dictū eſt. Honore inui Matth.10 cem p̄uenientes. Propter q̄d Chriſtus teſtatur, Qui ma ior eſt veſtrum, ſit veſter miniſter. Et iterū legitur. q̄to maior es, humilia te ī oīb⁹. Prętera generalibus exhor tationibus poſitis, deſcendit ap̄s ad particulares perſo nas, dicendo, [Mulier viris ſuis ſubditę ſint in licitis & honeſtis [ſicut dño]. i. ſicut dño ſubditur ſeru⁹ [q̄m vir caput]. i. ſuperior [eſt mulieris]. i. perfectior atq; diſcre tior ea cōmuniter. Et dñs p̄tulit virum fœminę dicens

Esa.12. Psalm. 67. ad eam. Subviri potestate eris, & ipse dominabit tui [sicut & xps caput]. i. rector ac princeps [est ecclesiæ Ipse] Christus existes [saluator corporis eius]. i. ecclesiæ quæ est mysticū corpus xpi [Sed sicut ecclesia]. i. fidelium sancta collectio [subiecta est Christo] fide & opere [ita & mulieres viris suis in omnibus] bonis sint subditæ. Sciendum tamē q̄ subiectio mulieris sub viro nō est in oib⁹ similis subiectioni ancillæ aut serui, cū ipsa sit socia viri & vna caro cū eo, facta nō de capite aut pedibus sed de latere viri, quasi similis ei, & iuxta latus eius ponenda. [Viri diligite vxores vras] nō carnali & fœdo, sed ordinato ac spūali amore [sicut & Christus dilexit ecclesiā & seipsum tradidit] in mortē [p ea]. i. p eius salute [vt illā sanctificaret]. i. virtutibus adornaret [mundans eā] primo. i. avitꝫs purgās [lauacro aque]. i. intinctiōe seu lotione in aqua baptismatis. Lauacro inq̄ facto i verbo vitę. i. sub debita forma verborum, quibus hoc sacramentum ex Christi institutiōe perficit. Accedit quippe verbū ad elemētū, & fit sacramentū, in quo, verbū est formale ac principale, elemētum vero est materiale [vt exhiberet]. i. representaret vel faceret ipse Christus sponsus cœlestis [sibi]. i. ad suū honorē, secundū quod deus est, in p̄senti sæculo inchoatiue, in futuro autē completiue [gloriosam]. i. charitate scientię atq̄ virtutum splendoribus refulgentem [non habentem maculam]. i. peccatum mortale apertū [aut rugā]. i. peccatum mortale occultum, sed mundam ac simplicem [aut aliud huiusmodi] criminale habentem, sed vt sit sancta in interioribus, & immaculata in exterioribus. Ita viri debent diligere vxores suas vt corpora sua, quia sunt vna caro. Si autem sumatur corpus pro parte hominis materiali, sic viri magis tenentur diligere vxores, suas, quam corpora propria. Si vero sumatur corpus pro toto compositō, minus diligendę sunt vxores, Ideo similitudo est quantum ad aliquid: non absolute in omnibus, Porro de hac Christi gloriosa & illibata ecclesia scriptū est in Apocalypsi. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalē descē-

Roma.6. Math. vlti.

dentem de cœlo a deo paratam quasi sponsam ornatam viro suo. Et rursus. Quia venerūt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Item cp. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius coronę stellarum duodecim. De qua etiā intelligēdum est Esaiæ. Surge, illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. [Qui suam vxorem diligit seipsum diligit] tanta est vnitas vtriusque. Sunt nāque duo in carne vna. Merito itaque debet homo vxorem suā diligere. [Nemo em̄] id est nullus rationabiliter & humane se habēs [nunquā carnem suam odit habuit] vel simpliciter. Nemo inquā carnem suam odio habuit, quia vel dilectione naturali amore carnali vel charitate infusa ad eam afficitur. Nā & qui se ipsos occidunt carnem suam amasse probant̄, quam ideo perimunt, vt breui tormento longa euadant presentis vitæ supplicia [sed nutrit] victu & fouet eam vestitu sicut & Christus ecclesiam nutrit, sacramento altaris & fouet eam vestimento salutis, quia membra sumus nos Christiani [corporis eius] id est ecclesiæ est mystícum corpus Christi. Sumus itaque membra [de carne eius & de ossibus eius] id est, eiusdem naturæ existentes, cū Christo homine. Vel hoc ideo dicitur, quia fidelium qui a Christo instituti sunt, quidam puta infirmi, dicuntur de carne Christi quæ ante passionem erat infirma, quoniam indigent a fortibus sustentari, quemadmodum caro sustentatur ab ossibus. Alij scilicet fortes atque perfecti, dicuntur de ossibus Christi propter constantiam, & dominicæ passionis ac patientiæ imitationem [Propter hoc] id est, ad designandum dilectionem ac vnitatem Christi atq; ecclesiæ, scriptum est in Genesi [relinquet homo]. i. maritus patrem suū & matrem suā id est carnales parentes quātū ad cohabitationem localē, & adhęrebit vxori suæ habitando, cōuescēdo & dormiendo cū ea & erunt duo suppolita scilicet maritus & coniunx [in carne vna]. id est in vno carnali commercio per seminis propagationē. Vel dicūtur duo

Esaiæ. 61.

Genē. 1.

Eccle. 23.

Iohan. 1.

Prouer. 16.

in carne vna, quoniam nullus eorū ꝓpriæ carnis habet poteſtatem, & ꝓpter cōmunionem præcipuā vna caro reputantur. Vnde dicit ſaluator, Itaq; iam nō ſunt duo ſed vna caro. Conſequēter ponit Apoſtol⁹ myſticum ſenſum ſcripturę de matrimonio allegatę [Sacramentū hoc]. i. ſacrū ſignū iſtud in cōiugio ꝓnunciatū [magnū
Matth.19 eſt]. i. manę rei ſignificatiuū [Ego autē dico]. i. ſignum iſtud expono impletū q; aſſero [in Chriſto & in eccleſia] i. in ſpirituali deſponſatione inter Chriſtū & eccleſiā facta, quando videlicet verbum caro factum eſt: & noſtram naturam aſſumēs, oſtēdit quātū dilexit nos: cum
Iohan.1. quibus idem fieri voluit. Matrimoniū ergo ſeu coniugium: magnum eſt ſacramentū, ꝓpter ſignificantiā cō iunctionis Chriſti & eccleſiæ, in qua etiam Chriſt⁹ quo dāmodo patrem reliquiſſe videtur, non ſimpliciter, cū ęternaliter ſit in ſinu, imo in corde patris, ſed ſecundū apparentiam quandam ratione incarnationis. Sic enim de nouo apparuit mundo ad coniungendū ſibi eccleſiā
Iohan.10. tāquā ſpōſam. Propter quod ait, Exiui a patre, & veni in mundum. Et Pſalmiſta: Ipſe, inquit, tanquā ſponſus procedens de thalamo ſuo. A ſummo cęlo egreſſio ei⁹. Matrem quoq; ſuam. i. ſynagogam Chriſtus reliquit & & adhęſit vxori ſuę. i. gentilitati conuerſę, quā ipſe ſpiritualiter viſitat & fœcundat. [Verūtamen]. i. quāuis prædicta de coniugio, myſtice intelligātur de Chriſto nihilominus [& vos ſinguli] hoc eſt, vnuſquiſq; veſtrū coniugem habens [ſuam vxorem ſicut ſeipſum diligat, Vxor autem timeat virum] id eſt in reuerentia habeat eum, & caſto timore formidet ne eum offendat.

¶Elucidatio. Cap. ſexti, Filij obedite parentibus. Arti. VI.

Col.3. POſt informationē cōuerſatiōis habēdę inter virū & cōiugē: ponit informatio cōuerſationis debitę inter parētes & filios. [Filij obedite parētib⁹ veſtris] carnalib⁹ [i dño]. i. ſecundū voluntatem diuinā, videlicet ilicitis & honeſtis atq; ex aio. ſ. prompte, reuerenter & amoroſe. [Hoc enī iuſtū eſt] iure na-

turali, diuino & humano, imo magistris, dñs & parẽti bus, nõ põt reddi ęquiualens iuxta philosophum. [Honor a patrẽ tuũ & matrẽ tuã]. Vñ apud Malach. habet. Filius honorat patrẽ suũ, & seruus timet dñm suũ. Honorare ergo debem⁹ parentes, reuerentiã impẽdendo, & necessaria, si indigeãt, ministrãdo. Sunt em̃ principium nr̃m. Propter q̃d in Eccl. legit: Quammalę famæ est, qui relinquit patrẽ: &, maledictus a deo q̃ exasperat matrẽ [quod est mandatũ] diuinũ in Exo. scriptum [primũ in promissiõe]. i. primũ cui mercedis additur ꝓmissio. Decalogus autem pręceptorũ ad duo pręcepta ꝑtinet charitatis. Tria enim in prĩa tabula scripta respiciũt præceptũ charitatis dei. Alia septẽ in scđa tabula scripta, cõcernunt pręceptũ charitatis proximi. Inter quę pręceptũ de honoratione parentũ pręcedit. cui annectitur merces quę subditur [vt bene sit tibi [in spiritualibus ac temporalibus [vt sis longęuus sup̄ terrrã]. i. ęternaliter habites in terra viuentiũ. Ad lr̃am tamẽ hoc dictũ videtur de prolõgatione vitę pręsentis in terra ꝑegrinationis isti⁹, seu in terra ꝓmissionis q̃tum ad populum Israel pro tempore illo. Hoc em̃ meretur p̃ter p̃mium spũale obseruatio huius mandati scđm cõmunẽ iusticię legem, q̃uis interdũ ex diuinę dispensationis moderamine, aliter accidat. [Et patres] carnales [nolite ad iracundiã prouocare filios vr̃os] aut filias nimis rigorose & aspere procedendo cum illis [sed educate illos]. i. fouete & necessaria ꝓuidete non solũ carnaliter sed [in disciplina] morali [& correptione dñi]. i. iusta correctione, quẽ admodũ scriptũ est: Qui parcit ꝟgæ odit filium suum: qui autẽ diligit illum, instanter erudit Rursusq; Salo. Stultitia, inq̃t, colligata est ĩ corde pueri & virga disciplinæ fugabit eam. Hinc etiam in Eccle. legit. Qui diligit filiũ suũ, assiduat illi flagella. Certum est aũt hęc q̃q; ad spũales pr̃es ac filios ꝑtinere. Patet ꝟo ex his, ꝙ parẽtes tenent filiis in trib⁹, q̃sũt necessariorũ ꝓuisio, instructio & correctio. Cõsequenter ĩtroducit exhortatio conuersationis inter seruum & dñm.

Aristot.

Eccl. 3.

Exod. 20.

p̃s. 142

Col. 3.

Prou. 22.

Ro.6. [Serui obedite dominis carnalibus].i.temporalibus,& sensualitatem sectantibus. Et per consequens multo plꝰ obedtendum est dominis spūalibus et honestis[cū timore]animæ[& tremore]corporis[in simplicitate cordis vestri].i.sñ simulatione[sicut Christo]seruiendū ē,iuxta illud psa. Seruite domiuo cū timore,& exultate ei cū tremore. Seruitus enim hæc propter peccatū ex diuina ordinatione inflicta est in pœnam peccati,iccirco patiēter ferenda est tanꝙ purgatorium viciorum, exerciuūq; virtutū[non ad oculū seruientes].i.solum in pñtia hominum[quasi hominibus placentes].i.humanum fauorem duntaxat optantes[sed vt serui Christi, faciētes voluntatē dei].i.diuinis mandatis obtemperantes[ex animo].i.prōpto affectu,sic sitis [cum bona volūtate] videlicet conformando vīm affectum dispositioni diuinę[seruientes]dominis carnalibꝰ[sicut domino]deo altissimo[& non]sicut[hominibus]tantum.i.cū reuerentia & tremore ac cordis simplicitate[scientes quoniam vnusquisq; quod fecerit bonum hoc percipiet a domino].i.pro illo pręmiū iustum habebit a deo,qui nul-
Gal.3. lum bonū deserit irremuneratum[siue]sit seruus siue liber.' Seruitutis enim conditio seu libertas non tollunt præmiationem diuinæ iusticię.[Et vos domini eadem facite illis]id est,tam benigni estote seruis vestris,quam fideles fuerint vobis,iuxta illud Ecclesia. Seruus fidelis sit tibi quasi anima tua,& quasi fratrē tracta illum[remittens minas]id est pœnas cōminatas nō inferentes,si tamen frui pœnite aut vel raro seu parum offenderint. Vnde iterū in Eccle.scribitur, Ne ledas seruū in veritate operantē. Porro si serui rebelles aut duri consistant,
Eccl.33. agendū est quod rursus in Eccle.ferī. Cibaria & virga & onus asino,panis & disciplina & opus seruo. Itēq; Seruū inclinēt opatiōes assiduę scientes nos dñi qa illo rū seruorū & vī dñs est i cœlis,& psonarū acceptio nō est apd deū. Idcirco timete,qm eadē mēsura,qua mēsi fueritis rematietur vobis. Qualē ergo vultis vobis esse cœlestē dūm:iudicēq; ęternam,tales exhibere vosipsos

seruis ac subditis vris. ¶Post specialia iussa & certarū exhortationē personarū redit Apostolus ad instructionē cōmunem cunctorum fideliū. [De cætero] .i. insup & tpe adhuc restante [fratres confortamini in dño] .i. spūale robur a deo adipisci studete, & contra impugnationes mūdi, carnis atq; diaboli roboretur cor vestrum in dño. i. in gra eius, & in certa fiducia diuini auxilij [& in potentia virtutis eius] .i. in ptāte dei, innitendo semp diuinæ potentiæ, nō pprijs viribus. Vel in potētia virtutis. i. in efficacia fortitudine a deo infusa, q̄ animū roborat in aduersis. Ad hāc confortationē monet nos dns in lib. Iosue. 1. Confortare, & esto robustꝰ valde. Noli metuere, qm̄ tecum est dns deꝰ tuus. Sic aūt confortanē, qui toto corde sperāt ī dño, iuxta illd Sap. Turris fortissima nomen dni, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. [Induite vos armaturam dei] .i. virtutibus interiora vestra vestite, videlicet intellectum prudētia volūtatē iusticia, sensitiuū appetitum cæteris virtutibꝰ moralibus. Hæc enim sunt arma spūalia a deo fabricata ac data, quibus anima contra omnia nocumenta munitur [vt possitis stare] .i. fortiter dimicare ac prævalere [aduersus insidias] .i. occultas machinatiões [diaboli] q̄ se frequēter trāsfigurat inā gelū lucis sub specie boni multa mala pponēs. D enicq; (vt Leo papa testat) omniū discutit mores, ventilat curas, scrutatur affectꝰ, & ibi quērit causas nocendi vbi quēquā viderit studiosiꝰ occupari. [Qm̄ non est nobis colluctatio] principalis aut sola [aduersus carnē & sanguinē] id est, homines carnales ac fragiles seu vitia carnis. Vñ domínꝰ Genesis cap. 6. ait: Non pmanebit spūs meus in hoīe in ęternū, quia caro est. Et in euangelio Matthęi capite decimono. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Veruntamen graue bellum habemus contra carnem & sanguinem, id ē, mundum, & cōcupiscentias carnis. Bellum vero quod contra hostes inuisibiles habemus, periculosissimum est atque grauissimum. De quibus subiungitur [sed aduersus principes & potestates,] id est, angelos

EPISTO

1. Pet. vlt.

Pro. 18

Arma spūalia & spūm

apostatas seu dæmones, qui erant ante lapsū suum de ordinibus principatuū & potestatum. De oībus em̄ angelorum ordinibus quidam cecidisse creduntur, qui omnes iam per principatus & potestates signantur ita ꝙ nomine principatuum designantur dæmones inferiores, nomine autem potestatum superiores, quibus inferiores obediunt homines ipugnando. Est em̄ in dæmonibus prælatio quędā eo ꝙ oēs concordes sint in desiderio nocendi hoibus. [aduersus mūdi rectores]. i. contra prędictos inuisibiles hostes hominū sæcularium dī rectores ac principes. Homines em̄ iniqui dæmonum voluntati obediunt, & ab ipsis captiui tenentur, ac vndiqꝫ circumferuntur sicut serui a dominis. Et ne qs p mūdum putaret significari machinam mundialē quasi diabolus creator & rector esset mundi sensibilis (sicut Manichęi dixerunt) ob id seipsum exponens Apostolus subdidit [tenebraru m harum]. i. hominum obtenebratorum. Vnde pauloante inductum est. Fuistis aliqñ tenebrę. Hoc modo mūdus frequēter accipit in scriptu ris, sicut cū dicit. Mūdus cū non cognouit. Et, mūdus in maligno positus est. Et, non estis de mundo [contra spūalia nequitię]. i. agmina dęmonum nequitijs plena habitantia [in cœlestibus]. i. in aere caliginoso, in q̄ dæmones cōplures vsqꝫ ad diem iudicij volitant. Aer autē sæpiꝰ cœlum vocatur. Hinc nanqꝫ dicunt volucres cœli, qui asseruntur volare in cœlo. i. in aere. Vnde & dęmones significant p volucres cœli, vbi ait Saluator. Semen cecidit cecus viam, & volucres cœli comederunt illud. [Propterea] . i. quia tam arduum prælium imminet vobis [accipite armaturam dei] . i. virtutes & opera virtuosa quibus demones repelluntur. De q̄bus armis Iob ait: Iusticia indutus sum, & vestiui me ea sicut vestimento, & diademate iudicio meo [vt possitis resistere] diabolo, q tanq̄ leo rugiens circuit quærens quem deuoret [in die malo]. i. tempore tentationis & aduersitatis [& in omnibus] prosperis & aduersis [perfecti state] ruinam vitando peccati, ita vt

1. Io. 3.

Sup. ca. 5.

Io. 1

Mat. 13 Luc. 8.

nec prospera vos extollant, nec aduersa deiciant, sed regia semper via incedatis vt entes vtraq; manu ꝑ dextra, quatenus omnia cooperentur vobis in bonū. [State ergo] in virtutib⁹ fixi [succincti] cingulo castitatis [lumbos vestros] in quibus auget luxuria i. carnis cōcupiscentias refrenate continenter viuendo prout monet Saluator. Sint lumbi vestri præcincti. Hos lumbos præcinxit Iob. Pepigi inquens fœdus cum oculis meis, ne cogitarem quidē de virgine. Sic autem accingite lūbos [in veritate], id est, veraciter coram deo, nō simulatorie coram hoibus sicut hypocritæ [& induti loricā iustitię] .i. virtute iustitię interiora vestra munite, sicut loricā corpus tegitur ac munitur. Vnde apud Esaiam dr. Indumēto iustitię circumdedit me dominꝰ [& calceatipedes] .i. pedes corpales & etiā spūales .i. animi vri affectiones habete munitos & expeditos [in ꝓparatione euangelij pacis] .i. ad hoc vt sitis parati annunciare vel adimplere euangelicam doctrinam, in qua pacificatio nostra cū deo describitur, & per cuiꝰ obseruantiā verā pacem fortimur. iuxta illud in Psalmo. Pax multa diligentibus legem tuam [in omnibus] spiritualibus pugnis seu tentamentis [sumentes scutum fidei] .i. ipsā fidem pro scuto arripite, ꝙ tutem & actum fidei opponentes suggestionibus dęmonis, puta futura tormenta inferni, sempiterna gaudia cœli, metuendum iudicium dei, quę omnia cadunt sub fide. Per quorum vtiq; consideratiōē omnia tentamenta vincunt. Ideo subditur [in quo] scuto [possitis omnia tela nequissimi ignea] .i. impugnationes acres ac feruidas pessimi tentatoris [extinguere] .i. reprimere. Propter quod Petrꝰ ait: Aduersarius vester diabolus circuit, cui resistite fortes in fide [Et galeam salutis assumite] .i. spem futurę felicitatis seu charitatem menti vestrę superponite. vt contra ꝓsentium bonorum blandimenta, spe futurorum atque diuino amore armemini [& gladium spiritus] .i. a spiritusancto datum spiritui vestro [quod est verbū dei] id est, sermo sacrę scripturę, qui penetrat intima ani-

Sap. 5.

ps. 16.

ps. 118.

mę, & vitia resecat, atq; a mundo animam diuidit sicut materialis gladius penetrat corpus. De hoc gladio
Mat.10. spūali ait Saluator: Nō veni pacē mittere, sed gladium
Ps.44 Et psalmista. Accingere gladio tuo sup femur tuū potentissime. Sed quia hęc oia ex diuino auxilio manant, atq; p gratiā cō feruntur deuote orantibus. Ideo subditur [p oēm orationem] .i. p dicta implete deū inuocando p omnem .i. p fectam orationem. Est aūt oratio, simplex petitio, obsecratio ꝙo est petitio cū adiuratiōe seu cōmemoratione rei sacrę sicut cum dicimus, Per incarnationē tuā libera nos dñe. De qua nunc sequtur [& obsecratiōnē] quę etiam proprie est respectu difficilium
Eccl.18 [orantes omni tpe] .i. singulis horis deputatis & debitis vel congruis ad orandum, quēadmodū in Ecclesia
Luc.18 stico habet. Non ipediaris sp orare. Vnde & saluator. Oportet, inquit, sp orare, & non deficere [in spū] .i. cū deuotionis affectu, seu attentione mentali. Spūs eē est deus, & eos qui adorant, in spū & veritate oportet [ut ipso vigilantes] .id est, soliciti atque feruentes [in omni instantia], id est, conamine quo actibus virtuosis insistitur [& obsecratione] fusa [p omnibus sanctis] viatoribus vt pseuerent, p ficiant q; in bonis. [& p me vt det mihi sermo in aptione oris mei] .i. quatenus spūs sanct⁹
ps.80. mentem illuminet, ita vt mox dum os meum ad loquen
Luc.21. dum aperio, infundatur mihi a deo, quid loq expediat
Act.4 sicut & deus promisit in psalmo: Dilata os tuū, & implebo illud. Et itē in euangelio. Ego dabo vobis os & sapientiam [cū fiducia] .i. secure ac libere [notum facere mysterium euangelij] .i. sacrū secretum euangelicę legis, videlicet Christi incarnationem & cętera eius mysteria Ponit eē singulare p plurali [pro quo] euangelio prę dicando [legatiōe fungor] .i. a Chro destinatus sū nūc Romæ existens [in catena] .i. in vinculis [ita] legatio
Act.18. ne fungor & vinculis stringor [vt] nihilominus [in ipso] .i. per gratiam Christi [audeam] fiducialiter [prout oportet me] .i. sicut commissum est mihi [loqui] [euangelica mysteria p dicando. ¶ Consequēter oñdit apo

stolus dilectionē suā ad Ephe. insinuando eis statū suū, quēadmodū ꝑtinet ad familiares amicos. [Vt aūt & vos sciatis q̄ circa me sunt].i. q̄ mihi cōtingunt [qd agam] in tot ꝑsecutionibus [omnia] hæc [nota vobis faciet].i. ore tenus reserabit [Tyticus] diaconus lator p̄sētis epl̄ę [charissim⁹ frater] nr̄ spūalis [& fidelis ministerin dn̄o].i. secūdū volūtatē & gratiā dei. Vel in domino.i. in his q̄ dei sunt. [quē misi ad vos in hoc ipsum .i. ꝓpter hanc causā [vt cognoscatis] ex eius veridica relatione [q̄ circa nos sunt].i. ꝓspera & aduersa q̄ accidunt nobis. [& cōsolet̄ corda vr̄a] de mei captione & catenatione dolentia. Porro vt finis epl̄ęcōcordet principio, addit. [Pax] sit [fr̄ibus].i. fidelibus, q̄ noīe sorores q̄q̄ intelligūt̄ [& charitas cū fide].i. charitas & fides det̄ vobis [a deo pr̄e nr̄o].i. pr̄e ęterno [& dn̄o iesu Chr̄o] filio pr̄is, qbus expressis intelligit̄ spūssctūs. [Gratia] dei, gratificās & finalis sit [cū oīb⁹ q diligunt dn̄m nr̄m iesū Chr̄m] Qd̄ ꝟo subiungit̄ [in īcorruptione] referri pōt ad nomē gr̄ę. Eritq̄ sensus. Gr̄a sit cū eis in īcorruptiōe.i. in vita ęterna. Vel ad ꝟbū, diligūt vt sit sensus. Qui diligūt Chr̄m ī incorruptione.i. ī cordis ac fidei ītegritate seu inconcussa mētis cōstātia. Sic em̄ amādus ē deus sublimis & bn̄dict⁹, Amē.

Luc.12.

Ro.2.

Act.15.

Sap.3.

IN EPISTOLAM ADPHILIPPEN. PROOEMI.

QVasi tempestas trāsiens, nō erit impius. Iust⁹ aūt q̄si fundamentum æternū. In hoc ab impio iustus distinguitur, qm̄ iustus stabili fundamēto innititur, vt pote rectę ratiōi atq̄ diuinę veritati, ideo nō cōmouet̄ neq̄ turbat̄. iuxta illd̄ Iob: Si iniquitatem quę est in manu tua abstuleris, eris stabilis. Impi⁹ aūt in nullo stabili radicat̄. Seqtur em̄ rationem errāte, voluntatē ꝑuersam, sensualitatē corruptā. Porro euangelica doctrina tendit ad hoc, vt hō stabilait̄ directe ac īmediate in deo, q̄d primo & maxīe fit ꝑ act⁹ ꝟtutū theologicarū, deīde ꝑ septē dona spūssctī. Qm̄ ergo nō minoris p̄conij ē īassūpta ꝑfectiōe fortit̄ ꝑdurare, nec tētatiōib⁹ cedere, q̄ viā ꝟtutū assumere, ītrare

Ps.118. siue incipere, ideo viri sancti & iusti prælati eos præsertim cõmendant ac diligunt, q animo in concusso persistunt in semitis mãdatorũ cœlestiũ, neq tepescũt iactibus cõsiliorũ, inter quos Philippenses, qbus nunc exponenda epla scribitur, extiterunt. Denicq Philippenses sunt Macedones qui ꝟbũ veritatis ab Apostolo audierunt & acceperũt, & in eo stabiles permanserunt, nõ recipientes falsos apos. Hos laudat Apostolus scribens eis a Roma de carcere p Epafroditũ, cum q Philippenses aliquid suę substantię transmiserunt apło. Armat itaq & pręmunit Philippẽses apls in pñti epistola contra duplex bellũ, videlicet persecutorũ & fallaciũ prædicatorũ. Procedit autẽ Apls more cõsueto, salutationẽ p̃mittendo, deiñ gras agẽdo, postea p eis orãdo eosq ad perfectionem hortando, sicut patebit.

¶ Elucidatio primi cap. epistolę ad Philippenses, Videlicet: Paulꝰ & Timotheus.

¶ Articulus primus.

Inf. cap. 2 2. Cor. 4. DErsonas salutantes tangit Apostolus flexordio huius epistolę, dicens. [Paulꝰ & Timotheus serui Iesu Christi] non seruitute timorosa, & pure seruili, sed amorosa ac libera, Nõ addit Paulꝰ hoc loco nomẽ glorię suę ac sũmę dignitatis, dicendo, Paulus apostolus &c. quoniam Philippenses nihil indignum de ipso senserunt. Coniungit quoq Apostolus sibi Timotheum, quamuis ipse solus epłam dictauerit, quia missurus erat eum ad Philippenses. Vñ vt reuerentius eum susciperent, diligentiusq audirent, exprimit eum in forma salutationis. Hi ergo mãdant [omnibus sanctis] .i. vere fidelibus [in Chro Iesu] .i. per fidẽ charitatẽ & gratiã Christi, [qsunt] .i. cõmorantẽ [Philippis] .i. in vrbe Macedoniæ q̃ est pars Græcię, quã vrbẽ cõstruxit Philippꝰ pater Alexãdri magni putatiuus, vocans eam ex nomine suo, Philippis [cum episcopis & diaconibus] .i. etiam episcopis atq diaconis mandant, Hi em̃ tanq̃ principales post generalẽ omniũ designationem exprimuntur.

Ephe. 1.

Porro (vt Haymo asserit) per episcopos intelligunutr presbyteri. Nō em̄ in vna vrbe plures episcopi p̄sidebant, nec ab episcopis ad diaconos descēderet p̄termissis presbyteris, nisi per episcopos ītelligeret sacerdotes. Vnde dici solet q̄ in primitiua ecclesia episcopi nō distinguebātur a sacerdotibus. Episcop⁹ nāq̄ dicit̄, quasi supra intentus, ab epi quod est supra, & scopos intētio, sed hoc episcopis conuenit atq̄ presbyteris. Vnde hoc loco per episcopos presbyteri, & summus eorum, videlicet pontifex Philippensium, intelligūtur [Gratia] gratificās detur & insit [vobis & pax] interior, quę est trāquillitas mentis, atq̄ exterior quę est quies ab extrinseco impugnante [a deo patre nostro]. i. persona patris ęterni [& dño Iesu Christo.] Quibus expressis intelligitur spiritus sanctus, amor & nexus amborū, qui omnes sunt vna fontalis & effectiua origo totius bonitatis creatę [Gratias ago deo meo]. i. super beatissimę trinitati, & simplicissimo deo, qui est omniū deus generaliter, & deus meus specialiter, ꝓpter specialē pietatē gratiam & ꝓuidentiam eius in me, & item ꝓpter singularem dilectionem & cultum, quibus ei soli principaliter finaliter quę inhęreo. Hoc dicere nō competit nisi p̄fectis, Propter quod diuinus & maꝺn⁹ Dionysius hoc dicere vix p̄sumens interdū sic ait, Deus & si fas est dicere meus [in omni memoria vestri semper]. i. toties, quoties vestri memor sum [in cūctis orationibus meis] fusis [ꝓ omnib⁹ vobis.] Dum em̄ memor sum vestri, occurrit mihi consideratio gratiæ existentis in vobis. De qua grates refero & oro vt gr̄a ampliori mereamini adimpleri [cum gaudio] spirituali [deprecatione ꝑ faciens]. i. deū ꝓ vobis exorans. Gaudio inq̄ concepto seu habito [sup cōmunicatione vr̄a]. i. de bn̄ icio vobis concesso, videlicet q̄ mihi cōmunicastis seu cōformati estis fide charitate, & ope [in euāgelio xp̄i]. i. in p̄dicatione, exhortatiōe seu obseruatiōe euāgelicę legis [a primo die] cōuersiōis vr̄i [vsq̄ nūc, cōfidēs hoc ipm]. i. ex cōfidentiōe gr̄e vobis hucusq̄ cōcessæ cōfido de gr̄a plenio

Ephe.2.
Psal.118.
Iaco.1.
Iohan.1.
Dionysius
Hebr. vlti.

ri videlicet [quia].i. ꝙ qui cepit ī vobis opus bonū].i. deus qui per gr̄am gratū facientē, & spūs scti motionē actualē inchoauit ī vobis opus meritoriū. [ꝑficiet] illud in vobis [vsq; ī diē Iesu xp̄i] inclusiue.i. vsq; ī diē mortis vr̄e, qua a xp̄o visitabimini, & particulare iudiciū sustinebitis. A deo em̄ est inchoatio, cōtinuatio, & cōsummatio operis boni [sicut est mihi iustū hoc sentire ꝓ omnibus vobis].i. tā ex parte diuinę bonitatis quā ex parte vestrę stabilitatis iustū est vt ita cōfidā de, & ꝓ, vobis, videlicet ꝙ deus ꝑficiet ī vobis opus bonū a se īchoatū [eo ꝙ habeā vos in corde].i. cordiali affectu hoc optē & sperē, qđ subdit̄ [& in vinculis meis & in defensione, & cōfirmatione euāgelij, socios gaudij oēs vos eē] id est vt tā in p̄senti quā in futuro sitis participes cōsolationis meæ internę, quā habeo in vinculis meis, quib⁹ ꝓpter euāgelij p̄dicationē ligatus sum. Et in defensiōe euāgelij, qua euāgelicā veritatē defendo contra aduersarios eius, & cōfirmatione euāgelij, qua illud cōfirmo instāter & imperterrite p̄dicnado, miracula faciendo, scripturam testimonia allegādo irreprehensibiliter cōuersando. Quā etiā consolationem multo copiosius habebo in patria pro vinculis atq; laborib⁹ istis. Vel ideo hęc dicit Apostolus, qm̄ Philippēses socij fuerunt gaudij sui in vinculis &c. ita ꝙ ipsi quoq; ꝓ Christo vincula pertulerūt & euangeliū defenderūt atq; constanter p̄dicauerūt siue ꝓfessi sunt. [Testis em̄ mihi est de⁹ quomō].i. q̄ affectuose, spiritualiter & syncere [cupiā oēs vos].i. omniū vr̄m salutē & cōmunionē cū gaudio meo desiderē. Et hoc [in visceribus Iesu xp̄i].i. Christi amore, non humano affectu. Vel quomodo cupiā vos esse ī visceribꝰ Iesu xp̄i.i. xp̄o intime vniri, atq; ab eo cordialiter diligi. [Et hoc oro] deū [vt charitas vr̄a] vobis a deo īfusa qua deū ꝓximūq; meritorie diligitis [magis ac magis abūdet].i. incessanter ꝓficiat [ī sciētia].i. dicretione vt oīa discrete agatis, sitq; rationabile obsequiū vr̄m. Vel ī sciētia.i. quaten⁹ diligēdo mereamini illuminari a deo ī cognitione diuinorū ac aliorū. Vel, in

1. Cor. 1.

Iob. 16.

Lucæ. 1.

Roma. 5.

scientia illa quę est vnū de septem donis spūs sancti, de qua ait scriptura. Dedit illi scientiā sanctorū. Per quā habet hō rectū iuditiū de rebus creatis, videlicet ꝙ eis non sit finaliter inhęrendum eo ꝙ ex se vanę sint atque caducæ [et in omni sensu] .i. intellectuali notitia vel potiꝰ experimētali gustu eorum, q̄ ad salutē exiguunt [vt probetis] .i. ap ꝓbando sequamini [potiora] .i. opa ꝑfectiora in dies magis ꝓficiendo [vt sitis synceres] .i. mūdi corde. Beati etenim mundi corde, qm̄ ipsi deum videbunt. Vñ ꝓu.22. habet. Qui diligit cordis munditiā, habebit amicum regē [& sine offēsa] .i. sine opę malo, p̄sertim mortali, & ne ꝑseueretis in aliq̄ vitio, q̄tenus nec deum nec ꝓximum offēdatis, quantum fieri potest [in diē Chr̄i] .i. perseuerāter vsq; ad mortē [repleti fructu] .i. actu & delectiōe [iusticia] q̄ ē præclarissima virtus, & nec lucifer, nec hesperꝰ est ita admirabilis, teste philosopho. Repleti inquā, nō ꝓprijs viribus sed [ꝑ Iesum Chr̄m] .i. virtute & merito Christi [in gl'iam et laudē dei] .i. ꝓpter hoc vt deꝰ glorificet atq; laudet a vobis alijsq; electis in p̄sēti & in futuro. ¶ Consequēter Apostolus efficit Philippēses beneuolos, statū suū eis īsinuās tanq̄ familiaribꝰ & amicis p̄cipuis. [Scire autē vos volo fratres q̄a q̄ circa me sūt] .i. tribulatiōes, incarceratiōes & vicula q̄ mihi acciderūt [magis ad ꝓfectum] .i. publicationē, cōfirmationē ac venerationē [euāgelij venerūt] q̄ ad detrimentū ipsius, & hoc cōtra intētionē ꝑsecutorū meorū, q̄ ideo me vixerūt vt euāgeliū offuscaret [ita vt vincula mea manifesta fierēt] .i. captiuitas mea & fructus vinculorū meorū diuulgaret [in Christo] .i. secundū ac dispositionē Christi, Vel ad gloriā eius, [in oī p̄torio] iudicium, q̄ maiores conueniunt, nō solū Romę sed in p̄torijs q̄q; vrbiū aliarū [& in cęteris om̄ibꝰ] locis iudicalibus q̄ minores cnocurrūt vt enim Haymo dicit, cum Apostolus retrusꝰ esset ī carcerē ī domo īꝑatoris, mula fecit ꝓdigia, & in carcere vinctus & alijs aduentantibus constantissime prædicauit, sicque conuertit quam plurimos, ita vt &

Sapiē, 16

Roma. 6.

Proue. 28.

de palatio imperatoris, faceret ecclesiam redemptoris. Cum vero in prætoriū ducerē efficacissime, & cū summa securitate respondit. Qm̄ ergo Roma caput extitit mundi, fideles q̄ Romam confluxerunt & exierūt vbiq̄ retulerūt signa, fructū, atq̄ constantiam Pauli. Quo audito conplures animati fuerūt ad euangelizandum, Sapien.3. Eccle.32. sicut adiungit̄ [vt plures efratribus in dño cōfidentes] nō in seipsis [vinculis meis] .i. occasione seu intuitu vinculorū meorū. Hoc est, exemplo meo [abundantius] q̄ ante [auderent sine timore] eorū q̄ corpus occidunt [Verbum dei loqui] .i. Christi euangelium p̄dicare, dicētes: Si magister nr̄ in vinculis, in carcere, in p̄torio, p̄dicat sine pauore, cur nos libere eūtes, a p̄dicatione cessam⁹? [Quidā q̄dem] .i. nōnulli a p̄dictis virtuosis diuersi [et ꝓpter inuidiam & contentionem] .i. ex inuidia q̄ inidēt glorię apostolatus mei, eumq̄ habere contendunt [q̄dā aūt & ꝓpter bonam voluntatem] .i. recta intentione & ex dilectione dei ac proximi [Christm p̄dicant] vt proximi consequantur salutem & Christi honor augeatur [q̄dam aūt] boni [ex charitate] speciali ad me hoc faciunt, vicem meam supplentes [scientes] hoc scilicet [qm̄] id ē q̄ [in defensione euangelij̄] .i. ad defendēdū euāgelicę veritatis p̄dicationem [positus sū] in gradu & gra apostolatus a deo. Vel, in .i. ꝓ defensione euangelij̄ positus Roma.1. sum in carcere [q̄dam aūt, ex contentione Christū annū 2.Cor.12. ciant] .i. q̄ mecū contenderūt, atq̄ a me confutati, et prę dicationis officio indigni iudicati sūt [nō syncere] .i. nō pura hoc agūt intentione [existimantes pressurā se suscitare] .id est, tribulationis augmētum procurare] vinculis meis], id est, mihi vincto concitando alios contra me, quasi contra principalem doctorē huiꝰ legis, videlicet vt si quis velit eos affligere ꝓpter p̄dicationem euāge Hebr.11. lij̄ concitent eum aduersum me, velut contra prę cipuā causam p̄dicationis huiusmodi. Vel, existimantes p̄ssuram se suscitare vinculis meis .i. me victum cōtristare ac Iohan.16. tribuiare eo q̄ prędicent, nō obstāte q̄ ego r obaue rim eos. [Quid em̄] .i. quid interest, vel quid epr i cumih

randum est de tanta diuersitate p̄dicantium [dum omnimodo].i.omnibus modis [siue per occasionē].i.incidentaliter.s.ex inuidia seu cōtētione[siue per veritatē] id est ex vera & recta intentione [Christꝰ annuncietur? Et in hoc gaudeo] ꝙ sic est sed & gaudebo inde de cetero. Vel gaudeo,in via,&gaudebo ī patria Scio enim quia hoc videlicet ꝙ Christus omnimodo annūciatur occasione mei mihi ꝓueniet in salutē æternam.i. causa maioris gloriæ erit mihi ī patria,non duntaxat meritis meis,sed &[per vestram orationem]fusam pro me[& subministrationem].i.sustentationē & opem[spūs Iesu Christi].i.spiritus sancti a Christo ꝓcedentis, qui spūs adiuuat nostram infirmitatē: nosq; i bono ne ruamus sustentat, sicut colūna fulcit structurā. Si autem subministratio videatur nō competere sancto spiritui,poterit ꝑ spiritū Christi intelligi spūs angelicꝰ missus a Christo, qui vtiq; nostræ cooperatur saluti cū simus eiꝰ custodię deputati.Sic autem ꝓueniet mihi [secundū expectationem] actualem & spem meam habitualem.i.quēadmodum spero vel tam copiose sicut confido:quia ī nullo loco tempore,seu euentu confundar ita sperando.Spes enim non confundit.in Iuxta illud in psalmo. Vniuersi qui sustinent te non confundentur. Ecclesiastici quoq;, Scitote quia nullꝰ sperauit in domino: & confusus est, [sed in omni fiducia].i.cum ingenti cōfidentia cordis mei in deo sicut semper ab exordio conuersionis meæ magnificatus est,ita[& nunc]vltra q̄ diu subsisto ī carne[magnificabitur].i.honorabitur [Christus ī corpore meo]id est in actionibus, & passionibus corporis mei [siue per vitam siue per mortem].i.in vita ac morte. Quia si vixero,honorabo Christū prędicando,si occidor aut morior, exēplū deserendo. Mihi em̄ viuere in corpore isto Christꝰ est finaliter & meritorie.i.ad xp̄m ordino vitam meā,eiq; vniri viuendo ꝓmereor. Ipse quoq; est vita viuificās me effectiue,cōseruādo & dādo vitā naturę ac gratię. Vnde ī euange. Ego, inquit, sum via,veritas & vita.Et in deut.aiebat.Moyses,,Ipse

Iaco.vlti.

Psalm̄.90.

Roma.5,

1.Cor.6.

Deute.10.

est vita tua & longitudo dierū tuorū [& mori] est mihi [lucrū].i. æternæ vitæ meritoriū seu beatitudinis ostiū
Roma.6. [ꝙ si viuere in carne].i.corpe illo manere ac p̄dicare [hic mihi fructꝰ opis est].i.tā p̄ciosus & vtilis fructꝰ est conuersationis in carne, vt dixi, videlicet ꝙ semp̄ magnificabit̄ xp̄s ī corpe meo, & mihi viuere Christi⁹ sit. Si inquā hoc sic est, imo quia sic est, & quid eligā tanq̄ vtili⁹.s.viuere an mori [ignoro] alias tñ indubitāter eli
2.Cor.5. gerē mori, vt possem esse p̄sens cū xp̄o. [Coartor em̄ e duob⁹].i.duo cortāt me.s.desideriū dissoluēdi, & ne cessitas ī carne manendi. Inter hæc duo angustor, & ex cōsideratione ipsorū quasi ī arcto constituor vtrūq̄ de
Psal.72. siderans, cū tñ simul haberi nō queant, & quid electurus sim nescius. Consequenter tāgit hæc duo, desideriū habens dissolui a corpe [& esse cū xp̄o] principaliter p̄ gloriam fruitionis, [multo em̄ magis melius] est hoc q̄ detineri in hac carne mortali. [Permanere autem in carne].i.me diutius viuere ī seculo isto [necessariū] id est multū expediens est [p̄pter vos].i.ad vestrā pleniorem instructionem, confirmationē at q̄ salutem. [Et hoc confidens].s.ꝙ necessarium est me ī carne manere p̄pter vos confidens sic esse scio ex reuelatione diuina seu magna fiducia, quia manebo & per manebo in vita
hoc ẽm magis ꝓderit tibi q̃ mille thesauri. Hinc etiam de inuerecũdo & inhoneſto nomĩe nõ curãte dictũ eſt Hiere. 3. Frõs mulieris meretricis facta eſt tibi, voluiſti erubeſcere [tẽpus redimẽtes]. i. fructuoſe expendẽtes, [ſermo vr̃ ĩ gr̃a]. i. per gratiã dei ſale ſit conditus, ſapientiali diſcretione temperatus. Sermo ẽm opportunus optimus eſt: teſte ſcriptura. Porro per ſal ſapientia ſeu diſcretio deſignat. Nã ſicut ſal eſt cõdimẽtũ ciborũ, ita diſcretio eſt condimentũ verborũ operũq; bonorum. Propter q̃d Leui. 2. iubet, in omni ſacrificio offeres ſal. Apr̃is quoq; dr̃, Vos eſtis ſal terræ, Et Mar. 9. ꝓcepit xp̃s. Habete ĩ vobis ſal [vt ſciatis quomõ]. i. q̃ diuerſimode, q̃n, quo fine, vbi, quãtũ: & qualiter vos oporteat vnicuiq; i. oĩbus interrogantibus rn̄dere aliter ſcilicet docto, aliter indocto, aliter fideli, & aliter infideli. Et vt. Prou. 15. ſcriptũ eſt. Reſponſio mollis frangit iram, ſermo durus ſuſcitat furorem. Hinc petrus ĩ prima ſua ait canonica. Parati ſemper ad ſatis factionẽ omni poſcẽti vos rationẽ de ea q̃ ĩ vobis eſt fide & ſpe. [Quę circa me ſunt]. i. ſtatum meũ & aduerſa q̃ patior omnia vobis ꝓprio ore [nota faciet Titicus] lator huius epiſtolæ chariſſimus frater noſter & fidelis miniſter Chriſti in p̃dicando & conſeruus noſter in domino quẽ miſi ad vos in hoc ipſum ꝓpter hanc cauſam, Et etiam, vt cognoſcat q̃ circa vos ſunt, id eſt ſtatum veſtrum & conſoletur corda veſtra verbis benignis inducendo vos ad patientiam, cõmemorãdo quoq; ęterna futuraq; gaudia vobis parata, inſtruẽdo etiã nõ eſſe ſeruanda cęremonialia legis Moſayce, Miſi inquã cũ [Oneſimo chariſſimo & fideli fratre] noſtro ſpirituali qui eſt ex vobis Oriund⁹. Erat aũt ſeruus Philemonis, ciuis Coloſſenſis, ſicut patebit plenius ĩ epiſtola ad Philemonẽ qui Titicus atq; Oneſimus omnia q̃ hic in Epheſo aguntur, nota facient vobis. Cum r̃s duob⁹ miſit Apoſtolus pręſentem epiſtolam, ꝓpter maiorem Coloſſenſium certificationem, vt ſcirent epiſtolã vere ab apoſtolo miſſam [Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus] id eſt me

Prouer. 5.

Titicus.

Roma. 1

Oneſimus

cum captus, & Marcus qui alio nomine dicebatur Iohannes consobrinus Barnabæ apostoli. Erãt enim filij sororum [de quo] Marco [accepistis] materialiterman data a me, vel alio quodam magno efficienter, ita ꝙ mandauimus vobis non recipiendum esse a vobis hũc Marcum eo ꝙ orta tribulatione discessisset a me, redi ens Hierusalem, vt legitur, Actu. 15. Si veneritiam vel postea Marcus ille [ad vos excipite illum] Redijt enim ad me, & reconciliatus est mihi. Salutat præterea vos [& Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione] id elinatione Iudei, qui sua salutatione attestantur veritatu huius epistolę. Ideo certi sitis legalia non esse seruãda. Hi soli quoad iudeos cõuersos [sunt adiutores mei] euangelisando in regno dei, id ẽ in ecclesia militante seu cœtu fidelium de quo regno ait ĩ euangelio. Simile est Matth. 13. regnum cœlorum sagenę missę in mare, & ex omni genere piscium cõgreganti, Item ꝙ, Mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scãdala qui mihi fuerunt solatio fideliter assistendo, & fortiter Epaphras. laborando, [Salutat vos Epaphras qui ex vobis est]. i. natione Colossensis, seruus xp̃i Iesu, semper solicitus pro vobis, in orationibus quas facit pro vestra salutevt itetis perfecti & pleni in omni volũtate dei, id est, perfecti ac integri sitis in executione omnium prœceptorũ aut consiliorum dei [Testimonium enim illi] Epaphræ 2. Cor. 2. [perhibeo ꝙ habet multum labor em pro vobis] orando, & me solicitando ad scribendum. Hic enim est Epaphras de quo ĩ ordio huius epistolæ dictum est, ꝙ prędicationem Archippi confirmauerat, [& pro his qui sunt Laodiciæ & qui Ierapoli. i. etiã pro Laodicẽsibus ac Ierapolitanis plurimũ solicitatur, timens ne a speuda Lucas. postolis fallantur. [Salutat vos Lucas medicus charissimus]. i. Lucas euãgelista qui artis medicæ erat, animarum tamen magis quã corporum medicus fuit. Salutate ex parte nostra [fratres qui sunt Laodiciæ], id est, in vrbe illa vestræ ciuitati vicina [& Nympham] mu-

lierem deuotam, prędicantium hospitatricem atq; altricem [& quæ in domo eius est ecclesiam] id est fidelem eius familiam. [Et cum lecta fuerit apud vos].i. in vestro conuentu [epistola] ista facite, vt in Laodicensium ecclesia legatur. Eisdem enim informationibus indigẽt, quibus & vos, cum sint apseudapostolis ꝑuenti, & qm̃ vobis vicini, familiaresq; sunt [& eam quæ Laodicensium est] epistolam illis a me missam [vos legatis] vt mutuo ꝓficiatis. Hęc autem epistola Laodicensiũ non est reseruata in canone scripturarũ neq; in numero epistolarum pauli, sicut nec prima trium epistolarum missarum Corinthijs, quẽadmodum dictum est supra. Insuper monet apostolus Colossenses, vt pastorem suum hortentur ad diligentem officiũ sui executionem. Et dicite Archippo episcopo vestro. [Vide ministeriũ tuũ] id est officiũ curę pastoralis perpende intentius [quod accepisti in domino].i. qđ tibi a deo commissum est, vt illud impleas gregem tibi cõmissum verbo & exẽplis pascendo, atq; ĩ omnibus te habẽdo vt decet pastorem, christi vicariũ. Ex quo elucescit q̃ subditi licite possint ꝑlatos suos excitare, hortari & animare, humiliter tamen & modeste [Salutatio mea] quę subditur, scripta ẽ [manu pauli].i. ꝓpria manu verba salutationis meæ hęc scripsi: vt sciatis epistolam missam a me, nõ a falsis qui interdum sub nomine verorum apostolorum fallaces miserunt epistolas vt magis deciperent. Quidam dicunt totam epistolam hanc manu apostoli scriptã, ꝓpter certificationẽ prędictam. [Memores estote vinculorũ meorum].i. attendite cur ista sustineo, vt & vos similia pati sitis parati, & ꝓ me oretis vel necessaria ministrare curetis. Deinde saluatio ponitur. [Gratia domini Iesu] sit [vobiscum].i. in cordibus vestris. Ipse est enim creator vester atq; saluator vnigenitus patris super omnia deus sublimis & bendictus [Amen.]

Prouer. 18

1. Cor. 3.

2. Timo. 6.

1. Petri. 5.

Iaco. 5, Hebr. vlti.

Præfaciuncula in primam ad Thessalonicenses. Epistolam.

DA sapienti occasionem & addetur ei sapientia doce iustum & festinabit accipere. Quemadmodum vani, ac simulatores ex laudibus sibi impēsis deteriores fiunt, sic virtuosi dum laudantur multipliciter meliores. Nam & seipsos laude indignos opinātur, quod pertinet ad humilitatem, deo grates referunt de eo quod habent, quod ptinet ad iustitiā ad meliora prouocantur, quod ad prudētiā spectat Hinc ergo Apostol⁹ frequenter suos cōmendat discipulos. Vñ & in pñti nunc elucidanda epla (quę Thessalonicēsib⁹ missa & scripta est) ecclesiā Thessalonicensium vehementer cōmendat, ꝙa in fide firmissime pstiterūt, pseudapostolos abiecerūt, psecutiones æquanimiter pertulerūt, Quosdā tñ eorū de ociositate, curiositate, & fornicatiōe redarguit. Porro Thessalonica (a qua Thessalonicen. nomen sortiti sunt) est metropolis Macedoniæ, quę est pars grecię. Thessalonicen. ergo sunt Macedones, ꝙ ad p̄dicationē Apostoli cito ac facile crediderūt. Quorū pconiū Lucas testat in act. Apost. ꝙ ỹbū dei cū oī auiditate receperūt, ꝙtidie scrutādo scripturas. Scripsit aūt eis Apostol⁹ ab Athenis, mittēs epistolā p Titicū diaconū & Onesimū acolytū. Proceditq; i hac epla more solito, Salutationē pmittēdo. Depfectu & pfectiōe discipulorū gras agēdo. Deiñ peccatores a vitiis reuocādo, ꝙoīa ī pcessu clari⁹ inotescēt

Prou.9.

ps.9.

Cant.8
Mat.7
Ione.2.
Ozeę.6.

¶Expositio. primi Cap. epistolę ad Thessalonicen. primę. ¶Art. I.

PAulus & Siluanus & Timothe⁹]mādāt [ecclesiæ Thessalonicen.] i. fidelibus in Thessalonica cōgregatis, & p fidē atq; dilectionē vnitis [in deo pr̄enr̄o & domino nr̄o Iesu Chr̄o] i. adgloriā p̄r̄is & Chr̄i filñ ei⁹, vel scdm voluntatē dei patris & Christi. Nō apponit nomē gloriæ suæ, dicēdo Paulus apls, qm̄ Thessalonicē. nihil indignū de ipo sēserit. Vnde nō eguerūt de excellētia eius amplius informari Siluanus aūt iste, quē sibi adiūgit apls, scdm Haymo. & alios quosdā, est Sileas, de ꝙ in Acti. multa magnifi

Act.20

ca recitantur. Nam tante ꝑfectionis extiterat, vt vnꝰ de primis seu summis fratribus primitiuę eccl'ię in Hierusalem congregatę, & propheta fuisse scribat̃ a Luca. Sed & Apl's appellatur. Et quoniam Siluanus ac Timotheus cooperati fuerunt Apl'o in Thessalonicensium conuersione, idcirco eos sibi in salutatione annectit. Solus tamen Paulus dictauit epistolam, imo spũs sanctus ꝑ eũ [Gratia vobis & pax] diuinitus ĩfundatur, conseruet̃ & perficiatur. ¶ Narrationem insuper ordit̃ apostolꝰ gratiarũ actiõe. [Gratias agimus deo] ex charitate diuina atq; fraterna, qua dei honorem optamus, & vestro ꝓfectui congaudemus [semper] i om̃i hora conuenienti [ꝓ omnibus vobis]. i. vice vestri, vel de vobis, videlicet ꝓ beneficijs dei vobis collatis [memoriam vestri facientes in orationibus nr̃is] quas deo [sine intermissione] offerimus. i. omni tẽpore oportuno [memores oꝑis fidei vr̃ę] .i. laudabilis cõuersationis ex fide nascentis. Vel opus fidei vocatur oris cõfessio [& laboris] quem in cultu diuino habuistis, [& charitatis]. i. actualis dilectionis vestrę in deũ & ꝓximũ [& sustinentię spei]. i. tolerãtię aduersitatũ. Quę ꝓcedit ex spe [dñi nr̃i Iesu Christi] .i. ex spe futurę beatitudinis, quã spẽ Christus, vt deus, creando ĩprimit nobis. Cõsideratio em̃ p̃mij minuit vim flagelli. Sic ergo memoriam vestri facimꝰ [ante deum & patrẽ nr̃m]. i. in conspectu sctẽ trinitatis, quã & ꝓ vr̃o ꝓfectu iugiter imploramꝰ. [Scientes]. i. nos q vobis hæc scribimꝰ agnoscẽtes o [fr̃es dilecti a deo] cõiectiue inq̃ vl' certo scientes ex reuelatione [electionem vestrã]. i. p̃destinationem, vicꝫ ꝙ præordinati estis ad vitam ęternam. Vel vos, o frẽs dilecti, eam scientes ꝑ quædam signa p̃destinatiõis. De qbus subiungit̃ [qa euangeliũ nostrũ]. i. euanglica p̃dicatio [non fuit ad vos in sermone tm̃]. i. nudis ꝟbis firmata ẽ [sed & ĩ ꝟtute] miraculorũ .i. ꝑ miracula roborat̃ & spũ sancto. i. ꝑ manifesta dona spũs sancti p̃dicatio nr̃a fulta est [in plentudine multa] .i. in magna abũdantia diuinorũ charismatũ p̃dicauimꝰ vobis. Per impõnem nãq; manuũ mearũ datꝰ est vobis spũs sãctus in baptismo, etiam in signo visibili. Simile

Mat. 10.
1. Cor. 15.
1. Pet. 1.
Heb. 9
Marc. vlti.
Act. 10

huic est q̃d ad Heb. dī. Apl̃s. Quō effugiem⁹ si tātā ne
glexerimus salutē, q̃ in nos cōfirmata est contestātedeo
signis & portētis, & ỹ tutibus, & spūs sc̃ī distributio-
nibus. Vñ apd Marcū legimus. Illi ꝓfecti p̄dicauerūt
vbiq;, dño coopante, & sermonē cōfirmante sequntib⁹ Mar. 16
signis. Vñ ꝑ hęc magna miracula Thessalo. facile cre-
diderūt [sicut scitis] ꝑ experiētiā q̃ est magistra ỹitatis
[quales fuerimus] ỹbo & ope[in vobis]. i. inter vos,
& hoc [ꝑpter vos]. i. ꝑpter vestrā cōuersionē atq; sa- 2. Cor. 5:
lutē [Et vos] o fres [imitatores nr̄i facti estis]. i. nr̄a ve- Phil. 3.
stigia estis secuti, multa aduersa ꝑpter iusticiā patiendo
[& dñi]. i. etiā Chr̃m imitati estis, confirmādo vos pas
sionibus eius, quia vt ille a populo suo dura ꝓpessus ē.
Ita & vos a ciuib⁹ vr̄is [excipientes ỹbū]. i. p̄dicationi
nr̄ę consētientes [i tribulatione multa]. i. cū magna ꝑse
cutione vobis a peruersis illata ꝓpter fidei receptionē
Excipiētes inquā [cū gaudio spūs s.]. i. cū iterna cōsola
tione a spū sancto infusa, ita q; licet exterius tribulare-
mini, ītus tamē a spū s. lętificabimini. Quēadmodū ait
Apl̃s. Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita ꝑ
Chr̃m abundat cōsolatio nr̄a [ita vt facti sitis forma]. i.
ꝓfectionis fidei q; exēplar imitatione digniss̄imū [oībus
credentibus in Macedonia & Achaia] q̃ sunt ꝓuinciæ
grecię. [A vobis em̄ diffamatus]. i. diuulgatus [est] ma
terialiter [sermo domini]. i. a vobis ꝓpter ꝓfectionē, ve
strā sūpserunt alī occasionē loq̃ndi, laudandi, ac p̄di
cādi, ỹbū dei tanq̃ accensi vīo exēplo. Et [non solū in
Macedonia & Achaia, sed i'oi loco] Christianorum ad
ꝗs fama vr̄a ꝑuenit [fides vr̄a q̃ est ad deum]. i. qua ip
si in deum tēditis [ꝓfecta est]. i. plena & inclyta reputa
tur [Itavt non sit nobis necesse ꝙq̃ loqui] de ampliori 2. Cor. 9:
p̄conio vr̄i vel ꝓ iformatione vr̄i, vel de vobis ad ali-
os scitādos. [Ipi em̄] quibus nota est fides & cōuersa- Prou. vlti.
tio vr̄a [de vobis annunciāt.]i. ad laudē vr̄i testāt [qua
lē introitū habuerimus ad vos]. i. q̃ fructuos⁹, felix, &
expeditus fuit ingress⁹ nr̄ ad vos, quorū tantā multitu
nē tam ꝓfecte conuertimus [& quō]. i. q̃ ꝓfecte [con-

uersi estis ad deū a simulachris].i.idololatriā deserendo[seruire].i.ad seruiēdū[deo viuo & ꝟo]Per quem hoc loco intelligit ꝑsona pr̄is. Nā subdit[& expectare]q̄tidie vt sitis sꝑ parati ad mortē[filiū eius]vēturū [de cœlis]manifeste in die iudicij,q q̄tidie expectād⁹ est,vt simus iugiter p̄parati visitari ab eo ꝑ mortem. Prout ip̄e apd̄ Lucā loqtur.Et vos similes hoīb⁹ expectātibus dominū suūqñ reuertat a nuptijs. Et denuo Estote inqt,parati,quia q̄ hora nō putatis,fili⁹ hoīs veniet[quē]pater[suscitauit ex mortuis]tertio die, videl. [Iesū qui]sua passiōe[eripuit nos] ab ira ventura.i.a pœna æterna seu damnationis sententia,quę in die iudicij contra impios proferetur. Nunc em̄ eripuit nos quātū in ipso est,a peccatis,propter quæ ira illa infligitur Effectum ꝟo redemptionis istius ꝑ sacramenta consequimur,& tandem ab omni pœnalitate & imꝑfectione carnis ac aīę,merito dominicę passionis eripiemur,quādo mortale hoc induet immortalitatem.

Expositio Cap.II eiusdem epl̄æ.

Articulus.II.

IN superiori capitulo gr̄as egit Apl̄s deo ꝓ bn̄ficijs Thessalonicensibus īpartitis,bona quoq; Thessalonicensium cōmendauit:nunc suę p̄dicatiōis ꝟitatē ostēdit,ex synceritate cōuersationis quā habuit inter Thessalonicenses. Quēadmodū em̄ secundū philosophos,operatio arguit formā,sic cōuersatio monstrat legis ac fidei q̄litatē. Nā & vnū quodq; iudicandum est scd̄m maximū in quod potest,iuxta philosophū. Lex igitur christiana iudicāda est secundū suū principale,finale,ac summū,ad quod suū obseruatorē ꝑducit. Hoc aūt est priuati amoris plena extinctio,atq; diuini amoris pura,ardēsq; affectio,ad quā ꝑfectionē ꝑducit lex Chr̄i ꝑ ordinatissima atq; honestissima media,quę sūt euangelica cōsilia ac p̄cepta,q̄bus humilitas,patientia, & pauꝑtas castitas,mansuetudo,obedientia, similesq; ꝟtutes iubent aut cōsulunt. Oīs ꝟo carnalitas,falsitas simulatio,dęmonū pactio,ꝓhibitarū artiū vsus,peni-

Luc.9.

tus cõdemnat & extirpat ab ea, q̃ oia tanto certiꝰ ĩnotescent hoib⁹, quãto euangelicã legẽ custodierint plenius. Vnde ĩternis ac deuotissimis famulis Chri ipsa fides, christianę q̃ legis mũdicia, quasi experiẽtia cõstãt quia vere a deo fluxerunt. Propter quod ait Saluator: Si quis voluerit voluntatẽ dei facere, cognoscet de doctrina an ex deo sit. Nec ignoramus quanta faciat deus Io.7.
pro ĩs qui euangelicã legẽ ꝓfecte custodiunt, quanta
pro eis agat miracula, quõ eos in vita, in morte, & post Act.5.
mortẽ mirificet, quã ineffabiliter eos vicissim cõsoletur
accẽdat, deificet, rapiat, at q̃ absorbeat. Quod qui experiẽt, de nullo adeo certꝰ est, sicut de fidei ☧itate, christianę q̃ legis sanctitate. Ait ergo beatus Apls [Nam & ipsi scitis fres].i. Ideo dixi p̃dicta, videlicet q̃ alĩ annũciãt
qualẽ introitũ habuerimus ad vos. Nã & vos ipsi o fratres scitis [introitũ nr̃m].i. qualitatẽ aduẽtꝰ nr̃i [ad vos]
cõuertendos [qui nõ inanis fuit].i. nõ infructuosus, nõ
leuis, nõ sine debito fine [sed aĩ] accessũ istum ad vos
[passi] diuersa tormenta [& cõtumelĩs affecti sicut scitis] aliorum relatu, vel ꝓprio visu [in Philippis] vrbe
Macedonię vobis ꝓpinqua atq̃ subiecta. Ibi ei Paulus
& Sileas ☧gis cęsi, & ĩcarcerati, imo durissime vincti
fuerũt occasiõe puellę quã Paulꝰ a spũ phitonico liberauit [fiducią habuimꝰ ĩ deo nr̃o] ĩntendo eiꝰ auxilio,
nõ ꝓprĩs viribꝰ [loq].i. ad nõ ĩaniter loquẽdũ [ad vos
euang. dei in multa solicitudine].i. cũ ĩgẽti cura ac dĩligẽtia [exhortatio eĩ nr̃a].i. p̃dicatio q̃ admonuimꝰ vos
ꝓcessit [nõ de errore].i. ex ĩteriori falsitate ac ĩfidelitate sicut exhortatio hereticorũ [neq̃ de ĩmũdicia].i. ex lasciuo affectu, aut praua intẽtiõe [neq̃ ĩ dolo] vobis ꝓpositа est, q̃a vt in Iob legĩt. Nõ indiget deꝰ nr̃o mendacio, vt ꝓ illo dolos loq̃mur [sed sicut ꝓbati].i. appro Iob.1
bati vl electi [sumꝰ adeo vt crederet nobis euãgeliũ].i. p̃dicatio euãgelicę legis nobis cõmitteret [sic loquimur] sicut diuitꝰ ĩstituti sumꝰ [nõ q̃si hoibꝰ placẽtes].i. finaliter placere q̃rentes, qm̃ deꝰ dissipauit ossa eorũ q̃
hoibꝰ placẽt, [sed deo q̃ ꝓbat].i. ꝓ pspera & aduer-

ſa examinat, tẽtat, & approbat [corda nr̃a] alij̃ſq; ꝓbata oñdit ſcd̃m illud ſap. Tanquam aurũ in fornace ꝓbauit electos dñs, & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos [Neq; eĩ aliqñ fuimus in ſermõe adulatiõis]. i. nunq̃ vobis adulãter locuti ſumus, [ſicut ſcitis] vnde i ꝓuer. Salomon docet. Nõ lactes quenq̃ labij̃s tuis. Et pſalmographus. Oleũ peccatoris non ĩpinguet caput meũ [neq; in occaſione auaricię]. i. tꝑale cõmodũ, nec directe, nec idirecte quęſiuim⁹ [deus teſtis eſt] q̃ apud Hieremiã. Ego, inq̃t, ſum iudex & teſtis [nec q̃rentes ab homĩbus gloriã]. i. laudẽ, famę clarificationẽ, aut venerationẽ, videl. [neq; a vobis neq; ab alij̃s cũ]. i. licet [poſſemus vobis oneri eſſe]. i. debitã, imo & magnã venerationẽ a vobis exigere [vt Chr̃i apl̃i]. i. in quantũ ſũmi ſaluatoris vicarij̃, non tñ referendo honorẽ ad nos, ſed ad Chr̃m finaliter. Vel ſic, Cũ poſſem⁹ vobis oneri eẽ. i. grauamẽ quoddã vobis inducere requirẽdo a vobis ſtipẽdia vitę, vt Chr̃i apl̃i, qui ſpũalia ſeminãdo merentur vr̃a tꝑalia metere. i. de vr̃is tꝑalibus ſuſtentari ac viuere. [ſed facti ſumus paruuli]. i. humiles [in medio veſtrũ] exẽplo Chr̃i dicentis: Ego in medio vr̃m ſũ ſicut q̃ miniſtrat [tãq̃ ſi nutrix foueat filios ſuos] ꝓprio lacte in gremio ſuo [ita]. i. tã affectuoſe, pie, atq; ſolicite [deſiderãtes vos cupide]. i. nõ bona vr̃a exteriora aut tꝑalia emolimẽta optãtes feruẽtes, ſed veſtrã ſalutẽ [volebam⁹ tradere vobis nõ ſolũ euãgeliũ dei ſed etiã aĩas nr̃as]. i. noſi p̃os, vl̃ vitã noſtrã, q̃ſi parati mori ꝓ vr̃o ꝓfectu, & vr̃o obſequio nos exponẽtes, qm̃ chariſſimi nobis facti eſtis, fidẽ recipiendo, tenẽdo, & optĩe cõſeruãdo. Ex his liquet bonũ ac licitũ eẽ, ĩterdũ alij̃s demõſtrare dilectionis affectũ q̃ ad ipſos habet̃. Hoc tñ ĩterdũ ꝑ accidens malũ eſt, videl. qm̃ habet ſpeciẽ adulatiõis, vel qm̃ gñat alteri gloriã vanã. ¶ Deniq; ꝟitatẽ horũ ꝓbat Apl̃s ꝑ agnitionẽ eorũ, qb⁹ hęc mãdat [Memores em̃ eſtis fratres laboris nr̃i & fatigatiõis] non ſolũ p̃dicãdo, &c. diuini cult⁹ officia ꝓſequendo, ſed etiam manualiter laborãdo [Nocte ac die laborãtes mani

Sap. 3.

Prou. 24.

Ps. 14.

Luc. 22

Pro. 94.

bus nr̃is] ꝓ necessarijs vitę [ne quem] .i. aliquẽ [vestrũ grauaremus] viuẽdo de sũptibus vr̃is [p̃dicauimus in vobis] .i. ĩter vos [euãgeliũ dei. Vos em̃ testes estis & de⁹] de q̃ ĩ Iob dr̃. Ecce in cœlo est testis meus, & conscius me⁹ in excelsis [quã sancte & iuste, & sine q̃rela] .i. sine offensa ac rep̃hensione [vobis q credidistis, fuim⁹] conuersãdo inter vos multũ iuste, sancte, atq; ꝑfecte, [sicut scitis q̃liter vnũquenq; vr̃m] sigillatim, vel oẽs cũ particulari descensione [tanq̃ pr̃ filios suos dep̃cantes vos, & cõsolantes] .i. tã charitatiue ac diligẽter dep̃cantes vos ad faciendũ q̃ bona sunt, & cõsolantes vos cõtra aduersa, sicut pr̃ ꝓprios filios cõsolat̃, & instruit. [testificati sum⁹] .i. cũ allegatione testimoniorum sacrę scripturę admonuim⁹, vel sub testimonio sctõrũ adiurauim⁹ [vt ãbularetis] .i. de ꝟtute in ꝟtutẽ ꝓcederetis [digne deo] .i. tã reuerenter vt decet sũmo deo seruire. Et vt digni sitis beatificari ab eo [q vos vocauit] ꝑ suã inspirationẽ internã & nostrã p̃dicationẽ [in suũ regnũ] .i. ad militãtis ecclesię (quã deus nũc regit) societatẽ. Vel in regnũ suũ cœleste, ad q̃d iã vocati estis, [& gloriã] .i. ad beatitudinẽ sẽpiternã, [Ideo & nos gratias agim⁹ deo] ꝓpter bñficia vobis collata] sine intermissione] .i. oĩ tp̃e apto [Qm̃ cũ accepistis a nobis ꝟbũ audit⁹ dei] .i. euangelicã p̃dicationẽ quã nos a deo audiuim⁹ atq; didicim⁹. De q̃ ꝟbo scriptũ est in Esaia. Dñe qs credidit auditui nr̃o .i. ꝟbis q̃ a te audiuimus [Accepistis illd̃, nõ vt ꝟbũ hoĩm] .i. nõ cum mediocri attẽtione vel cõsueta hoĩb⁹ reuerẽtia [sed sicut est vere ꝟbũ dei] .i. cũ sũma deuotione & pleno affectu. Si em̃ Chr̃s de sua p̃dicatione testat̃. Mea doctrina nõ ẽ mea sed ei⁹ q misit me, multomagis Apl̃i dicere potuerũt, nr̃m ꝟbũ, non est nr̃m aut humanũ, sed dei atq; diuinũ [q] de⁹ [operat̃ ĩ vobis q credidistis] .i. ĩ vobis credẽtibus. Opat̃ aũt non solum p̃stãdo hĩtum gr̃ę & ꝟtutũ sed etiã intus mouẽdo & excitãdo ad bonũ. Insup laudat patiẽtiã atq; constantiam Thessalonicen. [Vos em̃ imitato res facti estis fratres ecclesiarum dei quæ sunt

Iob.15.

Gal.1.

Mat.10.

1.Cor.12.

in Iudęa].i. Chr̄i fideliū Iudæorū q̄[in Chr̄o Iesu]fundati sunt. Primitiua em̄ ecclesia in Iudæa collecta, ꝑfectissimę cōuersatiōis fuit. Ideo aliarū ecclesiarū erat exēplar, seu forma viuēdi. In q̄ āūt illas imitati sint, adiecit, [qa eadē] in specie. i. sil̄ia mala [passi estis & vos a
Mar. 13 cōtribulibus]. i. cōciuib⁹ [vr̄is sicut & ipsi a Iudęis] īfidelib⁹. i. q̄lia fideles Iudęi a Iudęis īfidelib⁹. Quēadmodū eī legit̄ in Act. Stephano occiso facta est persecutio magna in ecclesia Hierosolomytana, & īfideles Iudęi rapuerūt bona fideliū. De qua ꝑsecutiōe ad He. scrib. Rememorami aūt pristinos dies, in q̄bus magnū sustinuistis certamē passionū Mā & vīctis cōpassi estis, & rapinā bonorū vr̄orū cū gaudio suscepistis. His ergo similia Thessalonicēses ꝑpessi sūt a ciuib⁹ suis [q̄] īfideles Iudęi [& dn̄m occiderunt Iesū] qm̄ mortē ei⁹ procurauerunt a p̄side [& ꝓphetas] q̄sdā noui testamenti, multos quoq; veteris test. ꝓphetas occiderūt, Nō tn̄ ñdē nūero occiderūt Chr̄m & illos ꝓphetas. Sed loquitur de Iudęis cōiter, ꝓut oēs peruersi sunt vna gn̄atio. Iuxta quē modum ait saluator in euangelio ad Iudęos. Veniet super vos oīs sanguis iustus &c. Et sequit̄, zacharię quē occidistis inter templū & altare. Hinc etiam in act. apostolorū, Stephanus loquēs Iudęis: Pr̄es, inq̄t vestri occiderūt eos qui annūciauerūt de aduentu iusti: cuius vos nunc ꝓditores & homicidę fuistis [& nos] apostolos ac primitiuā ecclesiā [ꝑsecuti sūt] vt patet in
Io. 12. act. Vn̄ dixit Christus apostolis: Si me persecuti sūt, & vos ꝑsequentur [& deo nō placēt] Impossibile quippe est sine fide placere deo. Vn̄ apud Hie. 12. Chr̄s testat̄. Facta est mihi hęreditas mea quasi leo ī sylua, dedit cōtra me vocem suā, ideo odiui eā. Et in Osee. 9. Exosos habui eos propter malitiam adinuentionū ipsorū, non addā vt diligam eos [& oībus hominib⁹ aduersant̄] .i.
Luc. 11. omnium salutem īpedire conantur [prohibentes nos gētib⁹ loqui] verbum Christi [vt saluę fiant] credendo in filium dei [vt impleant] prædicti Iudæi [peccata sua semper] .i. incessanter peccatis peccata adñciant, do-

nec in illis miserabiliter consumentur. [Peruenit enim ira dei] .i. vltio diuinę iustitię. s. exęcatio & obstinatio cordis eorum, captiuitas quoq; p Romanos inflicta [sup eos vsq; in finem] ęculi duratura. Iuxta illud Danielis. 9. Ciuitatem & sanctuariū dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & vsq; in finē pseue rabit desolatio. Hoc tamē regius psaltes apertissime ce cinit. Obscurentur, inquiēs: oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semp incurua. Effunde sup eos irā tuā & furor iręs tuæ comprehēdat eos. Vñ in Esa. ait salua tor, Calcaui eos ī furore meo, & cōculcaui eos ī ira mea Nos autē o [fratres desolati a vobis] .i. vīæ pśentiæ cō solatione priuati ad tempus. Priuati inquā vīa pśentia [ore, aspectu] .i. quātū ad vocalē collocutionē! & corporalē aspectū. nō corde. i. nō quātū ad copulā charitatis nā & spū pñs sum vobis & dilectione intimus abundā tius solito [festinauim⁹ faciē vīam videre] .i. vobis corporaliter pśentes adesse [cū multo desiderio, qm̄ voluimus venire ad vos] quia audiuimus vos ī tot pśecutionibus cōstitutos, ꝓpter qđ optauimus vos roborare in dño. [Ego quidē Paul⁹ & semel, & iterū] .i. bis ex quo recessi a vobis tentaui reuerti ad vos. sed impediuit nos Satanas deo permittēte. i. aliquā nobis occupationē ꝓcurauit per quā impediti sum⁹ venire ad vos. Nec mirum ꝙ voluim⁹ venire ad vos [Quæ est em̄ spes nr̄a] id est materia nr̄æ fiduciæ qua cōfidimus fructuosam esse nostrā p̄dicationē in merito ac p̄mio [aut gaudiū] id est materia nostrę cōsolationis in pśenti [aut corona glorię] .i. ornamētū felicitatis nostrę futurę. Nonne vos discipuli nostri p̄clari, ex quorū sancta conuersatione speramus fructuosum esse nostrum laborem, de quorū ꝓfectu gaudemus, de quorum etiā beatificatione gloriaturi, copiosiusq; glorificandi sumus, Vos itaq; estis hęc omnia nobis [ante dñm Iesum] .i. coram Christo. Quod maxime apparebit [in aduentu eius] in die iudicij. Vos enim estis gloria nostra quēadmodum scriptū est, filius sapiens est gloria patris. Nam de vestra fide ac

Psal. 68.

Esaię. 63.

Esaię. 35.

Matth. 10.

perfectione gloriamur apud alias ecclesias ꝓponentes vos eis in exemplum. Estis quo ꝙ [& gaudium] nostrū id est materia nostrę cōsolationis i via, & augmentum iucunditatis nostrę in patria, vndę ait Ambro. Nanifestum est ꝙ perfectio discipulorum & corona est magistrorum. Fructus nā ꝙ magistri obedientia est discipuli cui⁹ bona cōuersatio coronā xpo iudice dat magistro.

Matth.10.

¶Expositio Capit. tertiū. Propter quod non sustinentes. Articu. III.

LOcis diuinę scripturę facilibus immorandum non reor, nisi forte vberem moralitatem contineant. Nunc ergo in locis epistolarū historicis atq; facilibus celerius transibo, Propter quod videlicet quoniam tantum diligimus vos [non sustinētes amplius] i. diutius non differentes nostrę charitatis affectum vobis ostēdere [placuit nobis] .i. mihi & Silua no remanere Athenis gratia prędicationis [solis] idest mihi & Siluano, vt dictum est, alīs discipulis ad diuersa loca destinatis. Et misimus Timotheum fratrem nostrum, & ministrum dei in euangelio Christi prędicando [ad confirmandos vos] in persecutionibus constitutos, & exhortādos vos pro fide vestra firmanda, id est quatenus roboremini semper in fide, cuius firmitas omnium virtutū actus confortat, vt nemo vestrum mouea tur per impatientiam aut pusillanimitatem in tribulationibus istis pręsentibus & transitorijs, quę non sunt condigne ad futuram gloriam. Nam supra modum eternū glorię pondus operantur in nobis, Hinc ait Psalmista. Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Et diuus Petrus ait epistola prima capi. secundo. Communicantes Christi passionibus gaudete, vt & in reuelatione glorię eius gaudeatis. [Ipti enim scitis quod in hoc] id est, ad sustinendum aduersa [positi sumus] in isto exilio: quia per multas tribulatiōes oportet nos intrare regū cœlorū. Propterea scriptū est. Hęc est gratia, si ꝓpter conscientiā dei sustinet quis tristitias, patiēs iniuste i hoc

Heb.11.

Psal.12.

Matth.5.

enim vocati est's. Nam & cum apud vos essemus p̄dicebamus vobis passuros nos tribulatiōes] ab hominib⁹ impijs ꝓpter iusticiā sicut & factum est. Et scitis verū esse quod diximus, Iamq; impletum est. Propterea.s. ne moueamini in tribulationibus istis, & ego amplius non sustinens.i.diutius differre nō valens vestrū statū percipere ꝓpter ardentem amorem, qui facit solicitū ipsum amantem de præcauendis amati periculis misi Timotheum ad vos dudum anteq̄ scripsi. Vel misi pręsentem epistolā [ad cognoscendū fidē vestam].i.vt ab eo redeunte percipiā fidei vestræ stabilitatē, de qua certificari anxius cupio ne forte tētauerit.i. impugnauerit siue decepit vos is qui tentat.i. diabolus, cuius officium est tentare [& inanis fiat labor noster] id est prædicatio nostra infructuosa fiat quātū ad vos: quāuis nobis infructuosa esse nō poterit. Nunc autem cum præsentem dicto aut mitto epistolam veniente Timotheo quē dudū ante edictionē epistolę hui⁹ ad vos misi, [ad nos a vobis & annunciante nobis fidem & charitatē vestrā] .i.perfectionem & opera ctdei charitatisq; veststrę [Et quia memoriā nostri habetis bonā].i.syncerā ac nobis ꝑ utilem [sēper desiderantes nos videre] oculo corporali [sicut nos quoq; vos] videre optamus. [Ideo consolati sumus fratres in vobis].i.consideratione perfectionis & gratiæ vestræ, vestroq; profectui ex animo congaudemus [in omni necessitate].i.penuria [& tribulatione nostra] Consolati inquam ꝑ fidem vestram.i. de fidei vestræ stabiltate, qm̄ nunc viuimus delectabiliter & iucūde si vos statis in dn̄o firmiter adhęrentes deo ꝑ fidem dilectionem ac fortitudinem cordis. Et merito consolati sumus. Quam em̄ gratiarū actionē possumus deo retribuere ꝓ vobis nos cōstituti in omni gaudio spiritali quo gaudemus ꝓpter vos.i.ꝓpter beneficia vobis collata, gaudem⁹ aūt añ dn̄m nr̄m.i.in conspectu diuino. Videlicet iuste, & religiose, & in diuinæ pn̄tiæ luce cōstituēdo nosipsos, Quasi dicat. Dignas & sufficiētes repēdere gr̄arū actiones nō possumus, quia de vr̄is sicut

Matth.4

Esaię.53.

de propriis gloriamur profectibus, [noctu ac die].i. certis horis diei noctisq; [abundantius]plus solito [orantes]deum [vt videamus facies vestras].i.vt dirigat deus viā nram ad vos [& compleamus ea que desunt fidei vestre],id est,noticiam scripturarum qua fides perficitur plenius vobis iam imprimamus quoniā capatiores nūc estis quam olim.[Ipse autem deus & pater].i.pater eternus [& dominus Iesus Christus]qui sunt vnus director [dirigat viam nostram] .i.gressum pedum nostrorum [ad vos.Vos autem deus multipliciter]merito & numero [& abundare faciat charitate in inuicem & in omnes].i.hoc tribuat vobis vt feruenter diligatis mutuo, & cæteros omnes [quemadmodum]deus fecit [& nos]charitate abundare [in vos ad cōfirmanda] .i.vt charitatiue confirmemus [corda vestra]vt sint [sine querela in sanctitate].i.irreprehensibiliter sancta [ante deam & patrem nostrum]non solum coram hominibus qui decipi possunt. Et vt talia inueniantur [in aduentu domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius].i.in die iudicij qñ saluator venturus est cum omnibus cœli ciuibus ad finale iudicium. Sicut in Esaia legitur. Dñs ad iudciū veniet cum senioribus populi sui,& principibus suis. Et in zac. vlt. Veniet dñs deus meus, omnesq; sancti eius cū eo. Vñ & Iudas in sua ait canonica. Ecce veniet dñs in sanctis milibus suis, facere iudiciū,& arguere oēs impios.

Iacobi.2.

Matth.5.

¶Expositio Cap.IIII.De cętero fratres.

Arti.quartus.

COmmendatione perfectorum inducta descendit Apostolus ad specialem institutionem imperfectorum. Quamuis enim ecclesia Thessalonicensium pro maiori parte fuerit virtutibus probata, quidam tamen eorum certis vicis seruierunt, quos præsenti capitulo apostolus corrigit & informat. Primo fornicarios, gentiles quippe fornicationem simplicem reputauerūt licitam. Propter quod quidā eorum etiam post conuersionem proni erant ex pristina consuetudine ad fornicationem. ¶Ait ergo sanctus apostolus

[De cętero ergo fratres].i. quoniam tantas ꝓvobis do Gal.6.
mino gratiarum actiones & preces obtulimus. proinde EPISTO
[rogamus vos & obsecramus]id est per sacrorū cōme
morationem precamur[in domino Iesu]secundū volū
tatem & institutionem Christi, vt quēadmodum acce
pistis i. didicistis a nobis sermōe, & ope[quomodovos
oporteat ambulare].i. quam timorate, & reuerenter ne
cesse est vobis deo seruire ambulando per arctamviam
quę ducit ad vitam & placere deo per quotidianū ꝓfe
ctum. i. taliter ambuletis coram domino seruiendo ei in
sanctitate atq; iustitia cunctis diebus, sicut & ambulatis
per vias, obseruationes, seu operationes mandatorum
cœlestium, vt abundetis magis in spiritualibus diuitijs,
quæ sunt splendor gratię: virtutes atq; scientię. Denicq; Deute.15.
ideo obsecro hęc. Scitis enim quę præcepta dederim vo 1.Cor.11.
bis cum apud vos essem [per dominum Iesum] id est
Christo loquente ac præcipiente per me. Hęc est enim
voluntas dei est res placens deo vel mandatum signū
exās voluntatis diuinæ antecedentis vel consequentis
[sanctificatio vestra].i. purgatio a peccatis. Prout a bea
to Petro inducitur. Patienter agit dñs ꝓptervos, volēs
aliquē perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti[vt ab 2.Cor.9.
stineatis vos a fornicatione]quę est mortale peccatum.
Nam & qui fornicatur, peccat in proprium corpus, vt
sciat scientia efficaci & virtuosa. [Vnusquisq; vestrum
vas suū].i. ꝓprium corpus possidere ipsum per ratio
nem regēdo, ne possideamur ab eo, sensualitate rationi
prędante. Possidere inquā in sanctificatione. i. virtutū
& castitatis mūdicia[& honore].i. in statu honesto, car
nalium viciorū turpitudinem fugiendo. [Non i passio
ne desiderij].i. non in carnali concupiscentia, ei consen
tiendo, vel eāopere exequendo sicut & gentes q̄ igno
rant deum loquendo de cognitione formata atq; distin
cta. Nam etsi dicant se nosse deū tamen opere negant.
Vnde superius dictū est. Qui em̄ sunt Christi carnē suā
crucifixerunt cū vitijs & cōcupiscētijs. Apud ecclesia
sticū quoq; oratvir sapiēs. Auser a me vētris cōcupiscē

& concubitus concupiscentia non apprehendat me [Et ne quis supergrediatur].i.alium violenter suppeditet, siue impie opprimat [neq; circũueniat].i. decipiat [in negocio] aliquo [fratrem] id est, ꝓximũ [suum, qm̃ vindex] id est, iustus vltor est domin⁹ de his omnib⁹ vitijs [sicut prędiximus vobis & testificati sumus] id est, firmiter asseruimus. Scriptum est enim in Leuiti. decimono. Non facies calũniã ꝓximo tuo, nec vi opprimes eũ.
1.Pe.2. Et sicut Iacobus secundo capite asserit. Iudiciũ sine misericordia fiet ei, qui nõ fecerit misericordiam. Quanto
FINIS. magis ei qui fecerit fraudem aut violentiam. Non enim vocauit nos deus in immũdiciam, id est, ad hoc vt sordibus peccatorum contaminemur [sed in sanctificationem] iuxta illud zacharię, seruiamus illi in sanctitate & iusticia. Ideo in Deute. capite decimo octauo Moyses loquitur. Perfect⁹ & absq; macula eris cum domino deo tuo. Similitudo quippe est causa amoris. Propterea san
Leui.12. ctus dominus deus noster, sanctos requirit ministros, secundum quod ait in Leuitico. Nolite cõtaminare animas vestras, ego enim sum dominus deus vester. Sãcti estote. quoniam ego sanctus sum. Vult ergo clemẽtissimus deus, pater pijssimus, vt ei in virtutib⁹ assimilemur [Itaq; qui hęc] præcepta [spernit, non hominẽ spernit] id est non solum me vel alium dei ministrum, ex parte dei ista iubentem contẽnit seu vilipendit non satagens
Exod.16. obedire, sed deum principaliter spernit seu inhonorat. Cui consonat quod apud Lucam. 10. ait saluator. Qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit. Vñ & Moyses filijs Israel loquens, Non contra nos, inqt, est vestrum murmur, sed cõtra deum Christi ergo vicarijs tanquã Christo reuerẽter ac prompte obedire debemus [qui etiã] pater vel filius [dedit spiritum sanctum suum in nobis].i. cordibus nostris illum infudit, conferendo nobis dona ipsius, vt dictum est plenius. Vnde scriptura testatur. Charitas dei diffusa est in cordib⁹ nostris: per spiritum sanctum qui datus est nobis. Et apud Iohãnẽ decimoquarto capite. Christus loquebant̃ disci

pulis, Ego rogabo patrem, & aliū paracletum dabit vo bis, ſpiritum veritatis. [De charitate autē fraternitatis] id eſt dilectione fraterna & opere eius [nō neceſſe ha buimus ſcribere vobis] pfectiorib⁹, ipſi em̄ vos a deo per ſpūs ſancti illuſtrationē didiciſtis. Vt ait Iohā. Nō neceſſe habetis vt aliquis vos doceat, ſed vnctio ei⁹ do cet vos de omnibus. Ita q̄ didiciſtis a deo, a quo qui eru ditur, beatus eſt [vt diligatis inuicē] Vñ & magiſter & dñs noſter. In hoc, inquit, cognoſcent, qa diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionē habueritis adinuicē [Etenim facitis illud in oēs fratres]. i. charitatis fraternæ affectū & op⁹ fratribus cunctis impendi tis, in vniuerſa Macedonia, cuius vrbs veſtra Metropolis eſt [Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis] in dilectione cęteriſq̄ virtu tibus [& operā detis]. i. diligētiā & conamen adhibea tis, vt quieti ſitis curioſitatē & loquacitatē ac euagatio nes ſeu diſcurſus vitādo. Ait em̄ de⁹ ſublimis apud Eſa. Sup quē reqeſcet ſpūs me⁹, niſi ſup quietū & humilē. Rurſuſq̄ alibi apud eund. Si reuertamini & quieſcatis, ſalui eritis. In ſilētio & ſpe erit fortitudo vra. Denic̄ bonū eſt cū ſilētio pſtolari ſalutare dei. Aia quo q̄, ſe cundū Ariſto. quieſcēdo fit prudēs, & vt vīm negociū agatis]. i. quiſq̄ faciat qđ ad ſe ptinet, nec cū alienis & impertinētib⁹ cauſis ſe occupet, vt ſit vobis charitas or dinata, & operemini manib⁹ vrīs opa vtilia, ocia enim dant vitia. Iuxta illud Eccleſia. 33. Multā maliciam do cuit occioſitas. Hinc nāq̄ de impīs canit Pſalmiſta, in labore hominū non ſunt, & cū hominibus nō flagella buntˉ, ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua. Nec mirū quia, vt dicit Iob, homo ad la borē naſcitˉ, & auis ad volandū. Vñ i Ezechiele legitˉ, Hęc fuit iniquitas Sodomę ſuperbia, ſaturitas panis, abū dātia, & ociū ei⁹. Ita q̄ operamini [ſicut p̄cepmi⁹ vobis & vt honeſte ambuletis ad eos q̄ foris ſunt]. i. corā ex traneis exē plariter, irrep̄hēſibiliter q̄ viuatis [& nulli⁹ aliquid deſideretis] ſine rōnabili cauſa. Vñ hoc verbo ſuaricia p̄hibetur. Quēadmodū etiam in Exo. dicitur,

I. Iohan. 2.

Eſa. vlti.

Eſaię. 3.

Pſalm. 72.

Iob. 5.

Non concupiſces rem ꝓximi tui. His itaq; verbis curioſi, inquieti, ſeu vagabūdi, & cupidi notātur ac corrigunt. ¶ Conſequēter docet apoſtoluseos qui de futura reſurrectiōe min⁹ plene ſperabāt, atq; ab hoc de amicorū ſuorū morte immoderate dolebāt, ac ſi aīo piſſent. Itaq; ait. [Nolo autē vos ignorare fratres] fidei vertatem [de dormiētib⁹]. i. defunctis, qui ꝑ cōparationē ad diuinā virtutē dormire cenſent, quia facili⁹ a deo ſuſcitabunt, q̄ dormiēs ab homine excitet. Vnde apud Danielē Gabriel. Multi, inquit, de his qui dormiūt in pulue re terræ euigilabunt. Hinc etiā xp̄s apud Iohānē loquitur. Lazarus amic⁹ nr̄ dormit, ſed vado vt a ſomno ſuſcitē illū. Loquit autē ſcriptura de quadruplici dormitiōe ſeu ſomno, videlicet de ſomno naturę quotidiano, ac ſolito. De quo in marco legim⁹. Erat Ieſus in puppi ſuper ceruical dormiēs. De ſomno culpę, De quo ad Ro. Temp⁹ eſt iā nos de ſomno ſurgere. De ſomno mortis, ſicut in libris regū de vnoquoq; pene habet. Dormiuit cū patrib⁹ ſuis. De ſomno itē cōtēplationis. De quo in Geneſi. Miſit dñs ſoporē in Adam. Et in canticis. Somn⁹ meus dulcis gutturi meo [vt nō contriſtemini] de morte ꝓpinquorū & charorū vſorum inordinate, ac ſi illi penitus eſſe deſinerent, & nunquā eis reuniri poſſetis [ſicut & cæteri] triſtātur [qui ſpem] futurę reſurrectionis [nō habent.] Non em̄ pereunt nobis ꝓximi nr̄i per mortē. Vñ dicit deus ſancto Iob ola reddidiſſe dupla quāuis nō habuerit plures filios ac filias poſt, q̄ añ. Nā & defuncti remanſerunt denuo viuificandi. Poſſum⁹ ergo & aliq̄n debemus de morte proximorū triſtari ac fiere. Primo, ꝓpter naturalis pietatis affectum. Secūdo ꝓpter monſtrādum dilectionis iudicium. Tertio ad cō ſolationem aliorum. Quarto, ꝓpter dānum qđ incurrit eccleſia ex morte iuſtorum. Sic Ambroſius planxit deuotos ſacerdotes. [Si em̄ credim⁹] qđ vtiq; neceſſe eſt credere [q̄ Ieſus mortuus eſt] in die paraſceues [& reſurrexit] tertio die [ita] credendū eſt q̄ [& deus] trinitas [eos qui dormierunt]. i. defuncti ſunt [per Ieſum] id eſt

Iob, 42.

Ambroſi⁹

Iohan. 19.

In fide & gratia Christi qui obdormierunt in domino.
Sicut de Stephano scriptum in actis apłicis [adducet] ad regnū cœleste beatificatos in anima & corpore [cū eo] .i.cum Christo, qui peracto iudicio cum electis ascendet ad cœlos. Ideo apud Ioannem ait: Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ſū ego, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam. Vel adducit cum eo quia electi qui interim moriuntur & glorificantur, ſimul cū Christo, & in eius ducatu ad iudicium venient. ¶ Insuper ponit apoſtol⁹ modū ac ordinem reſurrectionis futurę. [Hoc ei vobis dicimus in verbo dñi] .i.in doctrina Christi, videlicet ſicut a deo dicimus, nec ſermone proprio ytimur [quia nos qui viuimus qui reſidui ſumus] .i.illi ex noſtris q in die iudicij fuerint viui inuentiatq; ſuperſtites, ita ꝙ nec ab Antichriſto nec aliunde occiſi ſunt [in aduentu domini] .i. Christo ad iudicium deſcendente [nō p̄ueniemus eos] .i.non reſurgemus ante eos [qui dormierunt,] id eſt, qui longo tempore ante defuncti fuerunt, omnes enim ſimul reſurgēt, quoniam reſurrectio erit in inſtanti, vt certe in breuiſſimo tempore, ſicut prędixit Apłs. In momento i ictu oculi. Connumerat autem ſe apłs illis qui tunc erunt, ꝓpter vnitatē myſtici corporis Christi, quod prima facie non intelligentes Theſſalo. putabant iudicium generale tempore Apoſtoli conſummandum. Et hac occaſione ſcripſit eis ſecundā epiſtolā. Q d autem nō p̄ueniem⁹ illos ſecundum hunc ſenſum, hinc conſtat [q̄niam ipſe dñs] Christus [in iuſſu] .i.actuali imperio, quo mortuorum reſurrectionē iubebit [& in voce archangeli] .i.facta a ſeipſo, qui eſt magni conſilij angelus angelorū ꝙ princeps, de qua ait apud Ioan. Veniet hora, in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij dei. Vel in voce archāgeli. i. Michaelis, qui eſt princeps & cuſtos eccleſię, qui deo iubente dicturus eſt. Surgite mortui venite ad iudiciū. Multi autem angelorū miniſterium exhibebunt circa mortuorum reſurrectionem, cineres colligēdo, ſuſcitādo, ad locū iudicij deferendo, magnū

Acto. 1.
Io. 17.
Io. 6.
Danic. 12.

quoque terrorem terribili voce impijs incutiendo.
Mat.12 Propter quod in Mattheo legim⁹. Mittet angelos suos cum tuba. Vnde iam subditur [& in tuba dei]. i. cum p̄dicta voce archāgeli vel imperio Christi, quæ nomine
Num.10 tubæ designantur, quoniam alte & clare sonabūt. Vel propter similitudinem tubę corporeę veteris testamenti, per quam Iudęi congregabant̄ ad consilium, cōmouebant̄ ad pręliū, vocabant̄ ad festū. Simili modo hac tuba resurgentes congregabuntur ad cōsiliū iudicij, ad pręlium q̄q̄, orbis terrarum pugnabit contra insensatos, & ad solemnitatem æternam [descēdet] in propria persona atq̄ visibili forma [de cœlo] empyreo. Iuxta illud: Apocalypsis primo. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. [Et mortui qui in Christo sunt,] id est, qui interim in Christo per mortē quieuerunt [resurgent primi. Deīn nos qui viuimus], id est, qui tunc viui inuenient̄ [q relinquimur], id est, qui vsq̄ ad diem illū in vita dimittent̄, & sicut iam dictū est residui erunt [simul] id est.
Act.1 pariter & eodem momento [rapiemur] ab angelis [cū illis] qui ante nos quieuerunt [in nubibus] quæ nos suscipient, sicut & Chr̄m ascendentē nubes suscepit. [obuiā Chr̄o in aera] q̄a & nos in aerē transferemur siue leuabimur, & Christus descendet in aerem super vallem
Mat.22. Iosaphat. Propter quod ap̄d Matthęum inducitur. Me
Io.30. dia nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Vnde in Iohele dn̄s loquitur, Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gētes in circuitu [& sic semper] .i. æternaliter [cum dn̄o erimus] in patria prolata sententia. Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratū est ab origine mūdi. Interea magna est difficultas quomodo intelligend⁹ sit iste priorū huiusmodi ac posteriorū ordo: de q̄b⁹ dicit Apl̄s. Mortui q̄ in Christo sūt resurgēt, deinde nos qui viuimus qui relinquimur. Nunc em̄ prædictū est, q̄ omnes mortui simul resurgent etiā in momento ictuque oculi, instanta-

nea quippe erit resurrectio quoad id quod fiet a deo, vi delicet quantū ad ipsā animæ & corporis reassociationem. Virtus enim diuina, cū sit infinita, operatur in instanti. Quantū vero ad id quod fiet ministerio angelorū, scilicet quoad cinerū collectionem, erit ībreuissimo & vt communiter dicitur, in imperceptibili tempore. Non ergo intelligi potest de prioritate & posterioritate temporali, sed nec de prioritate & posterioritate dignitatis ītelligi p̄t, p̄sertim cū aliqui perfectissimi homines tūc viui inuenientur, qui nequaq̄ inferiores erūt omnibus, qui ante eos in Christo quieuerunt. Quidam igitur responderūt, ꝙ quidā resurgent ante alios tempore. Et ad verba apostoli dicunt, ꝙ licet singuli resurgent in momēto, nō tñ omnes in eodem momēto. Lira autem exponit alio modo. Cuius expositio quāuis sit vera, tñ ex textu elici non potest, nam & multa verba subintelligit. Vnde nec commemorāda videtur: Mihi vero (meliori saluo iudicio) apparet ꝙ ista prioritas & posterioritas referēdę sint ad ordinē quo incipit reparatio, vbi desīt destructio. De viuis aūt qui in die iudicij inuenientur in terra, aliqui dicunt, ꝙ in raptu quo rapient̄ in aera, morient̄, & incinerabūt̄, simulq; cum alijs suscitabūtur. Sed ꝑmprimam responsionem hanc dici potest ꝙ p̄dicta prioritas & posterioritas resurrectionis erit tēporalis alij nāq; ante hūc raptum resurgent, communiꝰ tamen tenetur ꝙ in igne conflagrationis morientur.

Luc. 21.

Gen. 1.

Lira

¶ Expositio cap. V. De temporibus aūt & momentis.

¶ Articulus. V.

LOcutus in pręcedenti capitulo Apostolus de resurrectione futura & die iudicij. Nunc reddit discipulos cautos circa expectationem illorū, ponitq; doctrinas saluberrimas, cōpēdiosas, moralitate repletas, quas q impleuerit futurū illud iudicium secure expectat. Itaq; ait. : [De temporibꝰ aūt] secundi

aduentus Christi seu resurrectionis cõmunis, videlicet q̃t anni restent anteq̃ compleat, & momẽtis. i. determinata hora qua venturus est Chr̃s [nõ indigetis vt scribamus vobis] qa q̃d sciri potest de hoc vobis iã cõstat. Sicut subiũgitur [ipsi em̃ diligenter scitis]. i. cũ magna aduertentia cognoscitis [quia dies dñi]. i. hora finalis iu
Mat.24. dicij̃. Quæ dicitur dies non solum propter solis illustra tionẽ, sed & propter omnium operum hominũ manifestationem. Tunc em̃ illuminabit dñs abscondita tenebrarũ [sicut fur in nocte ita veniet]. i. latenter, improuise & subito accidet, sicut fur tempore noctis domum ingreditur. Vel sicut fur, id est improuise in nocte, ita
Mt.22. veniet, id est, latenter aduenet, ad similitudinem furis. Vñ in Matthæo legimus. Media nocte clamor fact9 est, ecce sponsus venit [Cũ em̃ dixerint] impij̃ [Pax] nobis est, id est quies a malis præsentibus [& securitas] a futuris periculis [tunc repentinus eis superueniet interit9] id est, subitanea perditio diei iudicij̃ [sicut dolor in vtero habentis] id est, tam pœnalis, quã ẽ cruciatus mulieris parturientis [& non effugient] mortem, & iudicis manum. Istud ergo scitur de tempore & momento futuri iudicij̃, q̃ improuise veniet, atq̃ celerrime finiet. Sicut apud Mattheũ legimus, Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet vsq̃ in occidentem, ita erit aduentus filij̃ hoïs.
Act.1 Quod vero de tempore & momẽto scire non potestis, videlicet determinatam horam eius, & quantum distet nec mihi Paulo apl̃o innotescit. Propter q̃d ait Saluator in actis apostolorũ: Non est vestrum nosse tempora & momenta, quę pr̃ posuit in sua potestate. Et alibi. De die autem illa & hora nemo scit, neq̃ angeli cœlorũ [Vos aũt frẽs non estis in tenebris] ignorãtię & pẽti [vtvos dies illa tanq̃ fur apprehendat] id est, in die illa improuise comprehendamini atq̃ damnemini a Christo iudice metuendo. Occasione huius verbi apparet q̃busdam, q̃ in isto capitulo loquatur Apostol9 potius de die particularis iudicij̃, qua quilibet visitatur p̃mortem, & iudicatur a Christo: Sciebat nanque Apostolus

diem finalis iudicij multum distare. Idcirco de illa nō dixisset hominibus sui temporis. Vos autē in tenebris non estis, & cætera, quasi si in tenebris essent ab illa die cōprehendi potuissent. Sed istud facile soluitur. Sicut em in p̄cedenti capitulo dixit Apostolus de longe futuris, eis videlicet qui erunt viuentes circa diem iudicij in sua persona. Nos qui viuimus qui residui sumus &c. Ita hoc loco per p̄sentes designat futuros electos p̄pter vnitatem mystici corporis Chri. Veruntamen oia iam inducta exponi possunt de die particularis iudicij Vt sit sensus, De temporibus autem & momētis .i. qua die & qua hora quilibet vestrum moriturus & iudicandus sit a Chro, nō indigetis vt scribamus vobis. Nā ita incertum est tempus & momentū huius iudicij sicut illius, nec spectat ad vos talia scire. Vnde ait saluator: Vigilate itaq; quia nescitis diem neq; horam. Qđ autem sciri de hoc potest scitis. Ipsi em diligenter scitis quia Mat.24
dies dñi .i. dies p̄ticularis iudicij. Quæ dr dies dñi quia inea facit dominus cū moriente particulare iudiciū tanquam fur in nocte. .i. īprouise, & subito veniet. Iuxta illd: Qua hora non putatis, filius hois veniet. Et Esaias. Veniet super te malū atque calamitas, & nescies ortum eorum veniet super te miseria repente. Cum em dixerint homines carnales pax & securitas arbitrantes diu in delitijs viuere. Prout apud Lucam quidam eorū afsat. Aia habes multa bona reposita in annos plurimos, requesce, comede, bibe, epulare, tūc repentinus eis supueniet interitus .i. mors improuisa ac subita. Sicut prædictis ꝟbis euangelicis addit. Dixit aūt illi deus. Stulte hac nocte aiam tuam repetent a te. Deniq; super hæc verba. Cū dixerint pax & securitas, tunc repētinus eis supueniet interit9, dicit glo. Ministri antichri eo occiso, i diebus sequētibus gaudebūt ducētes vxores, cōuiuia celebrātes, & ioca diuersi gīis exercentes, ac dicentes: Licet princeps noster mortuus sit, nos tñ pacem habemus & securitatē. Et cum talia dixerint, repentinus eis supueniet interitus. Hanc glosā reprobat qđā hoc loco

candum, [Qui prius], id est, anteq̃ inter Hierusalem & Damascũ Christũ vidi & credidi [Fui blasphemus] Christum negando [Et persecutor] primitiuę ecclesiæ [& contumeliosus]. i. iniurias contumaciter inferens. sãctis [Sed ideo misericordiam]. i. indulgentiã, gratiam, & apostolatum [consecutus sum] accidenter, non directe. quia ignorans feci in incredulitate, id est, ignoranter peccaui per infidelitatẽ, sicq̃ peccatũ meum excusabile fuit. Non tamen ignorantia hęc causa fuit meritoria gratię mihi concessę, sed quędam occasio. [Superabũdauit autẽ gratia domini nostri Iesu Christi] in me [cum fide & dilectione]. i. etiam fides atq̃ dilectio [q̃ est in Christo Iesu] sicut in causa & obiectio, mihi abũdanter infusę sunt, sicut & alibi dixi. Vbi abundauit inquitas, superabundauit & gratia. ¶ Consequenter ponit rationem cur gratia dei abundauit in se, immo in omnibus iniquis conuersis. [Fidelis]. i. verax fideliterque credendus, [sermo, & omni acceptione dignus]. i. maxime acceptabilis, gratus, & amplectẽdus. Qui seq̃tur [qa]. i. q̃ [Christus Iesus venit] per humanę naturæ assumptionem [in hunc mundum.] Iuxta illud Baruch. 3. Post hæc in terra visus est, & cum hominib9 conuersatus est. Verbum enim caro factum est & habitauit in nobis [Peccatores saluos facere]. i. ad saluandum & liberandum iniquos. Iuxta illud Ioannis. 3. Non misit deꝰ filium suum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Vnde & ipse testatur Lucę decimo nono. Venit filius hominis quęrere, & saluum facere qd̃ perierat. Item q̃: Nnon veni vocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam, [q̃rum ego primus] id est, pręcipuus [sum] propter magnitudinẽ peccatorum meorũ. Non tamen simpliciter primus seu maximus', sed secũdum aliquã considerationem, videlicet inquantũ peccata mea certiꝰ scio, & graviꝰ põdero quã aliorũ. [Sed ideo misericordiã consecutus sum vt in me]. i. in mei pñssima conuersione & saluatione, [primum], id est, principaliter [ostenderet Christus Iesus omnem,] id

Sap. 5.

Rom. 5

Luc. 19

Io. 1.

Mat. 9

est.perfectam, [pacientiam,] id est longanimitatem & mansuetudinem suam [ad inf ormationem eorum, qui crediturí sunt illi in vitam æt ernam,] id est, vt omnes futuri fideles propter ęternam vitam crediturí, discant in me diuiuinę pietatis abyssum quatenus nunquā desperent, considerantes me maximum peccatorem, in apostolatum prędelectum. Hęc est alia & maior ac verior causa prōpter quam deus misertus est Pauli, videlicet vt poneret eum exemplum spei cunctis credētibꝰ.

¶Pro tantis igitur beneficijs gratias ago & dico [Regi aūt sæculorum] .i. deo vni & trino, omnium generationum & tęmporum principi, omnia gubernāti, [Immortali], id est, penitus inuariabili. Sicut Iacobus loquitur: Apud quem non est trāsmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, [Inuisibili] quia nec oculo corporali nec intellectuali perfecte & conprędensiue videtur, id est, omnino incomprehēsibili. Sicut apud Ioan nem habetur: Deum nemo vidit vnq̄. Quæ enim sunt dei, nemo nouit nisi spūs eius [Soli deo] .i. regi huic, qui solus est deꝰ sit [honor] latrię i. sūmę exhibitio reuerentiæ, [& gloria] .i. beatitudo in seipso. Vel, gloria .i. nominis sui clarificatio in cordibus hominum cum debita laude, In sęcula sęculorū .i. sine fine [Amen] Post diuinorum beneficiorū recordationem, & humilitatis prpprię ꝓfessionē, ac deuotissimā gratiarum actio nem. Docet Apostolus Timotheum quomodo in regimine gregis sui se habeat. [Hoc præceptū] quod subiungo [commendo tibi fili Timothee] implendum [secundum p̄cedentes in te ꝓphetias] .i. scdm reuelationes ꝓpheticas, mihi de te factas anteq̄ a me epūs creareris, Hoc est, sic ipleas istud p̄ceptū, quemadmodū mihi spūs sanctꝰ reuelauit de te priusq̄ te ordinarem epm. Præceptū aūt est hoc [vt milites] .i. pugnando exerceas [in illis] ꝓphetijs adiplendis [bonā militiā] .i. fructuosam exercitationē, resistendo falsis doctoribus & veritatē p̄dicādo, ac populū tuū regēdo, sicut reuelatū ē mihi te operaturū [hñs fidem] plenā [& bonā cōscientiā] de nullo vitio sibi conſciam [Quā]

Iac.1.

1.Io.4.
1.Cor.2

conſcientiam bonam [quidam repellentes] .i. peccando perdentes [circa fidem naufragauerunt] .i. in his quæ fidei ſunt errauerunt, & in profundum erroris ſubmerſi ſunt. [Ex quibus] de q̃rum numero [eſt Hymenęus & 1. Cor. 5. Alexander, quos tradidi Satanę] .i. excommunicaui, & excommunicatos expoſui poteſtati diaboli, vt eos corporaliter vexet, donec reſipiſcant [vt diſcant] per expe- Eſa. 28. rientiam pœnarum ſuarum [non blaſphemare] quẽadmodum ſcriptum eſt. Sola vexatio dabit intellectum auditui. Sicq; traditio iſta finaliter intendebat in emendationem ipſorum. Tantæ demũ poteſtatis, vt dictum eſt erat apoſtolus vt recedentes a fide, ſolo verbo daret diabolo, qui nil poteſt niſi a deo, & ſanctis permiſſus. Vn de traditio hæc fuit ,platio ſententiæ ab ore apoſtoli cõtra eos, qua dæmon percepta mox traditos apprehẽdit & tribulauit per interualla, imo interim etiã occidit corrigi non volentes.

¶Expoſitio ſecundi capitis. Obſecro igit̃.

Articulus II.

SEcundum doctores catholicos in exordio huius capituli non ſolum Timotheo, ſed vniuerſæ eccleſiæ preſcribit apoſtolus formam celebrandi, atque pro omnibus ſupplicandi. Primo igitur gloſa exponit hunc locum quantum ad miſſæ officiũ, vt ſit ſenſus [Obſecro igitur primo omniũ] .i. ante cætera [fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũactiones] Obſecrationes dicũtur quæ in miſſa ante conſecrationẽ proferuntur, Orationes quæ dicuntur in conſecratione Poſtulationes vero quę poſt conſecrationem (vt eſt epiſcopalis benedictio) vel dum aliquid ex debito petitur. Gratiarumactiones autem, quæ dicuntur poſt ſumptionem in fine officiꝰ. Secundo exponit, quantũ ad officium orandi communiter, ſicque obſecrationes vocantur, quæ pro rebus difficillibus domino offeruntur: vt eſt iuſtificatio impiꝰ, ſuſcitatio mortui: quamuis cuncta ſint deo eque facilia, cui non eſt difficile omne verbũ vt dicitur Hieremiæ capite triceſimoſecundo. Orationes

dicuntur dum conuersis petuntur virtutes. Postulatio nes vero dum iustis gloria sempiterna imprecatur. Gratiarumactiones sunt hymni deo oblati pro beneficijs eius. Quidam distinguunt hæc quatuor ita. Nã ad actum precationis tria exiguntur. Primum est accessus precantis ad deum, quod fit per orationẽ, quæ secundum Damascenũ est ascensus mentis ad deum. Et quantum ad hoc dicit Apostolus: Obsecro fieri orationes. Secũdum est proponere coram deo quod petitur. Quod fit dupliciter, scilicet in communi, sicut cum dicimus: Dñe assis mihi, vel adiuua me. Et in speciali, vt cum dicim⁹: Domine da mihi charitatis feruorem. Primo modo vocat petitio, secundo postulatio. Tertium quod ad actum precationis exigitur, est id per quod fit exaudibilis. Quod est est duplex. Vnum enim est ex parte Dei, videlicet sanctitas eius, vel aliquid sanctifica tum ab eo, sicut cũ dicimus per tuam bonitatem vel tuam incarnationem libera nos. Aliud est ex parte orantis, videlicet gratitudo seu gratiarũactio de bonis collatis, per quam dignificatur homo, ad percipienda dona maiora. Ad quorũ primum ꝓtinent obsecrationes, ad scđm gratiarũactiones. Has igitur orationis species obsecro fieri. i. a fidelibus, præsertim a sacerdotibus deo offerri [pro omnibus hominibus] fidelibus & infidelibus, amicis & inimicis, notis & ignotis: præcipue tamen [pro regib⁹ & omnibus qui in sublimitate sunt constituti]. i. ꝑlatis atq; principibus, ex quorum bono regimine aliorum salus pro magna parte dependet, iuxta illud: Scđm iudicẽ populi, sic & ministri eius, & qualis est rector ciuitatis tales habitãtes i ea. His etiã maius onus incumbit, maiusq; periculũ imminet, qa iudiciũ grauissimũ fiet in his qui ꝓsunt. Subditi q̃q; specialiter obligant orare pro eis [vt quietam] ab exterioribus perturbationib⁹ [& tranquillã]. i. intus pacificam [vitam agamus in omni pietate] animæ [& castitate] corporis, sumendo castitatem ꝓ continentia. Vel, in omni pietate, q̃tum ad alios, & castitate. i. temperãtia, q̃tum ad nosipsos. [Hoc enim]. i. sic

Damasce.

Mat. 5

Sapien. 6.

Esa. 26.

orare pro omnibus [bonum est & acceptum] id est virtuosum, meritorium, & placitum [coram Saluatore nostro deo, qui omnes vult saluos fieri, & ad cognitionē veritatis venire] Hoc idem alibi sępe testatur scriptura.

Mat.18. Scriptum est nanque. Non est voluntas ante patrem vestrum, vt pereat vnus ex pusillis istis. Et iterum. Patien

Ezc.18 ter agit dominus propter vos, nolens aliquem perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Et rursus per prophetam, Nunquid voluntatis meę est mors impĩ dicit dominus: & nō vt conuertatur a vĩs suis & viuat? Imo

Esaię.48. in tantum vult & quasi desiderat deus nostram salutē, vt per alium prophetā populo impio dicat: Vtinam attendisses mandata mea. Sed difficultas est quomodo

Rom.9. sint hęc intelligenda propter authoritates scripturę quę

Esa.46 videntur oppositum velle. Nam supra dixit Apos-

Psal.11 tolus: Voluntati eius quis resistit? & per Esaiam dominꝰ perhibet. Consilium meum stabit, & oĩs voluntas mea fiet. Et psalmista. Omnia, inquit, quęcunqꝫ voluit dñs, fecit. Si ergo vult omnes saluari, ergo omnes saluantur. Ad hoc multipliciter respondetur. Primo quod de

Io.6. us vult omnes saluari quantum in se est, ita vt ex parte eius non sit defectus, neminemque ad se venientem repellat, & singulis gratiam dare paratus sit. si fecerint quod in se est. Secundo intelligit cum distributiõe accomoda seu impietione. vt sit sensus. Vult omnes saluos fieri. i. omnes qui saluantur vult saluos fieri. Nemo enim saluatur nisi deo volente. Tertio intelligitur cum distributione pro generibus singulorum, non pro singulis generum. De omni enim statu & genere hoĩm vult ꝙdã saluari. Hæc tñ responsio non videtur satisfacere authoritati qua dictum est, quod non sit voluntas pris vt pereat vnus ex pusillis istis. Quarto intelligit de voluntate signi. Nã deꝰ cõsulit, hortatur, & iubet, vt oẽs bene se habeãt. Quinta responsio, quę melior est, & a Damasceno assignatur, est qꝺ deus vult oẽs saluari volũta te antecedente, non autē voluntate consequēte, quę duplex voluntas in deo sola ratione distinguitur. Dici-

tur enim voluntas antecedens qua quis aliquid vult secundum considerationem communem & absolutã rei quam vult. Consequens vero qua vult aliquid considerãtis particularibus circumstantijs atq; conditionib⁹ eius. Primo modo vult rex omnes suos subiectos viuere, inquantum videlicet considerat eos vt ciues, & mẽbra regni sui. Secundo modo vult quosdam eorum perire, inquantum sunt bono cõmuni cõtrarij, vel enormiter scelerati. Simili modo vult deus omnes homines saluari, voluntate antecedente videlicet, cõsideratis eis vt sunt rationalis naturę: ad sui imaginem factę, beatitudinis que capaces. Sed considerando nonnullos secundũ actus & circũmstantias suas particulares non vult eos saluari, sed damnari, quod pertinet ad voluntatem consequentem. Verum (vt ait Thomas) voluntas fertur in rem, secundum quod res in se realiter existit. Ideo quod aliquis vult voluntate antecedente non vult simpliciter sed secundum quid. Quod vero vult voluntate consequente, vult simpliciter & perfecte. Ideo omnes saluantur quos vult deus saluari, loquẽdo de voluntate dei ęterna, simpliciter dicta. Quod ergo vult deus mnes saiuari his modis declarat Apostolus [Vnus enim deus est] vtpote in essentia simplex, & in personis trinus, qui est trinitas superbenedicta, vnus verus simplicissimus deus [vnus est & mediator] id est, reconciliator & sequester [dei] trinitatis [& hominum homo CHRISTVS IESVS] cum vtroque extremo conueniens: cum deo secundum naturam diuinam, & cũ hominibus, secũm assumptam humanitatem. Estque mediator dei ac hominum, propríe loquendo, nec vt deus neq; vt homo, sed vt deus homo, seu deꝰ incarnatꝰ. Sic ꝙppe cõpetit ei & satisfacere seu reconciliare, & idoneitas vel efficacia reconciliandi. Quorũ primum conuenit ei ratione assumptæ naturæ, secundum vero ratione deitatis vnitę, ex qua opa & pœnę Chri hois infinitã quodãmõ dignitatẽ & efficaciã sortiunt, in tantum

Voluntas ens q̃ quid Voluntas ẽ Exemplaꝑ de

Gen.1.

Thomas.

Heb.9

Rom.8.

vt minima gutta ſanguinis eius fuiſſet ſufficientiſſima ad totius humani generis liberationē [qui] Chriſtus [dedit] .i. ſpōte & charitatiue obtulit [redēptionem] id eſt, in cauſam & precium noſtrę redemptionis [ſemetipſū pro omnibus] q̄tum ad ſufficientiā [Cuius teſtimoniū] id eſt, aſſertio ſeu prædicatio, vtpote teſtimoniū, quod vel prophetę præbuerunt de Chriſto venturo, vel apoſtoli de ipſo iam paſſo & glorificato [ſuis temporibus] id eſt diebus a deo præordinatis [confirmatum eſt] id eſt, impletum, & verificatum atqueper ſigna diuina probatum: videlicet in die ſancto Penthecoſtes aduenīente ſpiritu ſancto, & apoſtolis Chriſti reſurrectionem prædicantibus, ac diuerſa miracula operantibus. Vnde ſcriptū eſt. Illi profecti prædicauerunt vbique, domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis [In quo] .i. ad cuius teſtimonij perhibitionem ſeu prędicationem [poſitus] id eſt, diuinitus inſtitutus & factus [ſum ego prædicator & apoſtolus. Veritatem dico in Chriſto, & non mentior] iſta dicendo qui ſum [doctor] gentium in fide] catholica [& veritate]] euāgelię legis. ¶ Inſuper docet Apl's modum orādi in ſpēali primo quantum ad viros [volo ergo] .i. quoniam doctor ſum gentium, volo [viros orare] id eſt, decentia petere a deo [in omni loco] opportunitate adepta, & non ſolum in eccleſia materiali [leuantes puras manus] .i. ſācta deſideria cum corporalium manuū extenſione ad deum pro deuotione ardentiori excitand: ſi tamen fieri poſſit ſecrete. Coram alīs nanq; ſingularitas eſt vitanda. Multum autem confert corporalium manuum eleuatio ad ſuperna pro interiori eleuatione prouocanda Propter quod per prophetam dī: Leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum in cœlos, Et rurſus apud aliū. In nomine tuo leuabo manus meas. Itemque, Eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinū [ſine ira] in proximum .i. ſine appetitu vindictæ, & animæ commotione. Vnde in eccleſiaſtico legitur. Homo homini ſeruat iram, & a deo quærit medelā. Quis exorabit p

Mar. vlt.

Act. 9.
Gala. 1.

ps. 140.

Eccl. 27.

peccatis illius [& disceptatione].id est, hæsitatione quā tum ad deum, non dubitantes de exauditione. Dūmodo orent sicut oportet, videlicet salubriter, perseueranter, & pro se ipsis. Cum plena ergo fiducia est orandū Quis enim inuocauit deum, & despexit eū? Ideo per Iacobum dicitur. Postulet in fide nihil hæsitans [Similiter & mulieres] volo orare sicut de viris predixi cum manuū purarum leuatione, sine ira, & disceptatione existētes [in habitu ornato].i. veste decenti non curiosa [cū verecundia] quæ est passio laudabilis, cum sit timor dere turpi, secundum Damascenum. Hinc scriptum est. Gratia super gratiam mulier sancta & pudorata & tacita. Et rursus. Fallax gr̄a, & vana est pulchritudo. Mulier timēs dominum ipsa laudabitur [& sobrietate [nec sint gulosæ [ornātes se nō intortis].i. crispatis [crinibus aut auro, aut margaritis vel veste p̄ciosa, sed quod decet mulieres] illo ornentur, illudque faciant [promitentes] id est firmiter proponentes, vel deo vouentes, vel foris veraciter ostendentes [pietatem].i. religiosam benignitatem seu Christianam religionem [& misericordiam ꝑ opera bona], id est virtuose viuendo. Hoc & Petrus in prima sua docet canonica. Mulierū sit non extrinsecus capillatura, aut circūdatio auri aut indumēti, vestimentorum cultus, sed qui absconditus cordis est homo in incorruptibilitate quieti & modesti spūs [Mulier in silentio discat].i. silenter instruentem seu prædicantem aduertat, præsertim in ecclesia [cū oī subiectione] interiori & exteriori, id est cum perfecta humiliatione [Docere aūt] viros in publico seu in ecclesia [Mulieri non permitto] quia communiter ratio debilis est in fœminis, sūtque nimis loquaces, & ad vanitatē ꝓcliues. sermo quoque earū luxuriā potiꝰ incitat sępe, quā deuotionē. Iuxta illud. Colloquiū mulieris quasi ignis exardescit. Veruntamen mulieres in suis conuentibus, seu domibus docere possunt personas sibi subiectas [neque] permitto mulieri [dominari in virum] id est, proprium maritum [sed esse in silentio] cum sint pronæ

Pro. 10 Tit. 2.

1. Pet. 3

Eccl. 96.

ad vitia locutionis. Ideo autē debet esse viro subiecta
Gen.1. [Adam enim primus formatus est] .i.a deo añ mulierē
Gen.2.&3 creatus [deinde Eua] de lateri viri [Et Adā non est seductus] a serpente, credendo vera esse quę dixerat serpēs videlicet. Quacūq; die comederitis, eritis sicut dñ [mulier autem seducta in pręuaricatiōe fuit] .i. decepta promissione serpentis dicentis. Nequaquam morieminī, sed eritis sic vt dñ. In tantum vt de prohibito fructu comederit. Vnde Adam interrogatus a deo, non dixit. Mulier seduxit me: sed dedit mihi, & comedi. Illa vero, serpens inquit, decepit me & comedi. Adam ēm multo sapiētior atq; perfectior erat vxore, vnde nequaquam putauit verba dei esse mendosa. Seductus tamē fuit in hoc q; propter amorem coniugis manducauit de vetito fructu: nec putauit transgressionē suam tam grauiter puniendam [Saluabitur autem] .i. salutis augmētum merebitur & sortietur mulier [per filiorum generationem] corporalem vel spiritualem. Nam actus matrimonñ meritorius est, si cū debitis circūstātijs exerceatur, videlicet, ppter plē diuino cultui deputandā. Spūalis q; generatio q est instructio, correctio, & educatio in virtutibus, multū meritoria est mī [si prima ferit ī fide] catholica [& dilectiōe] spūali, ne amor carnalis in ea pręualeat [& sanctificatiōe] .i. sancta cōuersatione, pręsertim vitando alterius viri pollutionē [cū sobrietate] temperanter viuēdo. Immoderatio ēm cibi ac potus plurima vitia parit in fœminis.

Expositio Cap. 3. Fidelis sermo &c.

¶ Articulus tertius.

Onsequēter Apl's istruit Timotheū de ordinatione ministrorū ecclesię [Fidelis] .i. ver9 & grat9 est [sermo] qui subdit, s. [Si quis episcopatum desiderat] .i. episcopus fieri cupit [opus bonū] .i. sctm officiū desiderat, sed non bene desiderat. Nō ēm licere videt ad episcopatū anhelare, nisi forte ex spēali ispiratiōe spūs sctī. Quāuis ēm episcopatus sit dignitas magna, habet tñ sūmū laborē & maximā solicitudinem

sibi annexam, ita vt potius appelletur opus q̄ dignitas. Et si quis episcopatum licite cupit, non propter dignitatem, sed propter administrationem eū cupit, optans ꝓ desse non ꝑesse. Deniq; nomen episcopi proprie sumptū significat opus non dignitatē. Dicitur enim ab epi q̄d est supra & scopos intētio, quasi saluti gregis sui superintendens. Quidam probabiliter asserunt hoc loco per episcopatum intelligi sacerdotium. Nam de Diaconis statim subiungit. Nō autē apparet q̄ Apl's de sacerdotio conticuisset, tantum q; ordinē transilīsset, nisi in noie episcopatus includeret. ¶ Ne aūt q̄spiā pronus sit ad desiderandum episcopatū declarat Apostol⁹ qualem oporteat esse episcopum, quatenus episcopatū nemo affectet nisi virtutibus istis ornet. Oportet ergo, si res digne & fructuose agatur [episcopū] iam creatum, vel eum qui ad episcopatum promouetur [sine crimine esse], id est, sine magno perseueranti seu notabili vicio, ne increpanti dicatur. Medice cura teipsum [vni⁹ vxoris virum] Circa hoc Hieronymus & Augustinus dissentiunt. Hieronymus enim affirmat q̄ oportet eū non habuisse nisi vnam vxorem post baptismum, ita q̄ non obest, si ante baptismum aliam habuit, eo q̄ baptismus irregularitatem tollat. Augustinus tenet oppositū q̄ baptism⁹ nō sacramenta relaxat, sed crimina [sobriū] in victu ne grauetur cor eius crapula vel ebrietate Vnde Leuiti. 10. dominus ait ministris synagogæ, Aaron & filiis eius. Vinum, & omne quod inebriare pōt non bibes tu & filij tui quando intrabitis in tabernaculū testimonij, vt habeatis scientiā discernendi inter sanctū & pollutū [prudentē] in agendis & dandis consilijs [pudicum] in exteriori apparatu [honestum, ornatum] probitate morum [hospitalem] alios, maxie pauperes clementer hospitando [doctorem], id est, eruditum & agilē ad docendū [non vinolentū [ne corpus eius ad libidinē coucitetur [non percussorem], id est, bellicosum, vel ex impatientia verberantem [sed modestum] .i. in omnibus ordinatum [non litigiosum]

Titū. 1.

Luc. 4.

Hierony.

Augustin.

Titū. 1.

Pro.20 ne verbis contendat. Honor ei est hoī q̄ separat se a lite
Iaco.3. Et vbi zelus & cōtentio ibi incōstantia & oē op⁹ prauū
[non cupidū]ne ꝓpter munera ꝙuertat iudicium, vel
acceptor sit ꝓsonarū[suę domui bñ ꝓpositum].i. pro
priam familiā digne regentem. Virtusnanq; & vitium
Eccl.10 familię, redūdat in patrē familias. Qualis enim rector
tales & subditi[filios habentem subditos]sibi & deo[in
omni castitate].i. continentia q̄ omni Chr̄iano necessa-
ria est.[Si quis autem domui suę].i. domesticis ꝓpr̄js
[nescit p̄esse: quomō ecclesiæ dei diligentiā habebit].i.
qualiter toti congregationi fidelium cum debita solici-
tudine ꝓuidebit? Quasi dicat. Nequaq̄, cū istud sit ma
ius & laboriosius illo[Non neophitū],i. nouiter cōuer
sū[ne in superbiā elatus].i. tumore elationis inflatus ex
subita promotione se reputans alīs perfectiorem & ec
clesię prænecessarium[in iudicium].i. reprobationem
seu pœnam[incidat diaboli]q̄ ob suā elationem damna
tus est.[Oportet aūt & te testimoniū habere bonum ab
his q̄ foris sunt].i. infidelibus & mūdanis hoibus. Hoc
est, tanta virtutum excellentia necesse est eum fulgere,
vt etiam a peruersis laudetur, ita vt nemo valeat rep̄-
hendere eum: sicq; facilius extranei a fide seu vita lau-
dabili eius p̄dicationi cōsentiāt[vt nō in opprobrium
Eph.4. incidat].i. cōtemptū, videlicet ne quis eū despiciat[&]
1.Pet.5 in[laqueū diaboli].i. aliud quodcunq; p̄ctm̄, quo dæ-
mon capit atq; illaqueat animā peccatricē. ¶ Insup̄ de
statu & qualitate diaconorū subdit Aplūs[Diaconos si
militer]oportet esse[pudicos non bilingues].i. duabus
loquelis vtentes videlicet aliter in p̄ntia, atq; aliter i ab
sentia loquentes, quales sunt adulatores, simulatores &
seminatores discordiæ. Vñ in Ecclesiastici 28. legitur.
Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turba-
uit pacem habentes. Talibus dicitur ab apostolo. Puri-
Iaco.4 cate corda duplices animo[non multo vino deditos]
id est, non vinolentos & ebriosos ne sint mente obtusi,
Pro.20 indiscreti ac lubrici, quoniam scriptum est. Luxurioſa
res est vinum, & tumultuosa ebrietas: qui his delecta-

tut non erit sapiens [non turpe lucrum], id est, tempora
le commodum [sectantes] vel non vilius ementes, & ca
rius vendentes. Turpe est enim huic professioni quæstu
bus studere [habentes mysteriũ fidei]. i. secreta fidei co
gnoscẽtes [in cõscientia pura] videlicet ne de sua sciẽtia
extollantur, vel secreta fidei curiose scrutentur [Et hi au
tem], id est, Diaconi & Episcopi [probentur primum],
id est, antequam promoueantur examinentur, si idonei
sint [& sic] probati & approbati [ministrent] in suis offi
cijs [nullum crimen], id est, mortale peccatum [habẽtes.
Mulieres similiter] oportet esse [pudicas], id est, verecũ
das, honestas, foris cõpositas [non detrahentes, sobrias] Sup.2.
Ebrietas enim præcipue obest eis, cũ sint debiles in rati
onis iudicio [fideles in omnibus] articulis fidei, vel in
oĩbus dictis & factis. [Diaconi sint vnius vxoris viri]
id est, vltra vnam vxorem non habeant propter sacra-
mentum. Sunt eĩ q̃si vicarij sponsi cœlestis, cuius spõsa
puta ecclesia, vna est. Tempore autem apostoli licuit
episcopis presbyteris atque diaconis vnam habere mu-
lierem, qua defuncta ad castitatem tenebant. Nunc ve-
ro ex ordinatione summi, pontificis ad perpetuam casti Gregorius
tatem tenentur [Qui] diaconi [filis suis bene presint &
suis domibus], id est, familijs tam in spiritualibus quã
in temporalibus. [Qui enim bene ministrauerint] in mi-
noribus officijs atque ordinibus [gradum sibi bonum
acquirent], id est, ad altiorem statum & ordinem pro
mouebuntur ad propriam & aliorem salutem [& mu
tam fiduciam], id est, spem magnam de futura beatitu
dine. Fiduciam iquam [in fide fundatam quæ fides est [ĩ Heb.11.
Christo Iesu] sicut in datore cõfirmiatore & p̃miatore
[Hæc tibi scribo sperãs me venire ad te scito] a Laodicia
ad Ephesum. [Si autem tardauero] tunc scribo [vt scias
interim ex doctrina huius epistolę [quomodo oporteat
te in domo dei]. i. in grege fidelium tibi commisso [con
uersari] omnibus & singulis salubriter presidendo, ex-
emplariter te habendo. & vnicuique proportionatam
doctrinam iprimẽdo [quę] domus [est ecclesia dei vi-

ui].i. Congregatio Christianorum ,ecclesia vtiq; non ex vilibus laxis, sed viuis constructa lapidibus: estque [columna & firmamentum veritatis] ,id est veritatem euangelicam fortiter portat, infirmosque sustinet, et vacillantes confirmat, tanquam firmamentum seu fulcimẽtum nutantium in fide aut moribus. [Et manifeste magnum est] in ecclesia [pietatis sacramentum] ,id est, verbum dei incarnatum in cordibus fidelium habitans. Qđ dicitur sacramentum, id est, sacrum secretum seu res occulta, quia secundum diuinam naturam inaccessibilem habitat lucem. De quo Esaias: Vere, inquit, tu es deus absconditus. Dicitur etiam sacramentum pietatis, tãquam origo & fons totius misericordię, sanctę religionis & cultus diuini [quod] sacramentum [manifestatum est] .i. visibiliter apparuit hominibus [in carne] assumpta. Verbum enim caro factum est, & habitauit in nobis. Vnde apud Esaiam testatur. Sciet populus meus nomen meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum. Et iterum. Simul laudabunt, quia oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit dominus Syon [iustificatum est], id est, iustum ostensum quantum ad deitatẽ vel iustum effectum secundum humanitatem [in spiritu], id est, per operationem spiritus sancti, testimoniũ perhibẽtis de Christo, & animam eius omni sanctitate implentis. [Apparuit angelis] præsertim in ascensione quando dixerunt. Quis est iste rex glorię: &, quis est iste qui venit de Edom, [prædicatum est] per Apostolos [gentibus] vniuersis. In omnem enim terrã exiuit son⁹ eorum. Vnde propheta. Paruit, inquit, dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium [creditũ est mundo], id est, homines per fidem acceperunt hoc sacramentum, credendo in CHRISTVM: iuxta illud in psalmo. Viderũt omnes termini terrę salutare dei nr̃i [assũptũ est ĩ gloria] .i. ĩ ascẽsione ad patris dexterã eleuatũ atq; locatũ ẽ ꝓut apud Marcũ legit̃. Dñs Iesus assumptus est ab eis, & sedet ad dexteram dei.

Inf.6
Esa.43
Io.1.
Esa.52
p̃s.23.
Esa.63.
p̃s.18.
Esa.51.

¶ Declaratio Cap. IIII. Spiritus aũt manifeste dicit. Art. IIII.

QVoniam iacula præuisa minus feriũt, prænunciat Apostolus mala ecclesiæ euentura, vt cum venerint minus turbentur fideles. [Spiritus aũt manifeste dicit].i.spũs sanctus no bis euidenter reuelat[quia in nouissimis temporibus maxime] circa aduentũ Antichristi[discedent quidam]etiam famosi & magni[a fide]catholica. A qua nõ corde, sed cor 2.Tim.3
de discedit, sicut & corde creditur[attendentes spiritibus erroris].i.animabus hominũ errantium, sed dæmonibus ad errorem ducentibus, quiin veritate non Io.8.
steterũt[& doctrinis dæmoniorum] quas dæmones per se ingerunt cordibus peruersorum, vel p hereticos proponunt eas simplicibus[in hypocrisi].i.in simulata sanctitate[loquẽtium mendaciũ]dæmonia em̃.i.hoies dæmone informati loquuntur falsa cum simulata sanctitate vt sibi credatur. De qbus dicit in euangelio Chrs. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. [cauteriatam].i.læsam seu vitiose corruptam [habẽtiũ suam conscientiam prohibentium nubere]quasi matrimonium non esset sacramentum atq; diuinit9 institutum. Iubentium etiam[abstinere a cibis quos deus creauit]quo ad primordialem materiam [ad percipiendũ ea].i.ad vescendũ cũ gratiarumactione. Creauit inquã Rom.14.
eos fidelibus & his qui cognouerũt veritatem.i.ad sustentationẽ credentium[quia oĩs creatura dei bona est] 1.Cor.6.2.
in sua natura & nihil reiiciendum a manducante[qd̃ cum gratiarumactione percipitur].i.nullus cibus spernendus est, tanq̃ in sua natura nociuus, qui comedi potest aut solet, cũ gratiarumactiõe. Nã licet fideles a certis cibis & potibus interim abstineant, hoc tñ nõ faciunt ea ratione qua fiebat in veteri testamento, sed ob corpis castigationem[Sanctificatur enim per verbum dei].i. a verbo seu filio dei cibus benedicitua ne sit nociu9 sed vtilis. Chrs q̃q; seu verbũ dei suo aduentu cibos ĩ lege phibitos, fecit licitos: sicq; sanctificauit eos[& oronẽ].i. p orationẽ hoim instrumentaliter: qui sua prece obti-

nent a filio dei ſanctificationem ciborū [Hæc documẽta [proponens fratribus] ꝓ modū exhortationis ſeu iuſſionis [bonus eris miniſter]. i. fructuoſus ꝑlatus, laudabilis ꝙ vicarius [Chriſti Ieſu] populum eius efficaciter inſtruendo [enutritus]. i. ſpiritualiter educatus ac fotus [verbis fidei & ſanæ doctrinę]. i. ỽbis ſacrę ſcripturæ pertinentibus ad fidem ſacram, euãgelicam ꝙ doctrinam. Hæc verba animam nutriũt. Iuxta illud: Non in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo quod procedit de ore dei [quam] doctrinam [aſſecutus]. i. adeptus [es] per illuminationem diuinam & meam inſtructionem. [Ineptas autem]. i. incõuenientes, quibus nec fides nec virtus ędificatur [& aniles fabulas] quales ſolent recitari a vetulis [deuita] Vnde apud Petrum quo ꝙ habeẽ. Non indoctas fabulas ſecuti, notam vobis fecimus dñi noſtri Ieſu Ieſu Chriſti virtutem [Exerce autem teip̃m ad pietatem]. i. ad interiorẽ cultum latrię & religionem internam vere dei, ad cõpaſſionẽ fraternã, & benignitatem cordialẽ. [Nã corporalis exercitatio ad modicũ vtilis eſt]. i. exteriora iſta exercitia ac inſtrumenta virtutum videlicet abſtinentię, ieiunia, vigilię, diſciplinę per ſe parum proficiunt, niſi in interioribus aia vere virtuoſa ac pia reddatur. Vnde nõnulli in his corporalibus exercitijs ſe fatigantes, in charitate & pietate ac interiori perfectione parum proficiunt: quia non ordinant prudenter & indeſinenter media iſta ad puritatem internam [Pietas aũt] prędicta [ad omnia]. i. ad omnẽ gratiã ꝓmerendã, & ad ꝓpriã ac aliorũ ſalutẽ ꝓcurandã [vtilis eſt ꝓmiſſionẽ]. i. ꝓmiſſã mercedẽ [habẽs vitę q̃ nũc eſt]. i. vitę p̃ntis. Nũc em̃ pietati promittit̃ ſufficientia temporalium & abundantia ſpũaliũ gratarũ [& futurę] vitę in patria, in qua merces pietatis eſt vita ſeu beatitudo ęterna, quẽadmodũ ait ſaluator. Cẽtuplũ accipiet & vitã ęternã poſſidebit. [Fidelis ſermo & omni acceptiõe dign9 eſt, quẽ de laude pietatis iam intuli [In hoc em̃] ſermone. i. propter huius ſermonis veritatẽ [laboramus] i interiorib9 & exteriorib9 exercitijs pie

D eut. 8. Mat. L

Titum. 1

2. Pet. 1

Mat. 19.

tatis [& maledicimur] a puersis quasi inique agentes.
Sed ideo cõstanter laboram⁹, & omnia æquanimiter to
leramus [quia speramus in deũ viuũ]. i. sperando in de
um tendimus, expectando futuram felicitatem ab eo, q̃
tanta est, vt non sint condignæ passiones huius tempo- Roma. 8.
ris ad eam [qui est saluator oĩm hominum maxime fide
lium] Trinitas q̃ppe supgloriosa est saluator principa-
lis, quę per Christi mysteria nos redemit. Et sicut Chr̃s
vocatur saluator omnium quoad sufficientiam, electo-
rũ vero q̃tum ad efficientiã: sic deus trinitas est saluator
oĩm per sufficientiã, fidelium vero fide & opere, est sal
uator p̃ efficientiam, quos ad salutem perducit cœlestẽ
[Præcipe hæc] quæ de fabularũ inanium vitatione, &
pietatis exercitatione tibi iam iussi, subditis tuis [& do-
ce] eos, si qui eorũ hęc nesciãt. ¶ Cõsequenter docet p̃-
latum a suis subditis honorandum [Nemo adolescen-
tiam tuam]. i. te adolescentẽ [cõtemnat] paruipẽdo ver-
ba tua ac iussa ꝓpter adolescentiã tuã, quasi inexp⁹
sis & imp̃fectus. Et vt hoc alĩ diligenter obseruent, opor-
tet vt vita & moribus annos tuos excedas, habendo te
mature in omnibus. Ideo subditur [sed esto exemplũ fi
delibus in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in 10.13.
castitate]. i. in his omnibus habe te exemplariter & syn
cære, quatenus loquendo, operando, diligendo, creden
do, seu opera charitatis ac fidei ostendendo, & caste vi-
uẽdo, alios ædifices, & similes tui efficias. [Dũ venio]
ad te videlicet interim, & tũc [attende lectiõi] sacrę scri Pro. 1. 12
pturę, in qua spũs sctũs cũ hoĩe loquit: & homo quasi 13. 19. 22
in speculo cõspicit q̃d agere debeat. [exhortationi] ꝓ-
ximorũ [doctrinæ]. i. informationi ignorantiũ, faciẽdo
hos actus successiue ac ordinate. Videlicet cõgruo loco
& tempe studendo, post modũ exhortando siue docẽ-
do. ¶ Cõsequẽter hortat Timotheũ ad diligentẽ sui of-
ficĩ executionẽ. [Noli negligere]. i. p̃ pigritiã p̃derevl
dissimulare, & ab operibus bonis susp̃endere [gratiã] gra
tum facientem, seu gratis datam. i. supernaturale donũ
spiritus sancti, seu ordinem episcopatus [quæ data est

tibi]a deo[per prophetiam].i.propheticam reuelatio-
nem mihi de te factam, qua mihi ostensum est te virili-
Acto.19. ter executurũ episcopale officium. Quę etiam gratia
data est tibi[cũ impositione].i.per impõnem [manuũ
presbyterij].i.manuum mearũ, qui te ordinaui episco-
pum, ꝑ quam impõnem presbyteriũ seu sacerdotiũ ti-
bi collatũ est cum gratia sacramentali quæ confertur in
sacramentis euangelicæ legis. Vel ponit abstractum ꝓ
concreto, videlicet presbyteriũ pro presbytero. ¶Con
Pro.7. sequenter admonet Timotheũ ad seriosam obedientiã
eorum, quæ ipse scribit & mandat ei. [Hæc] quæ tibi ꝑ
cepi[meditare] quemadmodũ apud Sapiẽtem dr̃. Ser
ua mandata, & legẽ quasi pupillam oculi tui. Liga eã
in digitis tuis, & in tabulis cordis tui scribe eam. [Inhis
esto] occupatus per obedientiam [vt profectus tuus] in
sancta cõuersatione [manifest⁹ sit omnibus] ad ædifica
tionem eorum & gloriam dei, non ad tuum præconiũ.
[Attẽde tibi] primũ, vt viuas sicut decet episco pũ, &
[doctrinæ].i.cõsequenter ĩtende instructiõi gregis tui
Esa.14. Qui em̃ sibij psi neq̃, cui bon⁹ est? Et qd proficit homo
Luc.9 si lucret̃ vniuersũ mundũ, seipsũ autẽ perdat? Hoc etiã
Act.20 in actib⁹ ait Apl̃s. Attendite vobis & vniuerso gregi:
in q̃ posuit vos spũs sanct⁹ epõs [Insta in illis] diligen
ter vacãdo tibi & alijs. [Hoc em̃ faciẽs, & teipsũ saluũ
facies].i.beatitudinẽ ꝓmereberis [et eos q̃ te audiũt] nõ
solũ aurib⁹ corꝑis, sed etiã cordis, saluos facies accidẽ
ter cooperatiue ac instrumentaliter.

¶Explanatio Cap. V. Seniorem ne incre-
paueris. Art. V

PRęterea docet apl̃s modũ docendi in spẽali: q̃te
n⁹ vnusq̃sq; ĩstruat̃ scd̃m stat⁹ sui decentiã [Se-
niorem] ętate & moribus ne increpaueris] argu
endo eum duris sermonibus, ne ad indignatio-
nem concitetur, et quia non decet nisi forte ad exerci-
tandum, vel ad aliorum ædificationem, sicut frequen-
ter viri sancti sanctissimos seniores dure increpasse le-
guntur [sed obsecra vt patrem] id est, humiliter atq; sup

pliciter admone eum, vt indecentia corrigat in seipso, vel alijs. Tamen (vt ait Gregorius) seniores leues & vitiosi durissime arguendi sunt. Vnde Sapiens ait: Senectus venerabilis est non diuturna neq; annorū numero computata, sed ętas senectutis vita immaculata. Sap.4.

De tali sene in Leuitico legitur. Coram cano capite consurge, & honora personam senis. [Iuuenes] obsecra ad ꝓficiendū in bonis, & abstinendum a malis [vt fratres] vt tua humilitate & charitate molliti atq; compuncti citius acquiescant. [Anus]. i. vetulas obsecra hoc modo [vt matres] tuas spirituales, vel sicut decet matres rogari a filijs [iuuenculas] obsecra [vt sorores in omni castitate] ita vt nullo modo habeas te ad eas petulanter. in pudice, siue carnaliter. [Viduas honora] ministrando eis necessaria vitę, si pauperes sint: vel reuerentiam solam exhibendo, si fuerint diuites. Q̄ intelligo de his [quę vere viduæ sunt]. i. vitā suo statui conuenientem ducunt tanq̄ separatę a solatio amoreq; sæculi, sicut de stitutę sunt a solatio viri. Denique de diuitibus viduis subditur. [Si qua autem.] id est, aliqua [filios aut nepotes habet] eius educatione & instructione egentes [discat primum], id est, antequam alijs præficiatur [domum suam] id est propriam familiam bene [regere & mutuam vicem reddere parentibus] suis, si viuāt, qua tenus sicut ab eis nutrita est: sic nutriat eos, si fuerit opportunum. [Quæ autem vere vidua est] secundum sensum prætactum [& desolata] id est, pauper & sola non habens familiam [speret in deum] id est, totam suā fiduciam in deo constituat, certa q̄ ecclesia sibi de necessarijs prouidebit [instet obsecrationibus & orationibus nocte & die] id est, competentibus horis diurnis atque nocturnis, totaliter occupando se in diuinis, orando ꝓ seipsa ac alijs quorum elmosynis sustentatur, vt sic vacet diuinis. Sic ergo agendum est viduæ. [Nam quę in delitijs est]. i. vidua carnaliter viuens & mundi delitias quęrens [viuens] vita naturæ [mortua est] vita gratiæ carendo, propter peccatum mortale. De qua morte Leu.19 1.Cor.7. p̄s.131. & 145.

ait in euangelio Chrs: Dimitte mortuos sepelire mor-
Mat.8. tuos suos [Et hoc precipe] viduis [vt irreprehensibiles
sint [delitias corporales, & magna ac notabilia peccata
vitando. Quod autem vidua diues vel valens, ꝓpriã
domum regere debeat, patet ex hoc [Si quis autem suo
rũ] propinquorum [& maxime domesticorum] vt sũt
parentes & filij [curam non habet] eos regendo seu nu-
Tim.1. triendo [fidem negauit] bona fidei omittendo. quãuis
ore non exprimat, sicut de quibusdam testatur scriptu-
ra. Dicũt se nosse deum, factis autem negant [& est in
fideli] qui nõdum veritatem fidei audiui [deterior] sal
tem quantum ad aliquid, vel ceteris paribus. Agit em̃
contra Christum, qui in cruce suspensus de matre sua
solicitus fuit: commendans eam discipulo. Propter qđ
etiam Petrus. Melius est, inquit, viam iusticię non co-
2.Pet.2. gnoscere, q̃ post cognitionem cõuerti retrorsum ¶ Cõ
sequenter docet quales viduæ sint eleemosynis eccleſię
sustentandę [Vidua eligatur]. i. talis vidua suspiciatur
ab ecclesia sustentanda non minus sexaginta annorum
. i. q̃ ad minus sexagenaria sit. Talis nanq; caret signo
suspitionis, eo ꝙ in tanta ętate extinctus sit feruor libi-
dinis, idcirco secure nutritur a ministris ecclesię [quæ
fuerit vnius viri vxor] duntaxat, quod est signũ conti-
nentię. Debet enim vnius tantum viri vxor fuisse pro-
pter sacramentũ copulę Christi & ecclesię, quę est vni9
cum vna, videlicet Christi cũ sponsa sua ecclesia [in o-
peribus bonis]. i. de laudabili sua præterita conuer satio-
ne testimonium habẽs a fide dignis. De quibus ope-
ribus subditur . Si filios suos educauit in cibis ac mo-
ribus si hospicio recepit peregrinos ac pauperes si san
ctorũ pedes lauit p̃sertim p̃dicatorũ vndiq; discurrẽ
tiũ, quod in primitiua ecclesia periculosũ erat recipe-
re [si tribulationẽ patientibus]. i. afflictis, captiuis, op-
pressis, atq; similibus subministrauit necessaria tribuen
do, vel obsequiũ ipendendo si oẽ opus bonũ ad se per
tinẽs subsecuta est per operationem assiduam Adule-
scentiores autẽ viduas quę nõdum sexaginta ãnos sorti

rę sunt[deuita].i.non eas suscipias ecclesię eleemosy-
nis sustentandas,nec votum continentiæ vsque a deo
ab eis requiras,propter vitanda pericula.Taliũ eĩ san-
guis feruet,nec lubricę ętati facile est credendũ. Ideo au
tem vitandę sunt[Cum enim luxuriatę fuerint] luxuri
ose,gulose,seu deliciose viuendo post continentię vo-
tum[in Christo].quasi honeste ac licite[nubere volũt]
non arbitrantes hoc esse culpabile,eo quod exæcata sit
ratio earum concupiscentijs carnis[habentes damnatio
nem].i.causam damnationis ęternę,videlicet mortale
peccatum[quia primam fidem].i.continentię promis-
sionem[irritam fecerũt],id est,violauerunt Promittẽ ps.75.
tibus nanq; castitatem non solum nubere, sed & velle Ecc.5.
nubere,est damnabile.[Simul autem].i. vna cũ pctis
iam memoratis[& ociosę]existentes [discunt circuire
domus]aliorum,hinc inde vagando[nõ solumociosę]
quoniam ociositas non est diu sola,sed parit alia vitia
[sed & verbosę & curiosę]Verbositas enim & curiosi
tas ex ociositate nascũtur[Loquentes quę nõ oportet]
id est,illicita & nociua.Minus dicit,& maius signifi-
cat[Volo ergo]per modum consulentis[iuniores] vi-
duas quę castitatẽ non promiserũt[nubere,filios ꝓcrea
re,matres familias esse].i.domũ propriã regere[nullã
occasionem dare aduersario].i.infideli seu impio [ma
ledicti gratia] .i.ad maledicendum seu detrahẽdum,
cui gratum atq; iucũdũ est habere aliquid contra fide
les vt possit obloq eis. Idcirco autem hæc cõsulo[Iam
enim quædam]viduę adulescẽtiores post voti emissio
nem]conuersæ sunt retro satanam].i.a proposito casti-
tatis ceciderũt rurs⁹ nubentes,& dęmonis prauitatẽ se
quẽtes[Si quis fideles habet viduas]adulescẽtes in do-
mo sua [subministret illis]necessaria vitæ[& nõ graue
tur ecclesia dei]eas alendo[vt his q̃ ꝟe vidue sũt] &
annosę:de q̃b⁹ iã dictũ est[sufficiat]q̃d habet eccl'ia.s.
vt valeat eas sustẽtare. ¶ Insup agit Apl's de p̃sbitero-
rũ honure[Qui bene p̃sunt p̃sbyteri].i.q̃ gregẽ suũ di
gne custodiũt[duplici honore digni habeãt].i.prę cę-

teris copiosius honorentur. Potest autem per duplicem honorē intelligi obediētia & sustentatio. Nā subditi p̄sbyteris obedire, & stipendia vitæ p̄bere tenentur, In patria quoq; duplici honore digni habent, videlicet aureæ atq; aureolę [maxime qui laborāt in verbo & doctrina] .i. illi p̄sbyteri potissime digni sunt duplici honore, qui instant verbo ex hortationis quantum ad scientes, & doctrinæ .i. institutioni ignorantiū. Q̄d autem a subditis sunt alendi probat Apls authoritate scripturæ [Dicit enim scriptura [Non infrenabis os bouí trituranti], p̄dicatori nō subtrahes necessaria vitę. [Et. dign⁹ est operarius mercede sua] Hoc est q̄q; superius dictū atq; expositum. Nō ligabis os bouí trituranti. [Aduersus presbyterū noli accusationem recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus] fide dignis. Presbyteri em̄ cum habeant alios corrípere, facile aduersarios acquirunt. Veritas em̄ parit odiū. Et vt Salomon p̄fitetur. Non amat pestilens eum qui se corripit. Ideo non est accusatio contra presbyterum admittenda: nisi sub duobus testibus vt minimum, vel tribus. Et etiam propter dignitatē sui grad⁹ seu ordinis, cū sit chrī vicari⁹ [Peccantes autē] testimonio testium conuictos, vel aperte excedētes [coram omnibus argue] Publica nanq; peccata, Publice arguenda sunt [vt & cęteri] superiores ac inferiores [timorem habeant] .i. argui & peccare formident. Si vero peccatum sit occultum: prīo occulte arguend⁹ est re⁹, iuxta illud. Si peccauerit in te frater tuus, corrípe eum inter te & ipsū solū [Testor] id est, sub testimonio dico, teq; adiuro [coram deo] patre [& Christo Iesu] filio eius [& electis] .i. sanctis [angelis, vt hęc] dicta atq; dicēda [custodias] non solum memoriter sed etiā efficienter [sine preiudicio] .i. prædísscussione seu præcedēti discretiōis iudicio [nihil] notabile [faciēs in aliā partē declinādo] id est, a via iusticię recedēdo, ad partē contrariā. Vñ in Ecclesiasti. legím⁹. Fili, sine consilio nihil facias, & post factū non pœnitebis. Iob quoque, Causam, inquit, quam ignorabam, diligentissime in-

Deut. 25. 1. Cor. 9. Luc. 10 Mat. 18 Eccl. 32 Iob. 29

uestigabam. [Manus nemini cito imposueris] aliquē facile ordinando, sed prius examina eum [neq; communicaueris] p consensum [peccatis alienis. Teipm castū custodi.] continenter viuendo, quod maxime decet prelatum ecclesiæ: [Noli adhuc aquam bibere] sicut diu fecisti [sed vino modico vtere propter stomachum tuū] vini calore indigentem. In quo stomacho est sedes egritudinis & principium digestionis [& frequentes tuas infirmitates.] quæ per aquæ potationem augentur.

¶Consequenter ostendit Apostolus in quibus necessarium sit prēiudicium, seu præuium rationis examen. [Quorundam hominum peccata manifesta sunt]. i. cuidenter mala, quia non possunt bono animo fieri, sicut sunt stupra, furta, blasphemię [precedentia ad iudicium]. i. nota antequam veniant ad rationis examinationem ac dñudicationem. Vel præcedentia ad iudicium diuinum generale seu particulare, quorum vtrumque fit post vitam præsentem. Talia ergo non oportet examinare, nec in talib⁹ præiudiciū exigitur, sed subito dñu dicari possunt. Vnde iudicium q̄d ea sequitur non est temerariū [quorūdā aūt] peccata [& subsequunt̄]. i. peccata aliquorū occulta seu quadā apparēti iustitia fucata sunt, ita vt appareāt mala nisi post discutionem, ideo in eis p̄iudiciū est necessarium vt examinentur. Vñ nec ea iudicare debem⁹, sed p̄latorū & iudicum est ea discutere. Vel, subsequunt̄, diuinum iudiciū: qa non deducent̄ in publicū, nisi in die iudicij q̄n illuminabūtur absconditа tenebrarū [Similiter & facta bona manifesta sūt]. i. aliqua opa bona, sūt apte bona, saltē q̄tum ad gn⁹opis q̄uis non ad intētionē agentis. Talia ergo examinatō e nō idigēt [& q̄ aliter se habēt] i. bona de q̄b⁹ mox certū nō est an sint ꝟaciter bona [abscōdi non possunt] .i. suo tpe clare patebūt, q̄n a recta rōne examinant̄, vel a deo iudicant̄. Propter q̄d i euāglio ꝟitas loq̄t Nihil optū, q̄d nō reueleť: neq; occultū q̄d nō manifestet̄.

Marc.4. 1.Cor.4. Matt.10. Luc.8.

¶Expositio Cap. VI. Quicunq; sūt sub iugo.

Articulus VI.

DEscēdit demū Apstolus ad instructionē particularium personarum [Quicunq; sunt sub iugo serui].i.qualescunq; sint serui, videlicet sapientes fideles, vel alia gratia adornati: tamen
1.Pet.2 cū sint subditi īperio dominorū suorū [dominos suos] tam bonos q̄ discolos, seu īfideles [omni honore] dulię, qui carnalibus dñis impendi solet ac debet [dignos arbitrentur] non in q̄tum infideles & impij, cū scriptū sit
Ps.14. de viro iusto. Ad nihilum deductus est ī conspectu ei⁹ malignus. Sciendū ꝙ quidā docebant libertatē om̄ib⁹ Christianis esse communē, intendētes seruitutē reproba
Io.8. re, eo ꝙ dicat saluator: Si fili⁹ vos liberauit, ꝟe liberi eritis. Et alibi. Ergo liberi sunt filij. Sed hęc de spirituali libertate, non de carnali intelligenda sunt. Ideo contra fatur apostolus. Ideo aūt serui hoc faciāt [ne nomen dñi & doctrina].i.ne Chr̄s & eius prædicatio [blasphemetur] ab impijs tanquam sit cōtra leges, & dominis auferat debitam seruitutē. [Qui aūt fideles habēt dominos] .i.serui Christianis dominis seruientes, [non contemnant] dominos tales [quia fratres sunt], id est, ob hoc qa in Christo sunt pares, quantum ad spiritualia [sed magis seruiant] dominis suis cum debita reuerētia [quia] domini [fideles sunt & dilecti deo quia beneficij participes sunt] id est, domini eadem beneficia gratiæ a deo receperunt atque recipient, quę & serui [Hæc doce] seruos [& exhortare] eos, vt sic agāt. [Si quis aliter docet] quam ego iam docui [& non acquiescit sanis], id est, veris [sermonibus domini nostri Iesu Christ] quos loquitur per me: qui etiam proprio ore dixit. Reddite quæ
Lucæ.20. sunt Cæsaris Cæsari [& ei, quæ secundum pietatem est doctrinę] euangelicę quę ad pietatem inducit, & lites odiumque extirpat. Talis est [superbus, nihil sciens] scientia salutari & formata, de qua dicitur. Dedit illi scientiam sanctorum. Vnde & Salomon. Vbi, inquit, humilitas, ibi sapientia. Et rursus. Superbus & arrogans vocabitur indoctus [sed languens].i.cum infirmitate sui intellectus inaniter occupatus [circa quæstio-

nes & pugnas], id est, disputationes litigiosas [verborũ ex quibus oriunt inuidię] vnius in alium, [contentiones blasphemiæ] aduersariorum fidei contra deum, dum audiunt aliqua rationi naturali contraria [conflictationes hominum mente corruptorum] id est, infectam voluntatem habentium, auersorum a summo & incommutabili bono. De quibus propheta inquit: Diuisum ẽ cor eorum, nunc interibunt [& qui veritate priuati sũt] id est, spiritualiter excæcati. Hominum inquam [existimantium quęstum esse pietatem], id est, opus pietatis, videlicet prædicationem ordinandam esse ad lucrum tẽporale. Nã ideo prædicant, vt tẽporale cõmodũ consequantur quemadmodum apud Micheam prophetam capite tertio, de quibusdam inducitur. Sacerdotes eius in mercede docebant: & prophetæ eius in pecunia diuinabant. [Est autem quęstus magnus, pietas cum sufficientia], id est, quamuis pietas non sit quæstus carnalis ac temporalis, vt illi existimant, est tamen magnus quęstus videlicet fructuosus, spiritualis, atq; æternus, quia æternam vitam meretur, estq; acquisitio omniũ spũalium diuitiarum pietas ista, id est, cultus dei cum sufficientia victus ac vestium, sicut iam dictum est. Pietas ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quę nũc est & futuræ, cũ qua sufficientia debemus esse contenti [Nihil enim] temporaliũ diuitiarũ [intulimus in hunc mundũ] nascendo, sicut Iob ait cap. I. Nudus egressus sum de vtero matris meę [haud,] id est, non [dubium est.] sed certum [quia nec auferre] mũdo [quid] talium rerũ [possumus] moriendo, sicut ait psalmista.] Homo cum dormierit non sumet oia. Et Iob cap. 27. Diues cũ dormierit, nihil secum auferet, apprehendet cũ quasi aquam opia. [Habentes autem alimenta &] indumenta quibus tegamur [, id est, victualium & vestimentorum cõpetẽtiam [his contenti simus] quantũ ad appetitũ temporalium rerum. Qui enim vltra procedit, inordinate se habet & superflue agit, quoniam corporalia ad spũalia ordinantur, sicut media ad finem, ideo non sunt appeten-

Osc. 10

ps. 48.

tus incōmutabilis es[& anni tui non deficient].i. ęter nitas tua,omne tempus cōprahendēs,& tuū esse men surās non finiet. Rursus authoritate psalmistę ꝓbat excellentia Christi p̄ angelis.[Ad quem aūt angelorū dixit deus]pater[aliqn̄.Sede a dexteris meis]secundm sē sum iam explicatum[quoadusqꝫ ponam inimicos tuos,scabellum pedum tuorū?].i.plene eos tibi subn̄ciam Tanq̄ dicat. Nulli angelorū dictū est hoc,quod tn̄ pater ait ad filiū. Cui dixit pater in ascensione,vt secū vsqꝫ ad diem iudicij:in quo oēs inimici Christi (videlicet reprobi) Christo perfectissime: subn̄cientur,q̄um ad suę dominatiōis executionē,q̄uis & nunc ei subiecti sint q̄tum ad suę potestatis authoritatem. Per hoc aūt q̄d dicit,q̄adusqꝫ vel donec,nō dat intelligi qꝫ postea nō sedebit.[Nonne omes]angeli[sūt administratorij spūs].i.diuino imperio seruientes[in ministeriū].i.ad obsequū seu adiutoriū electorū[missi a deo missione interiori vel exteriori[ꝓpter eos].i.eorum ꝓfectum[qui hęreditatem capiunt salutis].i.cœlestem atqꝫ beatam hæreditatem patriæ,s.beatificā dei visionem adipiscūt. ¶ Quęri hic pōt an oēs angeli foras mittant. Et videtur q̄d sic authoritate apostoli loco p̄nti. Item ex eo quod ab Esaī. Volauit ad me vnus de Seraphin. Multi quoqꝫ sanctorū videntur hoc dicere. Hāc qōnem Gregorius nō p̄sumit nec audet determinare. Quidā vero dixerūt qꝫ secundum communem legē, & vt plurimum atqꝫ ex ꝓprio officio,soliiferiores mittūt ad extra. Superiores tn̄ interdū ex speciali rōne,& diuina dispensatiōe mittunt. Sed hāc rn̄sionem imꝓbat sctūs Thomas in prīa pte. Nā ordo angelorū attenditur scdm dona gratarum ordo aūt grāe sūmus est. Iccirco non habet ordinē supi orē ꝓpter quem omittatur. Quēadmodū ordo naturæ p̄termittit ꝓpter ordinē grę,quatinꝰ grā declaret seu fides conformetur,vt patet insuscitatiōe defūcti. Ad fi dei aūt cōfirmationem nō ꝓficeret omissio gratiæ, cū non ꝑcipiat a nobis. Deniqꝫ nullū ministeriū adeomagnum est,quod ꝑ inferiores explerinō valeat,qa scdm

FINIS.

p̄s.109

p̄s.18

Esa.6

Gregorius.

Thomas.

Gregorium archangeli appellant̄, qui summa annūciant. Insuper nulla ꝑsona viatoris p̄stantior est Maria, nullū quoq; ministeriū maius est annunciatione incarnationis filij dei, & tñ ad beatiss. ꝟginē ꝓ sūmo negocio missus est angelus Gabriel, qui est de secundo ordine infimę hierarchie. Ex his concludit sanctus doctor, ꝙ angeli superiores nūq̄ ad exteriꝰ ministeriū destinē tur. Et hoc verius reor, p̄sertim propter hoc qm̄ dictis diuini Dionsij potius consonat Dicit quoq; .b. Dionysius ꝙ angelus missus ad Esaiā non erat de ordie Seraphin, sed vnus de inferioribus. Dicit̄ vero vnus de Seraphī, vel qm̄ missus ab vno de ordine Seraphī, vel rōne sui effectus, qa labia ꝓphetę īcendēdo purgauit. Dicit etiā Thomas ꝙ sicut diuinis ꝑsonis, videlicet filio et spūi sāctoattribuit̄ duplex missio vtputa īuisibilis ꝓpter gr̄æ infusionē. atq; visibilis ꝓpter creaturā corꝑalem assumptā vel manifestatā: sic āgelis cōuenit duplex missio. s. interior scd̄m oꝑationes intellectuales, ꝓut vnus illuminat aliū. Sicq; superiores mittuntur medios inferiores illustrando, & ad exteriora officia dirigendo ordine Hierarchico. Alia est eorū exterior missio, scd̄m actus transeuntes circa corꝑeam creaturā, sic soli inferiores mittuntur. Omnes ergo sūt administratorij spiritus in ministeriū missi missione interiori vel exteriori. Quatuor autem superiores ordines non mittūtur ad extra secundū Tho. sed qñ q; inferiores, videlic. angeli, archangeli, principatus, ptātes, ꝟtutes.

Luc. 1.

¶Expla. 1. Ca. eiusd. epi. Propterea. ¶Ar. II

Deut. 6
1. Reg. 3
Prou. 6

DEclarata excellentia Christi, cōsequēter ostenditur cum quanta diligentia obseruāda sit doctrina & lex tanti magistri. [Propterea] .i. cū tanta sit dignitas Christi legislatoris nostri [abūdantius] .i. multum reuerenter & timorate, vel copiosiꝰ atq; ꝑfectiꝰ q a iudęis obseruata fuit lex mo. [oꝑtet] .i. ad salutē necessariū est [obseruare nos] sępius recolendo, & fortiter adimplendo [ea quæ audiuimus] a Chr̄o, mediate vel īmediate, q & q̄tidie loquit̄ nobis

ꝑ euangeliũ [ne forte ꝑeffluam⁹].i.penitus pereamus & in ęternũ dãnemur. Fluim⁹ qppe ꝑ pctã venialia, & mortalis naturæ q̃tidiana tormẽta sicut Iob ait: Hõ natus de muliere, breui viuẽs tꝑe, & cæt. Propter q̃d ait scriptura. Oẽs morimur, quasi aquę dilabimur in terrã q̃ non reuertent̃. Effluim⁹ aũt ꝑ pctã mortalia, Sed ꝑ effluimus.i.ꝑfecte effluimus incidẽdo ęterna cruciamẽta. Qd̃ ergo diligẽer seruanda sint verba Christi ꝓbat apl̃s ꝑ locum a minori.] Si em̃ q̃ per angelos dict⁹ est sermo].i.qa doctrina dei, ministerio angelorũ tradita Moysi: ꝓut Stephan⁹ dixit. Accepistis legẽ in dispõne angelorum [fact⁹ ẽ firm⁹].i.rate seuereq̃ iniũcta ac firmiter seruata est, & multipl̃r cõfirmata, miraculis, minis, pœnis atq̃ ꝓmissis [& oĩs p̃uaricatio].i.legis transgressio, mala cõmittendo [& inobediẽtia].i.incustodia p̃ceptorũ bona omittẽdo. Quorũ primũ est contra p̃cepta negatiua, secundũ cõtra p̃cepta affirmatiua [accepit iustã mercedis retributionẽ].i.debitã pœnã, tꝑe veteris testamenti ĩ pop. Iud ęorũ: quemadmodũ Moyses scripsit, ꝓ mẽsura pctĩ, erit & plagarũ mod⁹. Cũ ergo sit ita [quõ nos] Chr̃iani [effugiem⁹] vltionẽ diuĩæ iusticię [si tantã neglexerim⁹ salutẽ?].i.tã salutarẽ Chr̃i doctrinã, tã copiosã eius gr̃am, tantã beatitudinẽ nobis ab eo ꝓmissã ꝑuipenderim⁹, & obliti fuerim⁹. [Quæ sal⁹] cũ ĩ itiũ accepisset enarrari ꝑ dñm].i: cũ a Chr̃o cœpta est p̃dicari [ab eis q̃ audierũt] i.ab ore apl̃orũ q̃ cũ Chr̃o corꝑaliter cõuersati sũt,, eiusq̃ sermonib⁹ interfuerũt, quib⁹ & dictũ est. Vobis datũ est nosse mysteriũ regni. Et beati oculi qui vidẽt q̃ vos videtis [in nos cõfirmata est].i.nobis firmiter annũciata atq̃ ingesta est. Hoc dicit apl̃s in ꝑsona fidelium, nõ sui. Ipe em̃ a Chr̃o imediate edoctus fuit in raptu. Vñ ad Gal. loquitur. Mihi q̃ videbãt̃ esse aliq̃d (vicꝫ Petr⁹, Iaco. & Io. nihil cũtulerũt. Cõfirmata est ergo, hęc sal⁹ ĩ nos [cõtestãte].i.p̃dicatiõ i apl̃orũ testioniũ ꝑhibente deo] q̃ neminẽ fallit [signis].i.ꝑ minora mira. Quę, q̃tũ ad substãtiã facti, fieri pñt ꝑ naturã, nõ tñ q̃ ad modũ fiẽdi sicut

1 Ioan 1
Iob.14.
Mat.5.
Act.7
Deut.25
Mat.5
Marc.4.

est quarūdam infirmitatum depulsio, quæ fieri potest
a medicis [& portentis].i.per maiora miracula, q̄ sunt
Act.14 omnino supra naturā, vt est suscitatio mortui [& varijs
virtutibus].i.potentissimis dei effectibus, quę nō solū
naturalē cursū, sed etiam rationem humanam excedūt
vt est penetratio dimensionū. Vel varijs virtutibus .i.
habitib⁹ virtuosis atq; infusis, videlicet fide, spe, chari
tate, donisq; spiritussancti [& spūsancti distributioni-
bus] id est, gratijs gratis datis a spiritu, de quibus di-
ctum est supra. Alij datur ꝑ spiritum sermo sapientiæ
1. Cor.12 alij sermo scientię, alij gr̄a linguarū, alij discretio spiri-
tuū. Quę primo datę sunt sanctis apostolis in die pēthe
Act.2 costes, & ꝑ eos datę sūt alijs multis, vt legit̄ in Actib⁹
apostolorū. Quę oīa facta & data sūt [scd̄m suā volun
tatē].i.ex beneplacito dei, q oīa operat̄ secundū ꝓpo-
Eph.1 sitū voluntatis suę, non secundū merita hominū Alio
Rom.11 quin gr̄a nō esset gratia Hęc sunt christianę fidei argu
mēta. Incōprehensibilis nanq; supernaturalisq; veritas
supernaturalib⁹ atq; diuinis eguit argumētis. Vnde &
Mar.vlti. in euangelio scribitur illi profecti p̄dicauerunt vbiq;
dn̄o cooperante, & sermonem confirmante sequētib⁹
1 Ioan.5. signis. Hinc scriptū est Qui non credit in filiū, mend a-
cem facit patrē, qm̄ nō credit in testimoniū, quod testi
Luc.3 ficatus est deus de filio suo. De quo testimonio ait & fi
Ioan.10 lius. Opera quę dedit mihi pater, testimonium ꝑhibēt
de Quod autē nō effugiemus vltionem diuinā si tantā
neglexerimus salutē: probat Apostol⁹ ꝑ hoc, ꝙ Chr̄s
sublimior est atq; potētior angelis. [Nō enim angelis
subiecit de⁹ orbem terrę futurū].i.orbē terrę seu mun-
dū secundū statum quē habebit post diem iudicij, quā-
uis interim aliquo mō subiectus sit eis, quoniā mouent
cœlestia corpora, quorū motu & influentia transmuta
Luc.21. tur hæc inferiora [de quo] orbe terræ futuro [loquimur]
De orbe em̄ terræ quantum ad statū futurum intendit
Act.11 Apostolus loqui. Oportet ergo aduertere, quod cum
oīa corporalia & terrena ordinentur ad hominē, sicut
duplex est status seu ꝑfectio hominis, vna secundū suā

institutionem in via huius exilij, alia secundum suam glorificationem in patria cœlesti, sic duplex est status orbis terræ seu mundi, vnus secundum successionē gñationis & corruptionis, donec cōpleatur numerus electorum, qui dicitur status pręsens, durās vsq; ad diem iudicij, alius secundum futuræ renouationis stabilitatē, quæ fiet in die nouissimo. Quāuis aūt mundꝰ seu orbis terrę in vtroq; statu sit substātialiter idē, tñ propter differentiam statuum dicitur orbis terræ pręsens, & orbis terrę futurus. Quēad modū autem homines] quantū ad statum pręsentem, subiecti sunt angelis, quia regun tur, purgantur, illuminantur, ac p̄ficiuntur ab eis (secū dum Dionysium) quę tñ p̄latio in futuro statu cessabit quantū ad nouam influentiam, Sic orbis terę, secūdū p̄tem statū, angelis est subiectus, iuxta modū prædictum. Sed secundum statū futurū, eis non erit subiectꝰ Tunc enim alterationes & generationes cessābūt. Hæc expositio videtur mihi textui magis conformis. Glosa tñ alijs modis exponit hunc locum, quā inspicere p̄t q alium sensum requirit. Porro q̄ Christo orbis futurus subijciatur, probat Apostolꝰ authoritate psalmistę [Testatus est autem in quodā loco, quis] .i. quidam famosus, puta Dauid ꝓphheta pręclarus [dicens. Quid est homo] quicunq; sit ille [quod memor es eius] o dominе deꝰ oīpotens. Tanq̄ dicat, Vilis & modicus sē cō paratione tuę maiestatis, cum sit corporalis, mortalis, ac fragilis, ꝓpter quod mirū est q̄ tā benigne dignatis eū respicere, adiuuare & sublimare, pręsertim assumēdo eius naturā [aut] quid est [filius hois] .i. Christus scdm naturam assumptā [quoniam visitas eū?] vniendo tuæ increatę personalitati eiꝰ humanitatē, & habitando in ea quasi in tēplo. Quasi dicat, Hoc humanitati Christi ex sua naturali dignitate seu meritis nō conuenit [Minuisti eum paulominus ab angelis] .i. quāuis Christum secundū humanitatē sic visitaueris atq; sublimaueris, tñ q̄tū ad aliquid feciſti eū angelis inferiorem, videlicet quo ad corporis sui passiblitatem ac mortem, quæ

Mat.24. Mat.13.

Dionysius

Matth.28

Psal.8.

Sap.6.

angelis nõ conueniũt propter naturę ipsorum excellen
Psalm̃.8. tiam, cũ sint immateriales essentię [gloria & honore co
ronasti eum] Gloria est clara cũ laude notitia Honor ve
ro est exhibitio reuerẽtię in signũ virtutis. De⁹ ergo pa
ter seu trinitas coronauit.i.vndiq; & multipliciter de-
Ioan.1. corauit Christum hominẽ gloria, infundendo cordib⁹
Luc.1. hominũ claram cognitionẽ excellentij Christi & hono
re, inducendo fideles ad venerationem & cultum ipsi⁹
Vel.gloria.i.beatitudine animæ vel corporis glorifica-
tione, in resurrectione. Et honore.i. eleuatione ad dexte
ram tuã in ascensione coronasti eum [& constituisti eũ
super opera manuũ tuarũ].i.omnibus creaturis eũ prę
posuisti, faciens eũ regem regũ & dominum dominan-
Apoca.19. tium. Quod post resurrectionem factũ est, quantum ad
manifestationem. [Omnia] visibilia & inuisibilia, sup̃-
ma, media, & infima [subiecisti sub pedibus eius].i. ei p̃
Matth.18. fecte subdidisti quantum ad potestatis collationem, etiã
ab exordio incarnationis. Tunc enim data est homini
Christo potestas atq; prę latio sup̃ vniuersa creata [In
eo aũt q̃] deus [ei] videlicet Christo [om̃ia subiecit, ni-
hil dimisit non subiectum ei].i.vniuersaliter sine excep
tione cuncta ei subiecit. Veruntamen quoniam nondum
subiecta sunt ei omnia quantum ad potestatis executio-
nem & plenam manifestationem, subiungitur. [Nunc
aũt].i.tempore isto vsq; ad diem iudicij [necdũ vide-
mus omnia sũbiecta ei] quãtum ad exęcutionem, et ple
nam manifestationem, qđ tamen fiet in die nouissimo,
Ioan.5 quando iuxta Esaię oraculum: ad eum venient & con-
Esa.45 fundentur qui repugnant ei. Nunc em̃ multi Christo
resistũt, & nullã sensiunt pęnam, eũ blasphemãt vel in-
honorãt, & nullũ experiunt̃ suplicium. Sed post diem
iudicij ita nõ erit. Extũc em̃ coacte erunt subiecti pœ-
nas luendo, q̃ tunc liberere repugnant impiæ cõuersã-
do. Ideo cõuenienter prædictũ est futurũ orbem xp̃o
subijciendum. [Eũ aũt q modico q̃ angeli minorat⁹ ẽ]
.i.q ĩ paruo minor fact⁹ est ãgelis, s. quantũ ad corpo
Finis ris passibilitatẽ [vidim⁹] oculo fidei [Iesum].s.minora

tum [ptopter passionē mortis].i.merito suæ passiōis Ie thalis mortē sibi inferētis, [gloria & honore coronatū] sicut expositū est. Vñ dictū est supra. Fact⁹ est obediēs Phil.2.
vsq; ad mortē. Propter qđ & deus exaltauit illū. Et in Psal.119.
Psalmo. De torrēte in via bibit, p.&c. Ideo aūt modico q̄ angeli minoratus est (.i.mortalis effectus assumēdo naturā passibilē) [vt gra dei].i.nō humanis meritis sed gratuita dei volūtate, & pia liberalitate [p oībus gustaret mortē].i. p vniuersorū salute, quātū in se est, mortis amaritudinē expiret. Vñ prophe. Dñs, iquit, posuit Esa.53.
in eo iniquitatē oīm nostrū. Pro solis tñ electis passus est Christus, quātum ad efficaciā, prout ait: Venit filius Mar.10.
hominis dare aiam suam redemptionē pro multis [Decebat em eum p̄pter quē oia, & per quē oia].i. conueniens erat deo patri, p̄pter quē oia facta sunt ab ipo, sicut propter causam finalē. Oia enim p̄pter seipsum operatus est dñs, & per quē oia.i.a quo oia facta sunt: sicut ex causa efficiente. vel, per quē sicut p cām exēplarem [qui multos filios] adoptiuos: videlicet hoīes electos [in glorīā adduxerat].i.ad ēternā beatitudinē p̄ducere p̄ordinauit in sua p̄destinatiōe ēterna [auctorē salutis eorū].i. Chīm electorū saluatorē, q eis salutē promeruit Ephe.1
sua passiōe dignissima [p passionē cōsummare].i. per Esa.53
mortē crucis ab hac vita tollere, exponēdo videl. immo tradēdo eū morti crucis p nīa redēptiōe. Vel, p passionē cōsummare.i.ad finē seu cōsummationē nr̄ę liberatiōis: merito passiōis adducere. Cōueniētissimus q̄p pe modus hūanę redēptiōis fuit, ch pater vnigenitum suū hūana natura vestiuit. & morti p hoīm saluatione exposuit. Quia p hoc maxie cōmendat bonitas & mīa eius, q̄ miseris & aliūde seductis tā clemēter subuenit. Iustitia q̄q, qm̄ pctā hoīm nō reliqt inulta, Nulla etiā pura creatura digna erat p hoīb⁹ satisfacere. Tāta est enormitas culpę p cōparationē ad deū, & dignitas vitæ ēternę cōsistētis in deo, sicut in imediato obiecto. Decuit etiā eādē naturā pati in saluatore, q̄ erat in saluādis reparanda. Quod vero decuit Christum pati ostendit Apostolus. Quoniam decet sanctificatorē & sanctifica

Sap.11 tos esse eiusdē naturę, quatenus satisfaciat q̄d offendit .i. eadem natura patiendo reformet, quæ male agendo peccauit. Natura ergo humana in prīo parente, posterisq; infecta, ꝑ Christi humanitatem fuerat reparāda. Dicit igit̄: [Qui enim sanctificat].i. Chr̄s qui peccatores a vicijs purgat [& q sanctificāt̄].i. electi q merito suę passionis mundant̄ [ex vno omnes].i. ex eodem patre atq; principio ꝓfluxerunt. Christus nempe secundum assūptam humanitatem descēdit de Adam, sicut & nos, excepta infectione originalis peccati, & ꝙ immediate de virgine natus est. Secundum diuinā ꝟo naturā, natus ē ex patre ęterno, de quo & nos nati sumus: difformiter tamen, quoniam ipse est filius naturalis & vnicus: nos autem adoptiui & plurimi. [Propter quam causam] videlicet quoniam Christus & membra eius (puta fideles) vnum paternum principium habent, & in natura cōmunicant. Vnde & ait Io. vlt. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, [non confūditur fratres eos vocare] non obstante ꝙ ipse sit deus verus, & homo a pctō immunis: illi vero propter peccatum degeneres [dicēs] ad patrē in Psalmo. 21. [Nunciabo nomen tuum fr̄ibus meis].i. teipsum & gloriā tuā opater prędicabo apostolis, alijsq; discipulis. De his enim Matth. vlt. dixit Marię Magdalenę. Vade & dic fratribus meis [in medio ecclesię [primitiuę, videlicet inter fideles primo cōuersos [laudabo te [Stetit enim Iesus in medio discipulorum suorū, qb⁹ & sępe apparuit per dies quadraginta ītrās & exiēs & quadā vice plus quā quingentis fr̄ibus apparēs. Hęc etiā fecit saluator ante passionem, qñ seorsū discipulis suis disseruit oīa. Potest q̄q; gñaliter de oībus fidelib⁹ accipi, q̄b⁹ Chr̄s per apostolos & successores eorū nomen patris ęterni p̄dicauit. atq; in medio ecclesię (i. vbiq; in oī congregatione fideliū) eū laudauit, īmo & laudat ac p̄dicat. [Et iterū] Chr̄s ait ꝑ Esaiā quantum ad sensum: quamuis verba non habeātur in nostra traslatione, secundum hanc formam. [Ego ero deus in eum].i. ego Christus, secundum quod homo

Luc.3
Luc.1
Ioan.
Marc.4

passibilis, sperabo in deū, nō per spē quę est virtus theologica, quā non habui, sed per quandā fiduciā, qua resurrectionē & corporis glorificationē ab eo certissime expectaui. Hoc aūt Christo nō cōpeteret, nisi verus homo fuisset, ideo non confunditur hoīes vocare fratres. [Et iterū] Christus ait: [Ecce ego & pueri mei] .i. discipuli & spūales filij mei, quibus & dicit: Pueri, nūquid pulmentariū habetis? [quos dedit mihi dñs] .i. per charitatē & gratiā mihi tanq̄ capiti copulauit, eosq̄ p me saluare decreuit. De talibus dicit. Tui erant, & mihi eos dediſti, Item q̄: Pater manifestaui nomē tuū hominib⁹ quos dediſti mihi de mundo. Ex hoc testimonio patet q̄ tam ipſi q̄ Christus sint ex vno prīcipio. .s. deo. Hāc authoritatē Esaię intelligit. Lira melius hoc loco, q̄ sup Esa. Hic nam q̄ dicit eā ad literā de discipulis Christi debere intelligi, ibi vero exponit eā literaliter de discipulis Esaiæ. ¶ Consequēter ostenditur q̄ decuit Christum incarnari & pati, ex parte saluandorū. [Quia ergo pueri] .i. fideles electi [cōicauerunt carni & sanguini] .i. ex corpe & aīa facti sūt, & hoīes mortales fuerūt [& ipſe] Christus] pticipauit eisdē] .i. carnem veram & aīam rationalē assumpſit, factus mortalis [vt p mortē] .i. pprie passiōis merita [destrueret] .i. superaret & foras ejceret [eū qui habebat mortis īperiū .i. diabolum] mortis authorē, q̄ hoīes ad mortē culpę induxit. Ex qua secuta est mors naturę, & mors secūda, videlicet mors gehēnę. Deus em̄ mortem nō fecit, sed inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarū. Habuit aūt diabol⁹ mortis īperiū, q̄m̄ ante Xp̄i aduentū oēs quodāmō in morte detinuit. In lib. quo q̄ Sapiētię dr, deus habere īperiū vitę & mortis. Et in Apoca. ait saluator: Habeo claues mortis & iferni. Sed de⁹ dr habere mortis īperiū, qa q̄s vult in morte relinqt, & q̄s vult a morte reducit. Non aūt inducit mortē culpę. Xp̄s vero habet claues mortis .i. potestatē relaxādi peccata [& liberaret] Xp̄s sua passiōe [eos q̄ timore mortis] corporalis [per totā vitā obnoxij] .i. rei & subditi [erant seruituti] culpæ ac dæmo-

Esa. 8.
Ioan. vlti.
Ioan. 17.
Lira.
Sap. 16.
Apoca. 1.

nis.i homines vniuersos,qui maluerũt peccare, quam corporalem mortẽ incurrere,magis timẽtes eos qui corpus occidunt,quã qui corpus & animã perdere potest in gehennã. Tales erant hoies vt plurimũ ante Christi passionẽ. Sed ipse sua passione prẽstitit nobis exemplũ moriendi pro iusticia,& abstulit suis hunc inordinatum timorẽ. Secundo exponitur specialiter de iudẽis,vt liberaret eos,puta iudẽos,ab oneribus legis, per gratiã & meritũ suę passionis,qui timore mortis corporalis quã lex inflixit transgressoribus suis,vel gehennalis,quã lex minabatur per totã vitã prẽsentẽ, obnoxỹ.i. subiecti erant seruituti legis. Nam timore pœnarũ potius q̃ amore iusticię legẽ seruabant. Christus enim sua passione legẽ, q̃tum ad cæremonialia,euacuauit. Qua euacuata fecit iudẽos liberos,vt per fidẽ & gratiã saluarentur,sine obseruantia cẽremonialiũ,ministrarentq; deo amore potius q̃ timore. ¶ Deniq; q̃ Christus pueris cõmunicauit in carne & sanguine,hoiesq; redemit,ostendit apostolus. [Nusquã enim angelos apprehendit].i.nunquã legitur angelos apostatas ad gratiã reduxisse,aut angelicam naturã assumpsisse[sed semen Abrahę apprehendit].i.carnẽ humanam ex semine Abrahę sibi vniuit,& populũ Iudẽorũ specialiter reuocauit. De quibus locutus est. Nõ sum missus,nisi ad oues,quę perierunt,domus Israel.[Vnde].i.propter hanc causam,videl.quia semẽ Abrahę apprehendit[debuit] debito condecentiæ non obligatiõis[per omnia].i.in oĩbus naturalibus proprietatibus atq; defectibus indetrahibilib9 [fratribus] i. cęteris hominibus[similari]non aũt indefectibus detrahibilibus.i.in culpa & defectu necessariorũ. Nõ em̃ debuit esse claudus,cęcus aut lãguidus,q̃is tpe passiõis elanguit. Fuit ergo alỹs similis,quia mortalis,vberibus lactat9,creuit,esurỹt,mãducauit,mortẽ ꝓpessus est [vt misericors fieret].i.misericordiã impartiret. Vel misericors fieret actu & habitu in natura humana,qui ęternaliter misericors est in natura diuina[& fidelis pontifex] id est verus mediator atq; sacerdos ꝓ nobis[ad deum]

Matth.10.

Ephe.2.

Matth.13.

Esa.63

patrem vel trinitatem immolãdo seipsam deo in cruce hostiã imaculatã in odorẽ suauitatis [vt repropiciaret] id est deũ placãdo, deleret [delicta populi] .i. totiꝰ gñis humani, quẽadmodũ apud Ioan inducit, Ipse est ꝓpiciatio ꝓ peccatis nr̃is. De hoc põtifice ait quoq; Petr9: Conuersi estis ad pastorẽ & epm animarũ vestrarũ [in eo em̃ in quo] .i. in natura hũana assumpta, in qua [passus est ipse] Christus a p̃side & eius ministris [& tentatus] a dęmone in deserto, atq; ludęis, quibus & loquit. Quid me tentatis hypocritę? [potes est & eis qui tẽtant auxiliari] ne superẽtur. Sua enim passione ac tentatione promeruit nobis gratiã omnibus tentationibus efficaciter reluctandi, & nõ solum vt deus, sed etiam vt homo de plenitudĩe sua ĩfluit nobis quẽadmodũ caput mẽbris

1. Ioan. 2

1. Pet. 2.

Mat. 4. Mat. 27

¶ Elucidatio capitis tertij, Vnde fratres sancti. Art. III.

Stensa excellentia Christi per cõparationẽ eius ad angelos & ꝓphetas gñaliter, nunc idẽ ostẽditur specialiter per cõparationẽ ad Moysen. Per quod etiã declaratur eminẽtia noui testamenti p̃ veteri, [Vnde fratres sancti] .i. quia sic potens est Chr̃s auxiliari tẽtatis, idcirco o fratres sancti, per regenerationẽ baptismatis, & mũdiciã religiosæ cõuersationis [vocatiõis cœlestis ꝓticipes] .i. p̃dicatiõis & inspiratiõis ad cœlestẽ beatitudinẽ inuitãtis, seu gratiæ ad illã ꝓducentis, cõsortes, (Hęc em̃ vobis exhibita sunt) [consideratę causa imitatiõis [apl'm] .i. nunciũ diuinitus missum [& pontificẽ] .i. qui viã seu põtem veniendi ad deũ nobis ostendit ac fecit dando exemplũ [cõfessionis nr̃æ] .i. pontificẽ quẽ confitemur esse verum filiũ dei, saluatorẽq; mũdi [Iesum, qui fidelis est] secundum naturã assumptam [ei qui fecit illum] i. deo patri, a quo secundum humanitatem creatus est. Dicitur autem CHRISTVS fidelis, nõ a fide, quę est virtus Theologica, quam ipse non habuit, quoniam fuerat verus cõprehensor, sed a fidelitate qua efficaciter adimpleuit, quicquid cõplacuit patri, Propter quod ipse ait Ioã. 8.

2. Petr.

Finis.

Quæ placita sunt ei, facio semp. Et Nō quęro gloriam meā, sed honorifico patrē meū [sicut & Moyses in omni domo eius]. i. in tota synagoga seu ludęorū cōgre-
Nume. 12. gatiōe quę est domus dei. Vnde dñs protestat, Seruus meus Moyses in omni domo mea fidelissimus est. ¶ Insuper oñ dicitur Xps excellētior Moyse. [Amplioris autē glorię]. i. maioris dignitatis [iste] Iesus [pręMoyse]. i. supra Moysen, seu plus q̄ Moyses [dignus habitus est] a deo & fidelibus hoibus [q̄to ampliorē honorē habet domus]. i. de domo (vt. s. domus sit genitui casus) ille [qui fabricauit illam]. i. fabricator domus, q̄ eius inhabitator seu dispensator. Quod intelligendū est de principali fabricatore, qui alios ad fabricādū inducit, & ministeriali inhabitatore. [Omis nanq; domus] tā materialis ex lignis atq; lapidibus cōstans, q̄ spūalis ex diuersis fidelibus congregata [fabricatur ab aliquo] artifice diuersas partes adinuicē copulante. Per se em̄ non fit, sed sicut partes materialis domus copulantur cemento &
Sap. 1. claui, sic pſonę fideles vniūtur per fidē & charitatem.
Eccle. [Qui aūt omnia creauit deus] est. Ergo & ipse domum ecclesię fabricauit. Christ⁹ aūt est deus, ergo et ipe ędificauit ecclesiā, cuius mēbrū est Moyses, Christus veroest dñs eius, ideo habet ampliorem honorē q̄ Moyses [Et
Matth. 13. moyses quidē fidelis erat in tota domo ei⁹]. i. in oi synaLuc. 4. goga ludęorū, quæ fuit domus dei [tanq; famulus in testimonium eorū]. i. ad proferendū cū attestatiōe diuina ea [quę dicēda erāt]. i. q̄ deus iussit p eū dici ad po-
1. Cor. 6. 12 pulū. [Chs vero tanq; filius] dei naturalis & vnicus, fidelis est [in domo sua]. i. in ecclesia [q̄ dom⁹ sum⁹ nos] Christiani p charitatē & fidēvniti. Templū em̄ dei sanctū est, q̄d estis vos [si fiduciā]. i. actualē confidentiā. s. expectationē felicitatis futuræ & adiutorij gratiæ ad felicitatē obtinēdā necessarij [& gloriā spei]. i. iucūditatē cœlestē, ad quā spes tēdit [vtq; in fidē] vitę pñtis inclusiue [firmā retineam⁹] stabiliter ac pseuerāter sperādo,
Matth. 7 atq; futurā beatitudinē desiderādo. Hoc dicit aps, qa sicut ad domū materialē, requirit stabile fundamentū,

ita ad domũ ſpiritualẽ (.ſ. fideles ſint dom⁹ dei) exigit firmitas ſpei ac fidei, aliter deus nõ habitaret in eis per gratiã conſummatã. ¶ Ex p̃dictis de excellentia Chri admonet cõſequẽter Apls diligẽter obedire ſermoni Chri. [Qua ꝓpter] .i. cum tanta ſit eminentia Chriſti p̃ Moyſe [ſicut dicit ſpũs ſanctus] in pſalmo. q̃d ſubdit [Hodie] .i. tempore euangelicę p̃dicationis & gratiæ [ſi vocẽ eius] .i. ẏba Chriſti [audieritis] vel ab ore eius vel ab eius miniſtris. Hoc eſt, qa ea audietis, [nolite ob durare] .i. verbis dei claudere [corda veſtra] ne ſitis re belles atq; increduli. Hęc ad literã dicunt̃ ad Iudæos, q̃ tpe Chri & poſtea fuerũt, [ſicut in exacerbatiõe] .i. quẽadmodũ contigit, & a pr̃ibus vr̃is factũ eſt i ꝓuocatiõe ſeu dei offenſione [ſc̃dm diẽ] .i. in die [tentatiõis factę [in deſerto] qñ ex infidelitate voluiſtis experiri potẽtiã meã ſicut ait pſalmiſta. Et tentauerũt deum i cordibus ſuis, vt peterẽt eſcas aĩabus ſuis [vbi] .i. in q̃ deſerto [tentauerunt me pres vr̃i] frequẽter. Vñ domin⁹ ait ad Moyſen Nu. 14. Tentauerunt me iã per decem vices [probauerunt] .i. experti ſunt quid agere poſſem [& viderunt opera mea] mirabilia in ęgypto, in marĩ rubro, in deſerto, [quadraginta annis] Tanto enim tẽpore in deſerto fuerunt, vel circiter [propter qd̃] .i. ob tantam peruerſitatem iſtorũ [offenſus] .i. iratus [fui generationi huic] .i. hominibus iſtis incredulis [& dixi] p̃ angelũ ſeu Moyſen [ſemper hi errant corde] .i. intellectũ excęcatũ habent & ex malicia peccant [Ipſi vero non cognouerũt] .i. ſpiritualiter nõ intellexerunt [vias meas], .i. opa mea miraculoſa iuſta Quæ vię vocãt, qa ꝓducunt ad dei notitiã. Vnde Deuteronomĩ 29 Moyſes loquitur. Vos, inqt, vidiſtis vniuerſa magnalia, quę coram vobis dominus fecit: & nõ dedit vobis dom⁹ cor intelligens, & oculos videtes vſq; in pręſentem diem [quibus iurauí] id eſt, firmiter dixi per moyſen ẽ ira mea] in zelo iuſticiæ meę, quo eorum peccata vindicare ꝓpoſui [ſi introibũt], id eſt, non intrabũt [in requẽ meam] , id eſt terram promiſſionis, in qua eis ſi non

Coloſſ. 1

ps. 94.

Matth. 7

ps. 77.

Exod. 14
Exod. 16
Num. 14

peccassent mansionem q̃etã dedissẽ. Hoc deꝰ iurauit qñ filij Israel murmurauerunt contra dñm, auditis sermonibus nunciorũ, qui explorauerunt terrã Chanaam Tunc enim iurauit ꝙ nemo eorũ, q murmurati fuerunt ingrederet̃ hanc terrã p̃ter Caleph & Iosue. ¶ Ex p̃allegata scriptura infert Apostolus salutarem doctrinam

Rom.5. Hier.5. 1.Tim.4.

[Videte fratres ne forte sit in aliquo vr̃m cor malum incredulitatis].i.mens vitiosa perfidię subdita [discedendi].i.paratum discedere seu auerti [a deo viuo] a quo discedit̃ ꝑ inobedientiã non ꝑ localem distantiã iuxta illud Oseę.4 Dereliquerũt dñm in nõ custodiendo [sed adhortamini vosmetipsos ꝑ singulos dies] .i.quotidie admonete vos inuicẽ, seu quilibet semetip̃m verbis sacræ scripturę [donec hodie cognominat̃].i.q̃diu tempꝰ gr̃æ durat, & esse asseritur. De q̃ alibi dr̃. Ecce nũc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. De hoc scriptũ est zacharię.ij. Applicabunt̃ gentes multę ad dominũ in die illo [vt ne obduret̃ q̃s ex vobis].i. ne aliquis vr̃m obstinatus fiat, seu habituatus in malo, [fallacia peccati] .i.delectatiõe alliciente & rationẽ excęcante, quę est in

1.Cor.6 Sap.7 Ioannis.1 Eph.1 Iaco.2 Eph.3

pctõ. Peccatum nanq; delectat, vnde & tristitiã ꝓmeret̃. [Participes enim Christi affecti].i.Chr̃o incorporati [sumus] vt membra capiti, & de plenitudine eius accepimus: eius quoq; hęreditatis consortes erimus [si tñ initiũ substantię eius].i.si fidem formatã. Per q̃ primum deo cõiungimur, & eius possessio efficimur [vsq; in finẽ].i.ꝑseuerenter [firmũ retineamus] i.stabiles & efficaces in fide manserimꝰ [dum dr̃].i.q̃diu dr̃ [nobis hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdu.corda &c. quemadmodum in illa exacerbatione. Quidam enim] Iudæorum in deserto [audientes] verba dei [exacerbauerũt] .i.non credendo, & impie operando deũ grauiter offenderũt seu prouocauerunt. Nõ ꝙ inuariabilis deus veraciter irritetur, vel exacerbetur, de quo Sap.12.legitur. Tu aũt dominator domine cũ tranquillitate iudicas: & cũ magna reuerentia disponis nos: sed quia permodum exacerbati se habet, dũ nostra peccata districte vlciscit̃. Ideo Hier.7.dicit̃ Nunq̃d me ad iracundiam prouocãt

dicit dñs. Nonne semetipsos in confusione vultus sui? sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto p Moysen] i.non omnes deum exacerbauerunt, q p Moysi ducatum exierunt Aegyptum. Caleph enim & Iosue non offenderunt tam grauiter. [Quib9 autem offens9] .i.iratus [est deus] in deserto [quadraginta annis] quibus filij Israel in deserto ambulauerunt. Non q̄ q̄tidie peccauerunt [Nonne illis qui peccauerunt] enormiter: sed quia frequēter sic peccauerunt enormiter discredēdo, deum tentando, seu murmurando [q̄rum cadauera prostrata] i.delecta & bestijs tradita [sunt in deserto? Quibus autem iurauit non introire in requiē ip sius] i. in terrā promissionis [nisi illis q increduli fuerunt?] verbis Caleph & Iosue, qui cum alijs nunciis redeuntes dixerunt, Num. deci. quar. Nolite rebelles esse contra dñm neq; timeatis populū terrę huius quia sicut panē, ita possumus eos deuorare. Dñs nobiscū: nolite timere. Quid autē fecerūt increduli: Voluerūt vtiq; lapidibus opprimere eos [Et videm9] oculo fidei, testimonio scripturarū [qa nō potuerūt introire] in requiē ipsi9 terrā hāc deo eos prohibente [propter incredulitatē] ipsorum. Mum.14. Mum.14. Deut.28 Roma.11

¶Explanatio cap. quarti. Timeamus ergo

¶Articulus quartus.

DEniq; ex prēinducta authoritate scripturę hortat Apls ad debitā solicitudinē [Timeam9 ergo] .i.q̄m illi ludęi ppter suā incredulitatē & murmurationē phibiti sūt introire terrā pmissionis, iccirco formidem9 [ne forte relicta pollicitatiōe] .i.oblita seu spreta pmissiōe diuina nobis facta [introeundi] de ingressu nro post hāc vitā [in requē ei9] cœlestem. i. felicitatem ęternam [existimet aliquis ex vobis deesse] i. aliquis nostrū inueniatur acōsecutione hui9 pmissę ętis deficere ppter negligentiā suā. Nā in ex cusabiles sum9, si eā nō obtinem9. Cui9 ratio subinfert [Etei & nobis annūciatū est] .i.a Christo in euangelio prædicatum de requie cœlesti [quemadmodum & illis] Iudæis per Moysen annunciatum est de requie

Matth.5. terrena. Ait enim Saluator: Beati pauperes spiritu, qm̃ ip-
sorum est regnum cœlorum. Et alibi, In futura resur-
Matth.22 rectione nec nubent nec̃ nubentur, sed erunt sicut an-
Ioan.17. geli dei. Et rursus, Pater quos dedisti mihi, volo, vt vbi
sum ego, & illi sint mecum, vt videãt claritatẽ meam
[sed non profuit illis] Iudæis [sermo auditus]. i. quem
a Moyse audierunt de possessione terræ promissę [nõ
admixtus fidei]. i. non receptus fideliter. Fidei inquam
habendę [ex his]. i. de his [quę audierunt]. i. de bonis si
bi ꝓmissis. Et hoc patet ex opposito [Ingrediemur em̃
Esaię 26 in requiem] sempiternam [qui credimus] verbis audi-
tis de promissione illius ꝙtis fide formata. De q̃ Chri
Ioan.11 stus: Omnis qui viuit & credit in me, non morietur in
ęternũ [quẽadmodũ dixit]. i. sicut spiritussanctus ex op
Psal.94 posito de incredulis ꝓtestatus est in psal. pallegato di
cens [sicut iuraui in ira mea si introibunt] i. non intra-
bũt [in requiem meã]. i. terram promissionis, sicut in p̃
cedenti articulo explanatũ est plenius [Et quidem ope-
ribus ab institutione mundi perfectis] Iam in superiori-
bus mentionẽ fecit Apls de temporali requie Iudęis ꝓ
missa, atq̃ ex hoc intulit de promissione ęternę quietis
nobis in cœlis promissa. In quibus verbis supponit q̃
talis illa reqes fuit figura requiei cœlestis. Et hoc nũc
Matth 11 probat Apostolus simul q̃ oñdit, qñ annunciatum est
de requie sempiterna. Et quidẽ, Tanquã dicat, Nuncia
tũ est nobis de requie illa, qđ vtiq̃ factum est, operib⁹.
i. creaturis, ab institutione mũdi. i. quæ a principio crea
tionis fieri cœperũt, ꝓfectis. i. distinctis atq̃ ornatis vs
q̃ ad sextũ diẽ, in q̃ creatus est homo. In illis nanq̃ sex
diebus ꝓfectę sunt species rerũ. Post consummationem
itaq̃ operũ sex dierũ, statim facta est mentio in scriptu
ra de requie quadã non temporali, sed sempiterna.
[Dixitem̃] scriptura seu spiritussanctus [quodam lo-
co de die septimo]. i. sabbato [sic] sicut subiungit (Dies
quippe dñica erat ꝑia. Ergo & sabatũ septima) [Et re
quieuit de⁹]. i. operari cessauit, & in semetipso quieuit
[die septimi ab omnibus operibus suis] ita ñ ꝓductis no-

bis rerũ ſpeciebus creandis, qa extũc nõ creauit opa noua ſecũdum ſpeciẽ ſiue materiã. Nihil ominus de materia tũc facta, & ad ſimilitudinẽ tũc factorũ nũc vſq; opatur, animas rationales creando, & totum vniuerſum aminiſtrando, atq; per cauſas ſecundas plurima producẽdo. Propter quod ait ſaluator: Pater meꝰ vſq; mõ opatur, & ego operor, virtus ergo rõnis & intellectus huius ſcripturę conſiſtit in hoc. Cum ab ex ordio deſcribit ꝓductio mũdi, fit mẽſio de quadam requie qua deꝰ qeuit. Hæc aũt reqes eſt cœleſtis non tẽporalis, ſed p temporalẽ deſignatur. Requies enim in ſeipſo comunicat cle ctis in patria, vt & ipſi in deo immediate quieſcant, q in nullo poſſunt alio contenti reddi ſeu quieti. Non em ſufficit rationali creaturæ, niſi bonum immenſum. Ergo de requie nobis in cœlis parata fit menſio ante legẽ, in qua & figurata eſt requies vera cœleſtis ac ſempiterna. ¶Conſequenter oſtendit, qꝺ etiam poſt legiſlationẽ fit ſermo de requie ſempiterna ſub figura temporalis qꝺetis. [Et in iſto rurſũ] .i. ipſal. allegato, iterũ dicit ſpiritꝰ ſanctus [ſi introibunt in requiem meam] .i. incredulilli tpe Moyſi exiſtentes non ingredientes terram ꝓmiſſionis. Per quod deſignat qꝺ impñ cœleſtem requiem nõ intrabunt. [Qm ergo ſup eſt] .i. reſtat [quoſdam] electos [introire in illam] regem beatam ac figuratã [& hi qbꝰ priorib9] .i. Iudęis, qbus ãte nos [annũciatũ eſt] p Moyſen de ingreſſu terræ ꝓmiſſionis ſeu requiei tpalis [nõ itroierũt] eã [propter incredulitatem] ſuã [Iterum terminat] .i. ſcriptura ſacra determinat ſeu inducit [diẽ quẽdam hodie] i. tempus gratiæ. Quod vocatum eſt hodie: quoniam quotidianũ eſt, & durat vſq; in finẽ ſæculi.

Ioan. 5.

Gen. 2.

ps. 94.

De quo die dictum eſt ſupra. Nox præceſſit, dies autẽ appropinquauit. Et Eſaię, In illa die erit germen domini. i. Chriſtus filius dei. De quo alibi legitur, Suſcitabo Dauid germen iuſtum in magnificentia & gloria [in Dauid] i. in pſalmo a Dauid compoſito [dicendo poſt tantũ temporis] .i. poſt tam longum ſpacium, ex quo illa dicta ſunt patribus in deſerto p Moyſen. Dauid ei

Rom. 1
Eſaię. 4.

propheta lõgo tempore post Moysẽ fuit[sicut supradi
ctũ est]de die isto capitulo p̃cedenti. Iãq; repetit̃.[Ho
die si vocẽ eius audieritis,nolite obdurare corda vestra
quę ꝟba satis iam declarata sunt.Ex his palã est q̃d Da
uid loquat̃ de alia terra & requie q̃ illa,quã Moyses ꝓ
misit,& ad quam Iosue introduxit.Illa em̃ añ tẽpa Da
uid possessa fuit a filijs Israel. Dum ergo Dauid admo
net eos,qui terrã ꝓmissionis possederunt,vt cũ audie-
rint vocem dei,nõ obdurent corda sua:significat eos ad
1.Reg.75 aliam requiẽ,scꝫ cœlestem patriam ingressuros,si obedi
erint deo.Quod figuratum fuit in eis qui terram ꝓmis-
sionis ingressi sunt.Ideo sequit̃.[Nam si ei⁹]vide.filijs
Israel[Iesus]Chr̃s.Qui(vt Iudas dicit)populũ saluans
de AEgypto,eos qui nõ credidert̃,ꝑdidit.Quod con
uenit Iesu scd̃m suam diuinam naturam,scd̃m q̃ vere ę-
ternus est[requiẽ]veram atq; finalẽ[p̃stitisset]in terra
ꝓmissiõis,vel ꝑ Iesũ intelligit̃ Iosue,q dict⁹ est Ozee
& Iesus,qui minister fuit donationis terrę istius[nunq̃]
spũssanctus ꝑ Dauid[de alia loqueret̃ posthac die].i.
nullo tꝑe post diẽ seu requiem illam loq̃ret̃ de alia re-
quie hac die.i.q̃ nobis annunciat̃ atq; ꝓponitur hodie,
vtpote tꝑe gratiæ[Itaq; reliquit̃].i.paratur & cõserua
tur[sabatismus].i.plena quies in cœlo,significata ꝑ sa-
Apoc.19 batum & terræ ꝓmissionis quietẽ[populo dei].i.electis
fidelibus,qui ad cœnam nuptiarũ agni vocati sũt [Qui
em̃ ingressus est in requiẽ ei⁹].i.qui cœlestẽ quietem a-
deptus est[etiã ip̃e requieuit ab oꝑibus suis].i. laborio
Ged.2 sis exercitijs exercitijs vitę p̃ntis[sicut & a suis]oꝑibus
Apoc.14 [de⁹]quieuit septimo die.Vñ & legimus.Beati mortui
qui in dño moriuntur. Amodo iã dicit spũs,vt requie
scãt a labo.&c.Nec obstat q̃d in Apoca.asseritur. Re-
quiem nõ habebant die ac nocte,dicentia,sanct⁹,sctũs,
san &c.qa requies sumitur ibi ĩproprie ꝓ cessatione ab
Apo.16 actu.Sancti aũt in p̃ria indesinenter aliquid agunt,deũ
laudando,amando,videndo.Proprie aũt requies sumi
Epist. tur ꝓ cessatione a labore vel motu. [Festinemus ergo
ingredi]feruenter amãdo,& efficaciter oꝑando[in il-

Iam requiē]sempiternā[vt ne in ipsū incidat quis incre dulitatis exemplū].i.ne aliquis nr̄m incidat in eādem pœnā quam infideles Iudei inciderūt propter increduProu.24 litatē, q̄ p a na nobis in exēplū ꝓponīt, quatenus eā cō fiderando vitemus pctā, propter q̄ infligitur. Cur autē Ioan.5 festinandū sit subditur.]Viuus est em̄ sermo].i. ✠bum seu vnigenitus filius[dei].Sicut em̄ pater habet vitam in semetipso.,sic dedit & filio vitam habere in semetip so [& efficax] id est,.omnipotens,prout Sapiens ait: Dum medium silentium tenerent omnia, omnipotens sermo tuus domine a regalibus sedibus veniens. Et rur sus idem, Omnium enim est artifex,omnē habens virtu tem,omnia ꝓspiciens[& penetrabilior].i acutior[om̄i gladio ancipite].i.ex vtraque parte acuto. Non enim potest gladius tam intime corpori imprimi, q̄ intime filius dei dilabitur omnibus rerum essentijs. Cū nanq̄ sit verus deus,omnia penetrat,implet & cōtinet,estq̄ intimior omni rei q̄ ipa aut ꝑs eius sibi[& pertingens vsq̄ ad diuisionem animę ac spiritus].i.tam intim9 ho Eccl.8. mini vt inter sensualitatem & rationem discernat. Vel 1.Thess.5 per animam & spiritum eadem hominis forma signat. Rom.8 Quæ dicitur anima quantū ad vires sensitiuas, & spiritus quantum ad vires intellectiuas, Tanta est aūt per spicacitas verbi dei, vt distinguat animā secundū partē sensitiuam, a seipsa secundum partem intellectiuam [compagum quoque & medullarum]id est, subtilissīa quæque corporis interiora perspicit & distinguit. Cō pages autem sunt iunctæ corporis, neruis colligatæ. Medullæ vero intra ossa incluse sunt. [Et] hic sermo verbum seu filius dei est[discretor],id est, dn̄udicator & cognitor [cogitationum] non solum earum quę sūt in virtute cogitatiua organica, sed & earum quę sunt in potentia intellectiua inorganica [& intentionum cordis] id est, ordinationum finalium. Deus quippe non solum inspicit cogitationes, sed cernit ad quem finem quælibet cogitatio ordinetur a cogitante.

Vnde Iob dicit: Scio quia omnia potes, & nulla te

latet cogitatio. Et iterū ſcriptura. Homo videt quæ pa-
rent: deus autem intuetē cor. [Et non eſt vlla creatura in
Lucę.12 uiſibilis in conſpectu eius] .i. omnia ſine exceptiōe ma-
Roma.1 nifeſta ſeu nota ſunt conſpectui filij dei. Pater enim dili-
git filium, & oīa demōſtrat ei que ipſe fecit. [Omnia au-
Ioannis.5 tem nuda] .i. intime certa & ſine velamine patula [&
Matth.10 aperta ſunt oculis eius] .i. menti eius diuinę, imo & aīæ
Chriſti omnia creata ſunt cognita. Ideo, ſcriptum eſt.
Oculi, dñi multo plus luc. diores ſuper ſolem, circun-
ſpicientes omnes vias hominū. Domino em deo anteq̄
Eccl.11 crearent, oīa ſūt cognita [ad quem] increatum dei ſer-
Prouer.9 monem ſeu filium [eſt nobis ſermo] .i. ei tanq̄ iudici nos
aſtare, & rōnem reddere oportebit. Ideo cum tanta ſit
poteſtas, ſapientia, & eminentia iudicis noſtri, merito
feſtinare debemus ingredi requiē eius, ne tanq̄ ingrati
& acc idioſi condemnemur ab ipſo Propterea hortaē
apoſtolus. [Habētes ergo pontificē magnum] .i. ſum-
mum ſacerdotem atq̄ ep̄m q̄ ſeipſum īmolauit p̄ no-
Luc.1.8 bis [q̄ penetrauit cœlos] .i. in ſua aſc. nſione ſup̄ omnes
cœlos aſcendit cum penetratione dimenſionum [Ieſū
filium dei] naturalem non adoptiuū [teneam⁹] .i. firmi-
ter obſeruemus & exerceamus [cōfeſſionē] duplicem ſ.
laudis diuinæ, & proprię culpę dicentes cum prophe-
ta. Confitebor tibi domine &c. Hoc eſt, vt Chriſtū lau-
dem⁹ ſemper, & nr̄a vitia accuſemus. Sic autē fiducia-
liter agere debem⁹. [Nō enim habemus pontificē, qui
nō poſſit compati] .i. cōdeſcendere atq̄ clementer ſuc
currere [infirmi tatibus noſtris, tentatū autē] .i. ſed ha-
bemus pontificem tentatum a dęmone & ludęis [p̄ om
nia principalia genera tentatiōis [p̄ ſimilitudine] .i. p̄
pter ſimilitudinē quā cū alijs hominibus habuit. Ideo
enim dæmon & eius miniſtri auſi fuerūt Chriſtū ten-
tare, qm̄ eum mortalem viderūt. Habitu enim inuen⁹
eſt vt homo. Vel, pro ſimilitudine. i. proexemplo. vide
Eccle.2 licet vt oībus nobis formā vincendi tentatiōes p̄pone
ret [abſq̄ pctō] .i tentatio iſta nequaquā īduxit Chm
ad aliquā culpā, nec ip̄e peccādo meruit ſic tētari. Ideo

fua tentatione meruit nobis gratiã triumphandi, aduer
ſus quaſlibet tentationes. [Adeamus ergo] ſpirituali ac
ceſſu. De quo ait pſal. Accedite ad eum, & illuminami Pſalm.33.
ni. Et Saluator. Venite ad me omnes qui laboratis. i. cũ Matth.11.
fide deuota & charitatis affectu accedam9 [cũ fiducia]
nihil hæſitantes. Quẽadmodum Marc.11. dicitur. Oĩa
quęcũq; orantes petitis, credite quia accipietis, & eue-
nient vobis [ad thronũ gratię]. i. ad Chriſtũ, in quo ha
bitat gratię plenitudo [vt miſericordiam]. i. peccatorũ
remiſſionem [conſequamur, & gratiã inueniamus] i Prouer.11.
quæſitam gratiã ſortiamur a Chriſto [in auxilio oppor Eccle.3.
tuno]. i. ad habendũ auxiliũ nobis ſalubre, quatenus de9 Finis.
per gratiam, noſtrã infirmitatem ſemper corroboret.
Iuxta illud Hiero.10 Dominus mecum quaſi bellator
fortis. Iccirco qui me perſequuntur cadent & infirmi e-
runt. Poſtremo ſi contemplemur q̃tum a Chriſto dile-
cti ſumus, q̃ta ipſe pro noſtra ſalute aſſumpſit, egit ac Luc.9.
ac pertulit, quanta miſericordia, plenitudo liberalitas e-
ius, quanta etiã eſt miſeria ac indigentia noſtra, cũ om- Iob.3.
ni vtiq; deuotione atq; fiducia ad thronum gratiæ eius Pſal.104.
pergemus, dicentes cũ ſancto Iob. Etiã ſi occiderit me,
in ipſo ſperabo. Hinc eñ dicit pſalmographus. Lętetur
cor quærentium dominũ, quęrite dñm & confirmami-
ni, quærite faciem eius ſemper.

¶ Declaratio Cap. V. Omnis nãq; põt. ¶ Ar. V.

Manifeſtata in ſuperioribus excellẽtia Chriſti p̃
angelis & pphetis ac Moyſe, & ex hoc oſtẽſa
eminentia noui teſtamenti p̃ veteri, nunc decla
rat Apls excellentiã Chriſti rõne ſacerdotij ſui
Et q̃a in fine p̃cedẽtis capituli dixit nos poſſe p̃ Chm 1.Pet.2.
miſericordiã & gratiã cõſequi, ideo in hui9 capli exor-
dio pbat hoc p locũ a minori. [Ois nãq; põtifex] fide- Epiſt.
lis p̃ſertim legalis, vñ nũc agit [ex hoĩb9 aſſũptus]. i. de
nũero hoĩm ad altiora pmotus [p̃ hoĩbus]. i. ad ſubue 1 Reg.2.
niendũ gregi ſibi cõmiſſo [cõſtituit]. i. eps ordinat [in
his quæ ſunt ad deũ]. i. in ſpũalibus ſcilicet vt quæ diui Leuit.6.
na ſunt exequatur, & ſacramenta dei diſpenſet hoĩbus.

Est enim mediator & sequester dei ac populi sui. Nam ea quę populi sunt offert deo: & ea quæ dei sunt (puta ȳtutes & gratiā) impetrat hominib⁹, qbus & erogat sacramenta diuina. Ideo subdit [vt offerat dona] .i. oblationes spontaneas populi immolet deo [et sacrificia ꝓ peccatis] .i. ꝓ indulgentia peccatorū [qui pontifex [cō dolere possit] .i. cōpati & misericorditer auxiliari [his qui ignorāt & errant] .i. subditis suis indoctis & male agētibus [qm̄ ipse circūdatus est infirmitate] .i. mente & corpe fragilis est, & ad peccata procliuis. Caro qp pe cōcupiscit aduersus spm̄, & rō atq; voluntas, vulne
Roma.8. ratæ sunt ꝓpter originale peccatum. Ex considerationē igitur ꝓprię infirmitatis moueri debet ad cōdolendū, succurendumq; alīs [& propterea] .s. quia circunda tus est infirmitate [debet quemadmodum & pro populo sibi] commisso [etiā pro semetipso offerre] hostiā placationis domino [pro peccatis] expiandis, sicut ofert pro peccatis suę plæbis. Horum nullum conuertit
1.Pet.2. CHRISTO pontifici nostro. Non enim subiacuit infirmitati peccati, nec eguit ꝓ seipso offerre.] Nec
2.Cor.10. quisq̄ sumit sibi] .i. vsurpare debet [honorem] pontificatus [sed qui vocatur a deo] .i. per diuinam reuelationem, siue legitimam electionem instituitur, ille honore condignus est, & recte fit pontifex. Vocatur autē a deo
Mum.17 qui iuste elegitur [tanq̄ Aaron] qui deo iubente & per virgę floritionē ostendēte. ordinatus & cōfirmatus est pontifex. His verbis notanē ambitiosi, qui nō vocati ingerunt semetipsos [Sic & Christus] prout homo] nō seipsum clarificauit] .i. exaltauit [vt pōtifex fieret.] Vnde ait: Claritatem ab hominibus nō accipio. Et rursus. Ego non quęro gloriam meam [sed qui locutus est ad eum]
Psal.2. id est pater qui ait ad eū. [Filius meus] naturalis & vnicus [es tu, ego hodie] id est in ęternitate [genui te] secūdum diuinam naturam. Ille clarificauit eum, prout ait:
Ioan.12. Et clarificaui, & iterum clarificabo. Sic & clarificauit
Mat.5.17 Christum in baptismo & transfiguratione. De sacerdo
Marci.9 tio itaque Christi inducit Apostolus aliam authorita-

tem ad ostendendum q̃ Christus a patre factus sia põ
tifex. [Quemadmodum & in alio loco dicit] patet ad Psal.109
Christum. [Tu es sacerdos] secundum quod homo, me
diando inter deum & homines, & offerendo teipsum Exod.28
pro ipsis [in eternum] a parte posteriori. Non ad temp⁹ Psal.109
duntaxat, vt Aaron, cuius sacerdotium erat temporale Rom.8
ac typicum, Christi autem sacerdotium est verum ac ę-
ternum. Nam & ipse semper viuit ad interpellandum
pro nobis, ostendẽs patri latus ac vulnera, introducit q̃
nos in beatitudinem patriæ, in qua offert nos deo hosti
am sempiternam, perfectã, atq̃ gratissimam. Propter
quod per zachariam de Christo dicitur. Ipse portabit Zacha.6
gloriã, & sedebit, & erit sacerdos super solio suo. Ideo
subdit [secundum ordinem Melchisedech] .i. secundũ Finis.
modum, dignitatem ac ritum sacerdotij, q o funct⁹ est
Melchisedech sacerdos dei altissimi. Hoc infra diffuse
tractabitur. [Qui] Christus [in diebus carnis suę] .i. tem
pore mortalitatis suę in hoc mundo, p̃sertim passione
iam imminente [preces] pro seipso, videlicet vt a passio
ne liberaretur si fieri posset, & vt statim post passionem Ioan.17
clarificaretur, resuscitaretur, & glorificaret in corpore. Luc.23.
Dixit enim: Pater saluifica me ex hac hora. Et alio loco Marc.14.
Pater venit hora, clarifica filium tuum. Item q̃. Si fieri Ioã.12.17
potest, transfer a me calicem istum [supplicationesque]
pro corpore suo mystico, puta pro suis electis, dicens:
Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi
vt sint vnum sicut & nos. Et ad Petrũ: Ego, inquit, pro
te rogaui, vt non deficiat fides tua [ad eum] videlicet ad
deum patrem [qui posset saluum illum a morte facere]
id est, qui Christũ potuit a morte eripere, ita vt nõ mo-
reretur. Quẽadmodũ Christ⁹ testatur Matth.26. An pu
tas quia non possum rogare patrem, & exhibebit mihi
modo plus quã duodecim legiones angelorũ? Vel, pos
set saluum illum a morte facere .i. a morte resuscitare.
Quod & fecit tertio die, Pro qua saluatione Christus
frequenter præcatur in Psalmis, sicut cum ait. Erue a Psal.21
framea deus animam meam, & de manu canis vnicam

meam [cum clamore valido] vel oris, vel cordis .i. alta voce & feruida intentione [& lachrymis] oculorū [offe
Psal.87 rens] sicut ait in psa. Oculi mei languerunt prę inopia.
Psal.54. Et rursus: Quasi lugens & contristatus sic humiliabar.
